puli tam fideles inter se invicem amicitia ut cum alterum eorum Dyonisius Syracusanus interficere vellet et is tempus ab eo quo priusquam periret domum profectus res suas ordinaret impetrasset alius vadem se pro eius reditu tyranno Dyonisio dare non dubitavit. Appropinquante autem prefinito die nec illo tam cito redeunte unusquisque stultitie tam temerarium sponsorem condempnavit. Sed is de constancia sui amici nichil se metuere predicavit. Eodem itaque momento et hora a Dyonisio constituto alius qui eandem horam acceperat supervenit et se exhibuit moriturum. Admiratus autem tyrannus Dyonisius tanto societatis et amicitie vinculo et constancia caritatis supplicium remisit eosque insuper ut ipsum in societatem amicitie tercium in sodalicii gradum reciperet magnis precibus impetravit. Hee vires amicitie mortis contemptum spernere vite dulcedinem extinguere crudelitatem tyranni mansuefacere odium in amorem convertere penam beneficio pensare potuerunt. Plura quere in summa de societate boni. Seneca libro vi de beneficiis. Nescis quantum sit amicitie precium si non intelligis te ei daturum multum si te dederis rem secularis rarum que non alicubi magis deest quam ubi nichil absit. Idem in epistola 3 ad Lucillum. Si aliquem amicum estimas cui non tantum credis quantum tibi ipsi vehementer erras et non satis nosti vim vere amicitie. Idem omnia cum amico delibera sed de ipso prius. Idem Amicum paro ut habeam pro quo mori possim et ut habeam quem in exilium sequar cuius me morti et

opponam et impendam. Idem eadem. Monstrabo tibi verum amatorium sine medicamento sine herba si vis amari ama amantem enim nemo non amat. Idem Quid dulcius quam habere inde semper in ipso uno. 4 Aristoteles libro 8 ethicorum. Adolescentes amant ut plurimum delectabile et ideo cito fiunt amici sed cito resiliunt et eorum amicitia mutatur mutata delectatione. Idem in eodem. Veterani amaritudine repleti non sunt vivi amicorum eo quod delectacio in eis modica est. Ovidius de ponto libro primo. Nomen amicitie barbarorum corda movet. Nota quod amicitia quedam est naturalis et vera, alia naturalis et non vera, alia nec naturalis nec vera. Amicitia naturalis et vera est illa que inter virtuosos consistit, que naturalis dicitur quia natura congruit ut boni diligant bonos. Vera dicitur quia sequitur quod illis vera sunt si sint virtuosi et amici. Amicitia naturalis et non vera est illa que inter parentes et proximos quia naturale est ut pater diligat filium. Sed non est vera quia non sequitur si sunt propinqui quod sint amici. Sepius enim inter propinquos et parentes est inimicitia magna. Amicitia autem nec naturalis nec vera est illa que est inter dominum et servum et inter homines inter quos tamdiu perseverat amor et amicitia tamdiu durat et consequuntur utilitas temporalis et non ultra. Idem Tullius in libro de amicitia. Veterana quoque amicitia sicut vinum vetus debent suavissima maxima est enim vis vetustatis et consuetudinis. Idem in eodem. Auget amiciciam et societatem benivolencia consuetudo et familiaritas. Idem Absque amicis vitas adeo parit

Idem de offic. li. 3o. nichil amabi-
lius nichil copulacius quam morum
similitudo. Ysidorus. Amiciciam non
cupias hominum sed bonorum ne indiscre-
ta familiaritate vilescas. Idem.
Maximus nexus animorum tressit
de studiorum paritate. Idem. Quos
amplius diligimus hiis etiam plus
timemus. Plinius. Ad nectendas
amicicias tenacissimum vinculum
est morum similitudo. Plura queras
infra de dilectu. Item infra de societa-
te bona. Quid pro amico sit faciendum
et quid non. Tullius li. 3o de officiis.
Amicis tribuere non recte posse et
tribuere quod non sit equum contra officium.
Idem ibidem. Honores et divicie
et voluptates et cetera huius generis que
videntur utilia numquam amicicie ante-
ponenda sunt aut neque contra re-
publicam neque contra iusiurandum
aut fidem amici vir bonus faciet
etiam si iudex fuerit de ipso amico.
Deponit enim personam amici cum
induit iudicis sed tantum dabit ami-
cicie ut amici causam velit esse ve-
ram ut terminande litis tempus quoad
leges permittunt accomodum acco-
modet. Cum autem iuramento sententia di-
cenda sit meminerit se deum testem
habere. Idem in eodem. Si omnia facien-
da sunt que amici volunt non a-
micicie tales sed pocius coniuraciones
tales putande sunt. Idem ibidem.
Cum id quod utile videtur in ami-
cicia cum eo quod honestum est
comparatur iaceat utilitatis species
et valeat honestas et cum in ami-
cicia que honesta non sunt postu-
lantur religio et fides anteponantur
amicicie. Idem in li. de amicicia.
Nulla est excusacio peccati si causa a-
mici peccaveris. Nam cum concilia-
trix amicicie virtutis opinio fuit
difficile est amiciciam manere si a vir-
tute defeceris. Quod si rectum statue-
rimus vel concedere amicis quicquid velint
vel ab eis impetrare quicquid velimus
perfecte quidem sapientes simus si
nichil res petita vicii vel inhonesti
habeat. Hec ergo prima lex in amicicia
sanciatur ut nec rogemus res
turpes nec faciamus rogati. Tur-
pis enim excusacio hoc est et minime
accipienda si quis contra rem pu-
blicam amici causa se fecisse fateatur.
Ab amicis ergo honesta petamus
et amicorum causa honesta faciamus.
Idem in eodem. Consilium vero libere
dare gaudeamus. Plurimum quoque in ami-
cicia amicorum bene suadencium va-
let auctoritas. Idem ibidem. Multa sunt
que nostri causa numquam faceremus
causa tamen amicorum velimus sint
honestissime ut supplicare precari pro
amico indigno in aliquem acerbius
invehi pro amico. Valerius eod. li.
iiij. Tullius cum amici cuiusdam
in iure rogacionem repulisset et ob id cum
indignacione dixisset quid ergo
mihi opus est amicicia tua si quod
rogo non facis rudit immo quid michi
tua si propter te qui quin edas et bi-
bas. Nam sine amico conversacio
leonis ac lupi commixtio est. Quod
amicicia non sit nisi inter bonos. Tul-
lius in li. de amicicia. Hoc primum sentio
amiciciam nisi inter bonos esse non
posse. Negant etiam quemquam virum
esse nisi sapientem sed illam sapientiam
interpretantur quam nemo mortalis
adhuc assecutus est. Idem in eodem.
Nichil est virtute amabilius nichil
quod magis alliciat ad amandum
quippe cum propter virtutem et pro-

bilitatem etiam eos quos nunquam vidi-
mus diligamus. Idem in eodem. Bo-
ni bonos mores diligunt asciscunt-
que sibi propinquitate coniunctis atque
natura. Nichil enim est appetentius
similium sui atque rapacius quam natura.
Idem ibidem. Dispares mores dis-
paria studia sequuntur quorum dissimilitu-
do dissociat amicicias. Neque ob aliam
ullam causam boni improbis amici esse non
possunt nisi quia tanta est inter eos
quanta maxima potest esse distantia
studiorum. Idem. Instabilis autem
stabilitas amicicie firmari potest
cum benivolentia iuncti permanent quid tu
cupiditatibus quibus ceteri serviunt
imperant. Deinde equitate et iusticia
gaudent omnia quod alter pro altero
suscipit nec quicquam nisi rectum
et honestum alter ab altero petit nec
solum se inter se colunt et diligunt
sed etiam verentur et venerantur. Nam
ornamentum totum amicicie tollit
qui ex ea verecundiam tollit. Pernicio-
sus quod in eis error est qui existimant
libidinum peccatorumque omnium in amici-
cia patere licentiam. Virtutum enim
adiutrix amicicia data est a natura
non viciorum comes ut quia solita-
ria virtus non posset ad ea que
summa sunt pervenire coniuncta et so-
ciata cum altera [illegible] tum ami-
cicia perveniret. Idem ibidem. Quorum
dissimilitudo dissociat amicicias. Atque
vero societatem et amicicias benivo-
lentia familiaritas et consuetudo.
Idem. Monere et moneri proprium est
amicorum. Idem de officiis libro 2o. Nichil
amabilius quam similitudo morum. Idem.
Interdum ab blandiciones vel maxime
in amicicia vera vigent. Bene

in epistola. Amica mea si facies facta
tua. Idem. Diu cogita an tibi aliquis
in amiciciam recipiendus sit. Cum
autem placuit toto illum pectore ad-
mitte tam audacter cum amico lo-
quere quam tecum. Tu autem vive ut
nichil tibi committas nisi quod inimico
tuo committere posses. Verum quia eum ma-
le est et omni homini arcte et nulli sed
alterius honestius decernitur alterius
modo tuearis. Idem. Amicum paro ut
habeam quem in exilium sequar pro
quo etiam mori possim. Aristotiles in
viii ethicorum. Amicicia perfecta est
bonorum consimilium quod in virtute et
volunt bonum amico inquantum a-
micus et virtuosus est et bonus
non autem propter semetipsos. Idem
in eodem. Delectaciones propter delectus
aut conferens sunt delectaciones
que sunt per accidens et sunt cito dis-
solubiles eo quod delectans et delec-
tacio cito permutantur. Similiter et
quod confert id est utile. Idem ibidem.
Amicicia propter utilitatem est amici-
cia mercatorum. Plautus in aulula-
ria. In amiciciam et fidem non re-
cipias stultum nam insipientum
et improborum facilius sustinet odium
quam collegium. Ysidorus. Maximum
nexus amorum consistit de studiorum
parilitate. Idem. Quos amplius
diligimus advertendas amicicias
hiis etiam plus timemus.

De amicicie impedimentis

Tullius libro de amicicia. Sa-
pio nichil difficilius et dicebat quod
amiciciam usque ad extremum vite diem
permanere. Interdum enim dimit-
tunt contencione luxurio vel alte-
rius commodi quod idem adipisci
neque non potest. Vestem vel nulla ma-

iorem amicicie esse quam implorare
cupiditate pecunie. Inoptimus vero
quibus ipsis certamine honoris et glorie
ex quibus inimicicias maximas
sepe inter amicissimos vidimus ex
titisse. Vere enim amicicie difficillime
reperiuntur in alijs qui in honoribus
rei publice versantur. Ubi enim in
venies qui honorem amici sui su
is honoribus anteponat. Idem in
eadem. Tenendum eciam nullam in ami
cicijs maiorem esse pestem quam adula
cionem que est vicium hominum levium
ac fallacium ad voluptatem omnia
loquencium et nichil ad veritatem. Idem
supra. Cum ipsa vis amicicie co
nstat quod unus quasi animus
ex pluribus fiat quomodo id fieri poterit
si ne in uno animus unus erit
sed varius et commutabilis ac multi
plex. Idem. Nulla est hec amicicia cum
alter audire verum non vult et alter
ad mentiendum semper est paratus. Plau
tus in aulularia. Conviccus et de
bachaciones et tota simola non
quero ut maiorem pariant ut ma
nichil ad eos dabunt. Symachus
in epistola sua. Mollis est animus
diligentis et ad omnem sensum dolo
ris arguitur. Si negligencius tract
etis marcessit ut rosa. Si durius
teneas liquescit ut lilia. Seneca
in epistola ix ad lucill. Amicus qui
utilitatis causa assumptus est tam
diu diligitur quam diu utilis erit.
Hinc est propter utilitatem reflorentes ami
corum turba circumsedet circa e
versos aut solitudo est et inde
amici fugiunt unde probantur. Ute
est enim ut vicia inter se contrarius
ex conveniant. Idem eadem. Tum

amicus esse cepit quia expedit pla
cebit aliquid precium et contra ami
ciciam quod si illum in amicicia
precium placet preter illam negociacio
est illa que ad quod in aliquod
accedit non amicicia

De amicis fortune. Tulius
libro 2o de officiis. Honores et
divicie et voluptates et cetera
huius temporis genus que videntur
utilia potius fortune numquam amici
cie anteponenda sunt. Quintilia
nus t xv. Hostis an diligat tum
experimenta non nisi habent. Felicitas
Boecius de consolacione. Quem felici
tas amicum infortunium inimicum
facit. Ovidius in libro tristium. Cum
fueris felix multos numerabis ami
cos. Tempora si fuerint nubila
solus eris. Varro in suis. Amici
divitum palee sunt circa grana
vis amicum experiri calamitosus
fias

De amicicia cum malis homi
nibus. Tulius in libro de amicicia.
Erumpunt sepe vicia amicorum
tum in ipsos amicos tum in alios
quorum in amicos redundat infami
a tales amicicie sunt remissione
usus eluende et dissuende magis
quam discindende. Cavendum est namque
ne solum amicicie dissipate sed ini
micicie suscepte videantur. Nichil enim
turpius quam cum illo bellum gerere
cum quo familiariter iam vixisti
hoc autem duo nisi quid admodum
intollerabile exarserit in iura
ut nec rectum nec honestum sibi
met fieri posset ut non statim alie
nacio sit distinctio ex facienda. Hec
ergo fiant amicorum dissidia si nature
fuit ut extincte pocius amicicie

quā opp̄sse videant̄ et potius dica et videant̄ amicicie desecte quaꝫ amicicie nove coorte hinc autem honor veteri amicicie tribuendus est ut inculpa sit ille qui facit non qui patitur iniuriam. Plura queras infra de societate mala

De amicicia falsa. Greg̃ in in moral. Quem in adu̇sitate quere sup̄ de amicicia vera. Aug̃ in sermone. Sunt amici sup̄ de amicicia. Idem in li° confessionum. Sicut inimici litigantes plerumq; corri gunt sic amici adulantes p̄uertunt. Idem in epistola ad ieronimum. Michi timor capitis dolet dum tangit nam dum ei p̄titur non sanatur hoc est enim dum acute videt ille qui dixit ꝫ sup̄ de amicicia vera.
nō Idem in li° de vbis dni. Non potit tūc quoadiam cum ipso qui dissors esse voluit cum amico. Ambros in li de officiis. Non est vera amicicia
nō ubi est fallax adulato. Idem pro sp̄iacundiam est ne adulacionibus aures ap̄iamus emolliri enim adu latione non solum fortitudinis non esse s; etiam ignavie videtur. Crisos sup̄ math. Inimicus manifestus s; qui amicus fictus ille enim dum timetur facile vitatur iste vero dum non cognoscitur p̄valet. Idem sup̄
nō dem. Aspultum pacis porrige tem pore quo inimica ecclesia sicca offerunt in usu est s; vereor valde ne plures ꝯ nobis labiis tantum pacem firmant cum ipsis non corde sed ꝯ corde velit ipsorum saluari. Ier° ad eustachium. Adulator blandus in imicus est. Idem ad cellaut. Adul torꝫ assentaciones ꝫ videas sup̄ de adulacione. Idem sup̄ in ouct sī incolle

Nimo vera fides est aliud enim in labiis aliud in corde v̄satur vere vero amice lingwa mella tegunt. Ysidorus de summo bono li° 2° c° 31. Amicicia in rebus tm̄ bonis sup̄ de amicicia vera. Idem in li° 3. c 26. Cavendus est inimicus qui ma infestus est s; multo magis ille qui videri non potest. Facile ca vimus quem videmus quem at non videmus difficult̄ anolus ꝯ pellimus. Idem ibidem. Sepe per simulatam amicicia tollitur ut qui non potuit aperte decipere decipiat fraudulent̄. Idem. Pad uersa et p̄spera comprobatur si deus et proximus vere diligatur quia dum aduersa procedunt amicus fraudulentus detegitur. Basil in epistola. Amicicia vera nunquam habet adulacionem obiurgacionem vero frequenter. Idem. Nemo magis iram dei et homi meretur quam amicum se simulans inimicus. Boecius de consolacione. Nec pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. Tulius li° de amicicia. Falsi amici adulatores afferunt pro consilio et hec una cum est contencio quis eorum blandis sime fallat ꝯ quo in medulla p̄tra sp̄ueuerunt dum homines inflati fal sis opinionibus turpit̄ videntur. Idem ibidem. Tarquinium bruti amiculum et sup̄ de amicis for tune. Idem Seneca epistola 3ᵃ ad lucill. Nullus habꝫ inimicus malo ꝫ sup̄ de amicis fortune. Idem. Amicus qui utilitatis causa ꝫ sup̄ quere de amicicie impedimentis. Plura queras sup̄ de adulacione. Item in fra de simulacione. Item infra de sci encia mala

De amore inequali. Greg̃ in moral.

Quod valde meus approbat et amat
etiam in sermone frequenter replicare
solet Idem in confess. Vis amoris hec
agere in animo solet ut quod ipse
semper cogitat nullum aliud ignorare
credat Aug. in li° confessionum Qui
amat non laborat omnis enim labor
non amantibus gravis est Idem
quantum intus crescit amor tantum
intus crescit pulcritudo quia ipse amor
est anime pulcritudo Idem Amor est
quedam vita amantem deo copulans
vel copulare desiderans Idem verus
amor non sentit amaritudinem sed
dulcedinem quia sapor amoris dulce
do sicut sapor odii est amaritudo I
dem vita anime amor est nam qui
non mortuus est Idem in li° de vidui
tate nullomodo sunt onerosi labores
amantium sed etiam ipsi delectant si
cut venantium aucupantium et piscan
tium Idem in eo quod amatur aut
non laboratur aut etiam labor ama
tur Idem in li° de moribus ecclesie Nichil
est tam durum atque ferreum quod non
amoris igne vincatur Idem de tri
li. xiiii nemo aliquid volens quod
non in corde prius dixit quod illud
amore concipitur sive creature sive
creatoris Idem in li° de civitate dei
Michi videtur quod diffinicio brevis
et vera virtutis est ordo amoris
Idem in li° de coniug. adult. Impaciens
amor vel latinus modus fit nisi
detur quod amatur Idem in epla
Non faciunt bonos vel malos mores
nisi boni vel mali amores Idem vel
de ordinibus discipline Omnis est
amor amantis hoc unum vult fieri cum
eo quod amat et si contingat unum
cum eo fit Idem in li° confessionum
Pondus meum amor meus eo fe
ror quocumque feror Idem in medit. Mo
nachus neque detineas quicquam per amorem
rependi potest quod per amorem da
tum est Idem de civitate dei in li. se
tenciarum Duas in toto mundo civita
tes duo faciunt amores Ierusalem facit
amor dei Sed babilonia amor seculi
Idem super epistolam Iohannis arma dura
et gravia levia et quasi nulla facit
amor Idem super Can. Ioh. Quia deus
semper pulcher est et queritis infra de
pulcritudine Idem li° in° de trinitate
circa principium Item prorsus ignorata
amare nullus potest Idem in eodem
Omnis amor studentis animi est
hoc est volentis scire quod nescit non
est amor eius rei quam nescit sed eius
quam scit propter quam vult scire quod ne
scit quilibet ergo studiosus et queritis
infra de concupiscentibus Aug. in viiii. li°
de trinitate circa finem Quid est amor
nisi et queres queritis infra de dilectione
Idem de spiritu et lit. Fieri aliquid vel
credi potest quod tamen non amari
potest diligi aut vel amari quod neque
scitur neque creditur non potest Idem
lib. desideriorum quere infra de amore
Iohannis ad deum in libro Idem in li°
de doctrina christiana Bonorum ingeniorum
insignis est indoles in illis verum
amare non verba Idem in li° de con
flictu viciorum et virtutum Recedat amor
pravus seculi in quo omnes sic vivificantur
ut deinceps moriantur et succedat a
mor futuri seculi in quo omnes sic vi
vificantur ut deinceps moriantur ubi
nulla adversitas turbat nulla angustat
necessitas nulla molestia inquietat sed
perennis leticia regnat Idem super i°
Iohannis 7. omel. xviii Erat autem illi
domus egrota et amicus annos habens
in infirmitate sua. ab amore seculi

semper remanere. Demum ille legem dei
implet qui se ab hoc seculo abstinet
non enim potest quis amare quod eter-
num est nisi desierit amare quod tem-
no porale est. Qui ergo seculum amat deum
amare non potest occupatam quippe
manum habet. Dicat ille deus tene quod
tibi do sed ille non vult de manu dimit-
tere quod tenebat et ideo non potest acci-
pere quod offertur. Non occupetur ergo
amor tuus qui poteris ad deum tendere
et inherere ei qui te creavit. Idem ibidem
Continencia a rebus temporalibus ne
preciose amentur que remanere est istis
modo possumus unde dicit apostolus Et qui
utuntur hoc seculo tamquam non utantur.
Idem ibidem Omnes scripture nichil aliud
te docent nisi continenciam ab amore
seculi ut amor tuus currat in deum.
Idem ibidem tuta finem omel. hoc
tenentes in memoria que commemoravi
valeant ut non diligatis seculum. Qua-
lis est enim amicicia mundi fallax est
ut inimicum deo faciat cito in una tan-
tum temptacione offendit homo deum et
fit inimicus dei tunc proditur ini-
micus fuisse nam quando laudabat
deum inimicus erat dei sed nec ipse
sciebat nec alii accedit temptacio ta-
ngitur vena et proditur febris. Non
sic autem beatus Job qui dixit dominus
dedit dominus abstulit sit nomen domini benedic-
tum. Idem ibidem in xi omel. Itaque fra-
tres dileccio mundi et amicicia mundi
inimicum deo facit nec hoc ipsum exhi-
bet quod promisit unde mendax est
et fallitur. Idem ibidem Tene ergo
deum qui numquam fallit numquam deficit
quia nichil verius est nec aliquid
pulcrius deo est tibi omnia omnia
non sufficiunt nisi qui te creavit et

quid quam creavit aliud apprehendis in-
iustum est solus enim ille tibi potest
sufficere qui ad similitudinem suam
te fecit ex quo sensu dictum est illud
Domine ostende nobis patrem et sufficit
nobis et iterum Saciabor cum appa-
ruerit gloria tua. Jeronimus ad
Bellenciam Fidelius et gracius semper
absentium est quod amore quam quod
aspectu possidetur. Idem in epistola Ni-
chil amantibus durum nullus labor
difficilis in amore. Amemus ergo no
et nos et facile videbitur omne quod
difficile putabat. Idem in sermone
Cogitis & hoc habet proprium impa-
ciens amor ut quem desiderat semper
venturum se credat et ignorat si quid
iudicium racione multociens tacet
nescit modum nec aliud cogitare
potest nisi quod amat. Idem Amor
non accipit de impossibilitate sola-
cium nec de difficultate remedium. Idem
libro primo contra Jovinianum Pythago-
re sunt ista precepta amicorum omnia
esse communia et amicum se alterum
esse. Idem super epistola ad Phil. Qui
presumunt de amore eius quem rogatu-
rus est ipsa quodammodo presumpcione
prejudicat ne sibi negare audeat quod
rogatur. Idem super epistola Multitudinis
amor aliquando presentat speciem non a-
mantis. Idem ibidem Habundanciam
tum summittit amoris affectio et sug-
gerit amor quod negat ingenium.
Ambrosius in epistola. Severus amor
serena gerit faciem et innumeris
se reddit affabilem. Idem in libro 2o de
officiis. Quid tam nisi cum nature
quam amantem se amare quod nimium
non amat. Idem in sermone Amor
inter presentes gracius inter absentes
molestus. Crisostomus super Math. xxxi dicit

scintio amoris hoc est anime vaca-
tis passio Idem super Mat hic ictus
et tanis efferunt et produnt quia
flamas amoris intra pectus sin-
to hibe non possunt se euaserunt fre-
quencius ut ipsa assiduitate nar-
randi solacium sui amoris capere
possunt Idem amor animo impaciens
non potest videre quod amat Idem super Ioh
vitam hominis nichil facit ita cla-
rum ut amor Idem in quadam
omelia Perfectus amor et perfectum odium
et quere infra de amore proximi ad-
dendum Idem super Math Numquam potest
aliquis obliuisci quod diligit nec
reminisci quod odit Idem in omelia
perfectus amor et perfectum odium et quere
infra de amore proximi addendum Idem
super Math Numquam potest aliquis ob-
liuisci quod diligit nec reminisci
quod odit Idem in omelia Sicut odium
anime malum suggerit sic amor
anime bonum Idem libro 2o de compunctione
cordis Si corporalis amor et quere
infra de amore Idem in libro de lau-
dibus beati pauli Vehemens amor
flammam quandam continet et pre-
cipuum meritum est de primo non ta-
cere Bernardus in libro de amore Quid autem
est amor quam vehemens et bene ordi-
nata voluntas Idem super Cant
Dignum sit amoris que infra Gre-
gorius in omelia penthecostes Si quis
diligit me et cetera Spiritus apparentibus
intus facta sunt corda flammancia
quia dum deum in ignis visione
susceperunt per amorem suauiter arse-
runt Ipse namque spiritus sanctus amor
est unde et Iohannes dicit Deus ca-
ritas est qui ergo mente integra
deum desiderat profecto iam habet quem
amat Nec enim deum quisquam

posset diligere si eum quem diligit non
haberet Idem eadem Sed ecce si unus-
quisque vestrum requiratur an diligat
deum tota fiducia et secura mente
videt diligo in ipso aut lectionis
exordio audistis quid veritas dicat
Si quis diligit me sermonem meum
seruabit Probacio ergo dilectionis exhi-
bicio est operis. Hinc in epistola sua Idem
Ioh dicit Qui dicit quia diligit
deum et mandata eius non custodit
mendax est Vere enim deum diligimus
si mandata eius seruamus Vere dili-
gimus si a nostris nos voluptatibus
coartamus Nam qui adhuc per illi-
cita desideria defluit profecto deum
non diligit quia deo in voluntate
sua penitus contradicit Tergit ergo
sordes primi operis qui deo parat do-
mum mentis Idem ibidem Qui ergo deum
vere diligit qui in eius corde man-
data custodit in eius corde et deus
venit et mansionem facit quia sic
eum amor deitatis penetrat ut ab
hoc amore etiam temptacionis tempore
non recedat Idem ibidem Ille ergo vere
deum amat cuius indolem mentem
delectacio praua ex consensu non
superat Nam tanto quisque a superno
amore disiungitur quanto inferius
delectatur Unde et adhuc subditur
Qui non diligit me sermones meos
non seruat Idem ibidem Ad vosmet
ipsos ergo fratres karissimi introrsus re-
dite et si deum vere amatis requirite
nec tamen aliquis sibi credat quidquid
sibi animus absque operis attestacione
videt de dilectione conditoris non lin-
gua sed mens et vita requiruntur nō
Numquam est enim amor dei ociosus o-
peratur enim magna si est Si autem
operari renuit amor non est Idem
in omelia de festo penth Nemo

potest venire ad me nisi pater meus
traxerit eum · magna gratie co
mendatio nemo venit nisi tractus
Quem autem trahat et quem non tra
hat quare istum trahat et illum
non trahat noli velle iudicare si non
vis errare semel accipe et intellige
non dum traheris ora ut traharis
quid hic dicimus fratres si trahimur ad
xpm ergo inviti credimus ergo
violencia adhibetur non voluntas
excitatur noli te cogitare invitum
aliquem trahi invitus non trahitur
animus sed amore Idem ibidem est que
dam voluptas cordis cui dulcis est
panis ille celestis porro si poete dice
re licuit trahit quemque sua voluptas non
scilicet obligacione sed delectacione quanto
forcius nos dicere possumus et debemus
trahi hominem ad xpm qui delectatur
veritate delectatur beatitudine delectatur
iusticia delectatur eterna vita quod
totum xpus est Da amantem et sen
tit quod dico da desiderantem da fer
ventem da in ista solitudine peregrina
tem atque sicientem et ad fontem eterne pa
trie suspirantem da talem et scit quid
dicam Ramum viridem ostendis ovi et
trahis eam nuces puero demonstran
tur et trahitur Si ergo ista que inter
dumtaxat delicias voluptates que ter
renas revelantur amantibus trahunt
quomodo non trahit xpus a patre reve
latus Quid enim forcius desiderat
et amat anima quam veritatem Bern. super
Can. O vigorem fervidi amoris quam dul
cis tu es quam gloriose illaqueas quam
suaviter premis quam delectabiliter ancoras
quam fortiter stringis quam prudenter
erudis O felix amor ex quo oritur
strenuitas morum puritas affec
tuum subtilitas intellectuum desideri
orum sanctitas operum claritas virtu
tum fecunditas Idem super Can. ubi

est amor ibi nimis labor non est
sed sapor et suavitas Idem ibidem
in sermone xx · vita anime amor
est primum fides concipit spes parturit
ipsum sanctus format et vivificat ter
cio lactat cor autem illuminat et con
fortat Idem amor vehemens nescit
ab amando quippe non ab honora
do dicitur amor Idem in libro de consider
acione ad eugenium papam Amor
dominum nescit spiritus attemperat
libere veneretur Basilius sine discre
cione impetus est ymo potius
incrementum maiorum et vivus virtutum
In collacionibus patrum Fervens zelus
amoris vicit in tanta furoris inso
lencia tempestatem virtute dilectionis Se
neca in epistola ad lucillum epistola xxvij
Una est cathena que nos alligatos
tenet amor vite Idem Amans quid
cupiat scit quid autem sapiat non
videt Idem amare et sapere vix a
deo conceditur Idem amans quod sus
picatur vigilans hoc sompniat dor
miens Idem amans iratus multa
mentitur sibi Idem amor ociose
solitudinis causa est Idem amoris
vulneris idem qui facit sanat Idem
amor animi arbitrio sumitur
sed non deponitur Aristoteles in libro de anima
libus Amans in minima apprehensione
amati plus delectatur quam in mag
na aliorum delectacione Idem in 4o ho
ethicorum Amantes se ipsos dicuntur illi
qui appropriant sibi ipsis plus honoris
et delectacionis debito et horum cu
pidi inveniunt magis dissensiones
inter homines et ista sunt manifeste
mali Idem in 8 ethicorum Amans est
alter tu Idem in 2 topicorum magis
amamus cum sentimus quod non est
facile sumere quam quod est facile Avi
cenna in methaphisica sua · c · plt Amor
non acquiritur nisi consorcio consorcium
autem consuetudine consuetudo autem

non fit nisi diuturna familiaritate
Tullius de officiis libro 3o. Nichil ama
bilius nichil copulacius copulacius
quam humorum et morum similitudo. Idem
in libro de amicicia. Nam bonos dili
gunt asciscunt quod sibi quasi propin
quitate coniunctos atque natura. Nichil
enim appetencius est similium atque ra
pacius quam natura. Theofrasti sententia
fuit amantem esse tecta iudicia rerum
quibus homo preterens amat seruus
ipsum ideo in iudicio sui ipsius pre
ceteris errat amor namque priuatus
vehementer mentem concutit

De amore dei ad homines. Gregorius
in moral. et in omel. Vbique
nobis occurrit superna medicina di
uini amoris quia deus dedit homini
precepta ne peccaret et peccanti homini
dedit remedia ne desperaret. Idem in
moral. Conditor noster miera dispensa
cione consilii et amoris sui tunc a
nobis et culpas nostras respicit et vi
uendi tempora impendit ut languores
temporalis vite spacia temporis prero
ri fiant in adiutorium munimis et lo
gius in augmentum dampnacionis.
Idem in omel. super illud Luce. xv. Gau
dium est angelis dei in celo super uno
peccatore etc. Pensemus si possumus
fratres karissimi dispensacionem diuine pietatis
et diuini amoris stimulus si ceciderint
minatur pena lapsis nero ut surgere
appetant promittit veniam illos terret
ne presumant in bonis istos vero
monet ne desperent in malis. Pensemus
ergo karissimi super nos dei diuicias ac
vis conditoris nostri post tergum
sequitur deus et monet qui iam et
amolus contemptus est et nos ad huc
contempsit peccare nos videt et per
tulit qui nos ante culpam peccare
prohibuit etiam post culpam perpetratam
conspectare adueniat non desistit
Ecce ipse qui nos despeximus vocat
nos auersi ab illo sumus tamen ille non
auertitur vnde bene per ysaiam dicitur
Et erunt oculi tui videntes preceptorem
tuum et aures tue audient vocem post
tergum monentis. Quasi enim homo
in faciem est monitus quando in insti
tuam conditus precepta rectitudinis
accepit. Sed tunc hec eadem precepta co
tempsit quasi conditori suo dorsum
mentis in faciem dedit sed ecce adhuc
vocare non cessat qui nos qui dorsum
ei in faciem dedimus tamen vbi desperi
mus tamen etiam precepta calcauimus sub
sequens post tergum nostrum deus nos a
uersos reuocat qui et videt quod de
spicitur et tamen per precepta clamat et
per paciam iam conspectat. Pensate fratres
karissimi. Ecce si quilibet nostrum loquenti fa
mulus suus cito supplicaret et terga
in faciem mitteret cunquidem contemptus
dominus suus supplicium sui feriret et
vindictam districte animaduersionis infligeret
sed ecce nos peccando auctori nostro dor
sum in faciem dedimus et tamen susti
nemur super nos benigne reuocat et
qui ferire nos auersantes digne po
tuit tamen ut reuertamur munera repro
mittit. Tanta ergo nostri conditoris
pietas. Amorosa duricia nostri rea
tus et cordis emolliat et homo qui
si malum quod fecit compunctus perculsus
poterat saltem adeo conspectatus
recensus erubescat. Fiducia ergo habete
fratres karissimi de misericordia et amore conditoris
nostri cogitate que fecistis recogitate
que fratres largitate superne pietatis
aspirate et ad misericordem iudicem dum
adhuc conspectat cum lacrimis iam
venite. Idem in alia quadam omelia super
illud Luce. Si quis vult venire post
me etc. Ecce inter nos et deum discordia
peccando facimus et tamen ad nos deus
priorum suos legatos mittit et nos qui
peccauimus ad pacem rogati ne ueniamus

Erubescat ergo humana superbia quam
amatoris deus contempnit et tamen vo
cat et revocat adversantes sibi sic
nunc ait quando peccanti dicit Ad
me revertere et ego suscipiam te Idem
in summa tribulatione positis sola con
solatio est pietas et misericordia conditoris
Idem super Cant Musitor libro nominant
ubera et oscula gene et femora et
hiis similia quibus usus non est
irridenda divina hystoria sed magis
consideranda misericordia quia dum membra
viri corporis memorat sic ad amorem
vocat notandum quam misericorditer et
misericorditer operatur nobiscum deus
qui ut cor nostrum ad instigacionem sin
ceri amoris accenderet usque ad turpis
amoris nostri verba descendere est dignatus
Idem super illud Ysa. 26 Quo si blan
diatur amor deus tamen superiores
deus et prius pater modo aquile modo
galline modo nutri blandienti se com
parat ut nos tum blandiciis et minis
amabiles quod diligunt fetus suos Idem
in xxviii moral Non se despiciet hu
mana fragilitas et plura queras in
fra de desperatione Item infra de con
ceptione Christi Item de passione Idem
in iiii moral Caritas ihesu meditate
caritatis nostre non crederet Idem in eodem
Ille apud deum plus in amore est qui
ad eius amorem plurimos trahit plu
ra queras infra de Christi passione Item
de vita christiana Aug. in libro de civita
te dei Patientia et amor dei ad penitentiam i
nvitat malos sicut flagellum dei ad
patientiam erudiat bonos Idem ad
Iulianum comitem Quantum nos ama
vit deus quere infra de passione
Christi Idem de vita christiana Agnosce
quantum te deus diligat qui amplius
quam tu ipse te diligis qui te mori
cupiente vult vivere Idem in libro de ka
thezizandis rudibus Maxime propter
hoc venit Christus ut cognosceret

homo quantum deus eum amet homo
et idem cognosceret ut ei in amorem
a quo prior dilectus est inardesceret
Idem in libro de spiritu et littera Amat deus
ut ametur et cum amatur nichil
aliud vult quam amari sciens ipso a
more esse bonos et beatos qui se ama
verint per amorem eius venit ad homines
filius homo et dicti illius sunt
esse eius filii hominum Idem Amavit
te homo deus et fecit se pro te
hominem subiciat se et suscepit te in
humanavit se et erexit te exinanivit
se et implevit te exinanivit se
maiestate et implevit te divinitate
descendit usque ad te et tu descendes
usque ad eum Idem in libro confessionum
Amor tuus domine suavis est et que
re infra c. proximo Idem in sermone
de assumptione O mire pietatis af
fectus queras infra Christi nativitate
Idem in libro de verbis domini O magna
pietas et amor domini cum tibi pro
creatione reddere debeamus obsequia
debita servitutis extorqueas Capis
enim miseri etiam nolentibus et
minitus in reos indicas et condescen
das Idem super illud Petite et acci
pietis non tantum hortatur deus et
queras infra de Christi misericordia et pieta
te Idem nemo de civitate dei et que
ras i de Christi misericordia et pietate Aug.
libro primo de civitate c. 29 Sic itaque
deus est ipse pater amat nos et quid
intelligam filius et spiritus sanctus Non
quia nos modo non amet deus
quales futuri sumus non quales
modo sumus sed quales eum amat
tales inctum conservat plura que
infra de Christi misericordia et pietate Idem
infra de Christi passione Idem in libro de
civitate persuadendum erat homini
quantum nos dilexerit deus et
qualis quantum ne desperamus et

qualem nec suspensuri essemus Ambrosius super
Lucam Considera affectum domini a
moris patrem quasi enim pateretur
filii suscepit periculum quam orbitatis
auxit dolorem ne tibi periret fructus
tue redemptionis Cum enim sint de
studio tue salutis ut ipse magis
de sua prole ut tecum dum te moreretur
ille ipse te dispendia vite suscepit
ut dominus te misereret et celestibus
consecrauit Idem ibidem Ibi donis
fideles suas suos magis quam glo
riam suam amant quam timores
homo propter eos quod mirum si maior
in dilectione tenebatur suorum suorum
sociorum quos relinquebat interius
quam dilectione glorie sue quam habebit
in celis Idem li. 2°. de offic. Quod
tam insitum nature quam diligere
se diligere Idem super Lucam Omnia no
bis est Christus et querere infra de Christo
misericordia et pietate Item infra de Christi
passione Beda in sermone de digni
tate conditionis humane Beneficia
enim nobis ex amore dei collata nec
modum habere poterunt nec nume
rum nec finem Quippe cum nec
tempus ad intelligendum sufficiat
nec scientia suppetat ad laudandum
nec si totum tempus vite occupet
omnis absque mora laudes teneant gra
rum actionibus insistant potens
homo pensare quod debes Idem
Beda in quodam sermone septuagesi
ame initium hominis leue est vita
parce donatorum dum amoris Nunc
enim dei beneficia si potes et tunc
considera quid mereris tua facta per
pende tunc dominus omnibus actus
ipsos meditare et tunc nec digni
te iudicabis eo quod sentiens si in
intelligas quid mereris Ceterum ob
tunditur sensus confunditur animus

spiritus perturbatur si ab homine dinos
catur sed nec humana poterunt ab
sque mora pensari si diuina computes
beneficia que de amore gratuito per
cepisti Idem in sermone quodam de dic
undis Certum est enim quod si beneficia
dei uni que nullis precedentibus me
ritis nostris nobis collata sunt assi
due cogitaremus peccata in nobis aut
non dominarentur aut penitentia confri
gerent Quis enim mente concipere
non dicam verbis exprimere potest quanta
ta sint circa nos beneficia dei uni fe
cit enim nos cum non eramus rede
mit nos cum perijssemus et adhoc
celorum nobis gaudia repromisit I
dem in li. 2°. de compunctione cordis si
millies moriamur et si omnes virtutes
anime et corporis expendamus nichil
tamen ad hunc dignum gerimus ad ea
que recepimus de bonitate dei beneficia
glosa. Unde cum deus in nullo nostri
indigeat tamen cum non eramus ce
nos fecit animam inspirauit non qua
lemcumque sed talem qualem nulli exce
ptis amantibus de hinc paradisum
plantauit celum extendit terram
que substrauit inde luminaria celi nobis
accendit per uniuersum mundi repleu
dentia terrarum quoque fluminibus fon
tibus que replent campos quoque vir
gultis et floribus ordinauit Idem
in li. de reparatione lapsi nemo ama
torum carnalium nemo eciam si sic
in hoc super modum insaniens sit quo
ardescere potest in amore dilecte
sue sicut deus effunditur in amore
animarum nostrarum Idem ibidem non est in
quam aliquis omnino non potest non mi
nus amicus nec alius quisquam quam
qui sic nos aliquando dilexit quemadmo
dum ille qui fecit nos Item in eodem
Sicut optimi medicorum eos quos vi

decumt morbo longe egritudinis af
flictos in illis rigore temperant me
dicine et delicacius ac tenerius agunt
cum eis. Ita deus quos uidit uehemen
tius esse corruptos non tam districta
obseruancie reuocat ad normam uir
tutis sed sensim et paulatim ita ut
inquantum plurimos subleuet et sustentet
ne uideatur eis minus esse corruptio
repentina. Idem in eodem. Talis est
erga homines pietas dei quod nunquam
respuit hominem penitenciam agere
uolentem si sibi parcere et supplicatur
offertur eciam si ad summum quis ma
lorum peruenerit et si uelit inde reuerti
suscipit eum deus et amplectitur sicut
pius pater filium prodigum. Idem super
illud Math. xxi. Nouissime misit
filium suum etc. Homo si passus fuerit
semel iniuriam statim minuitur eius
dileccio et affectus uel certe si non mi
nuitur tamen non crescit. Dei autem
dileccio et misericordia quanto amplius offen
ditur tanto magis augetur. Plura
quere infra de Christo misericordia et pietate.
Item infra de Christi passione. Item
Crisostomus super Math. Deus inuitus et
cum magno dolore compellitur dampnare
peccatores. Non enim sic dolet deus
quod ipse a peccatoribus offenditur quantum
dolet uolentibus aliquem querere et perdere
cogitur qui uult omnes homines
saluare. Idem ibidem. Deus gaudet
non de suo lucro sed de nostra salute. Irri
tatur deus non de sua iniuria sed de
nostra perdicione. Idem libro 2o de conpunc
tione. Sufficiat sanctis ad compunctionem
cordis recordacione beneficiorum diuine
dileccionis donatur et omnem honorem
gloriam non sibi sed deo totaliter assignare.
Idem in eodem. Oportet recor
dari priorum delictorum etiam eos quibus
uenia ut intuentes quantum ingentem

nostrorum massam debitorum nobis remis
sit deus et eo amplius ipsum dili
gamus considerantes quod nisi mi
seracio eius nobis subuenisset pon
dus illud magnum peccatorum nostrorum
ad inferna nos supplicia profundius
depressisset. Idem in libro de laudibus sancti
Pauli. Caritate ergo et amorem
dei nostri non tam pro passione pen
sare debet precia mens humana quam
pro animo pacientis. Sic enim semel
Christus passus mortem pro nobis ut
paratus esset penam morte incompa
biliter grauiorem pro nobis milles su
stinere sed paratus non promisit quia
non apertum. Contrariant ergo hii
omnes qui sibi sapientes uidentur
et hunc diuini amoris vincem (?) enume
rant si possunt puto enim intel
lectum creatum tam alte erigi pos
se ut huius eminencia caritatis com
prehendere possit quia plene scire non
potest creatura quibus nos amore
dilexerit creator omnium deus. In-
dem in glossa super Johannem. Deus natura
misericors paratus est et saluet per
clemenciam quos saluare non potest per
iusticiam. Idem ad Ebreos. Impetra
uit Christus quia pro amore patrem pe
tiuit multa que multa in de corpore circa
crucem astancium crediderunt. Idem
moralium super Abacuk. Quamuis si eg
rotus et estuans febribus aquam
frigidam postulet et dicat ad me
dicum unum potior erratum vere pro a
nimo nostro medice clamabo
et non exaudies. Et uidens sapiens
et clementissimus medicus dicit suo
quo ipse dedam dare quid et quod postu
las non misereor modo quia ima
talis crudelitas esset et uoluntas tua
contra tuam salutem petit. Ita deus
noster et deus meus secundum pietatis et
clemencie sue pondera et mensuras nostre

dum non exaudit clamantem ad se
ut eum probet et magis purget
ad rogandum et quasi igne tribula
cionis excoctum puriorem faciat et iu
stiorem Ysidorus de summo bono Ille qui
nos malos tollerat non dubium quin
conversis nobis clementer cognoscat
Idem Videm cum deo nec secundum
quantitatem nec secundum qualitatem nec
secundum situm nec secundum habitum proprie mo
tum aliquid digne dici posset inest
tamen ei quodam modo latitudo caritatis
qua nos aberrantes revocat et colli
git et continet in unitate Inest etiam
ei longitudo qua nos malos longa
nimiter portet donec emendatos et
ad patrie restituat Inest etiam ei al
titudo sapientie per quam omnem sensum
sue scientie in immensitate superat
Inest etiam ei profundum quo dap
nandos inferius secundum equita
tem disponens pre ordinat Bernhardus in
epistola super illud misericordia domini ab eterno
et usque in eternum ab eterno propter predes
tinacionem in eternum propter beatificationem
una carens principio altera nesciens
finem Et quidem nos ab eterno predestinat
etiam in eternum beatificat Idem Et quoniam
divites es domine in misericordia quoniam magni
ficus in iusticia quoniam munificus in
gracia Idem in sermone Domine deus meus
non est quis similis sit tibi remu
nerator copiosissime reconciliator pyis
sime liberator quia gratis reppro
bulos iuste iudicas innocentes et
misericorditer salvas etiam peccatores Idem
magna est misericordia domini que formam
sui ipsius fecit domum mundi ita ut
parvus esuriret fons vite sitiret
deus virtus infirmaretur etiam vita mo
reretur Idem que maior misericordia quam
propter creaturam creari creatorem de
di redemptorem occidi vivificatorem
humiliari exaltatorem Idem pater tam

dedit filium quo redimeret servos misit
spiritum sanctum in spiritum quo servos adopta
ret in filios unicum filium dedit in precium
~~deum~~ redempcionis spiritum sanctum in signum
remuneracionis se ipsum totum servat
in hereditatem adopcionis Idem super
illud Apud dominum misericordia et copiosa apud
eum redempcio prorsus copiosa quia
tantum una gutta sed omnes gutte sa(n)g
wnis eius largiter per quinque partes
corporis domini nostri profluxerunt Quid Nota
ergo ultra tibi facere debuit et non fecit
Illuminavit cecos solvit vinctos redu
xit errantes reconciliavit reos iu
stificavit impios Triginta tribus
annis super terram visus est et cum ho
minibus conversatus est et tandem
pro hominibus mortuus est Idem a du
ri et indurati et insensati filii ade
quos non emollit tanta benignitas
tanta caritatis flamma tam ingens
ardor amoris tam vehemens ama
tor qui pro vilibus sarcinulis tan
preciosas merces exhibuit Non enim
corruptibilibus auro vel argento re
demit nos sed suo sanguine precioso Idem
quid ergo faciunt considerata tanta
et tam indebita misericordia tam gratu
ta et sic probata dilectio tam inopina
ta dilectio tam invicta mansuetudo
et tam stupenda amoris dilectionis
amorisque dulcedo Quid inquam hec
faciunt diligenter considerata nisi ut
considerantis animum ab omni penitus pra
va necessitate et abstrahant amore
ut ad se mirabiliter et immutabiliter
rapiant vehementer afficiantque faciant
pre contemptu quidquid sine contemptu
appeti nullatenus potest Idem Amat
deus hominem ex se toto quia tota tri
nitas amat si tamen totum dici potest
de infinito et simplici et incomprehensibi
li bono De patre autem divine maiestatis
dicitur Sic deus dilexit mundum id est homines

Ut filium unigenitum suum daret. De fi-
lio vero dei dicitur: Tradidit in mortem
animam suam. De spiritu sancto dicitur: paracli-
tus quem mittet pater etc. Bernhardus ym-
num quod deus dedit in precium nostre redemp-
cionis se fecit in minimum sic sumat in
premium nostre glorificacionis. Bernhardus ym-
ponit et apparuit in refectionem ani-
marum suarum. Idem super Cantica sermone
62. Deus summus factus est humi-
lis a amoris vim. Quis enim sic
fecit amor dignitatis nescius dig-
natione dives affectu pietatis potens
suasu efficax. Quid violencius tri-
umphat de deo. Amor denique semper
commendavit ut scias amoris fuisse
quod plenitudo effusa est quod alti-
tudo adequata est quod singularitas
associata est quod divinitas humanata
est. Idem. Maior est inquit ille ini-
quitas mea quam ut veniam merear.
Absit. Maior enim est dei pietas quam
que vis iniquitas. Quid ad omnem tri-
bulacionem ad omnem necessitatem apta
est nobis urbs refugii sinus matris
compassivus apta foramina petre videlicet
viscera misericordie dei mei. Certe ergo non pu-
lsacionum vel iudiciorum. Si pater misericordiarum
deus dicitur qui misericordia tamen et ori-
ginem accepit compassio iudicandi no-
vit attendi magis communi. Idem. Be-
nigna dulcedo suavitatis domini ihesu
multum potenciam modum commendabat
in omni peccatore videlicet longanimi-
tas in expectando et felicitas venie
in perdonando. Ad hoc quidem deus sus-
pendit diu suam ultionis a peccatore
contempnente ut quandoque graciam con-
ciliat impenitente. Idem. Ingenua por-
ta est vita tua domine ihesu offertur cum
omnibus et nemo illius compos est
nisi qui contempserit. Gaudeat ergo ille
quippiam est que precio damnacionem

adiudicabat gracia peccatorum. Idem.
Venia fieri posset tamen quod fecerat
deus nisi vita dei subvenisset. Cul-
pa enim et ulcio quam quam in hominem unus
venerat auferebat et tegebat semper
ad vindictam tempora iudicans quia
semper tendebat ad lapsum fragilitas
peccatoris. Idem. Nunquam bone spei
de tua pietate diffidat quia cum ini-
mici essemus rede-misti nos in sang-
uine tuo et reconciliasti nos deo nostro.
Certe sub umbra vite tue protectus
ad thronum gracie tue postulans ve-
niam curro clamans et pulsans
domine miserearis mei. Si enim ad me-
ream nos vocasti veniam non que-
rentes quanto magis veniam impe-
trabimus postulantes. Idem. Quos in
carne quesivit dilexit ipsum vide-
runt in vita que quesivit hominem et
vocavit peregrinum. Numquid ergo venientem
et postulantem eiciet foras. Idem. Ergo
fratres fidenter quod est in me michi
deest usurpans suscipiam de viscera-
ribus domini mei ihesu quia affluunt mi-
sericordia eius nec desunt foramina
per que effluat. Ipsi vita. Foderunt
enim manus eius et pedes eius latus-
que lancea perforavit perforaverunt. Itaque
per has rimas licet michi sugere
mel de petra oleumque de saxo durissi-
mo. Dico quid ad dubia durior est at
ad dubica durissimo vero ad horren-
da crimina supplicia. Idem. Propter man-
suetudinem et pietatem que predicantur
in te et de te domine ihesu currimus ad te
et post te audientes quod spernas
pauperes nec abhorreas peccatores. Idem.
Quid trepidas ad opus accede. Fruc-
tus est et tanta poena tempta-
tus absque peccato in poena maioris
fiet precio. Idem. Nunc cogitare suf-
ficiat qualiter dominus pro nobis venerat ad
nos subvenit nobis singularis illa

maiestas noluit cum mori ut vi
ueremus surgere ut regnaremus co
ulare ut repararemur et tandem us
q ad ultissima inclinata s̃ opa mia
ut nos constituet sup omnia opera
sua Idem in li° de ꝯfess̃ Deus amat
ut caritas nouit et veritas sedet ut
equitas dicatur ut maiestas re
git ut principium tuetur ut salus opatur
ut virtus reuelat ut lux assistat
ut pietas Idem sup Cum habitat. Vi
gilat sup nos ut indefessus et per
uigil ille singularis clementie oculus
non dormit neqz dormitat qui
custodit isrl et illud quidem utile
est quia non dormit neqz dormi
tat qui impugnat isrl Non enim
in nobis tam magna sollicitudo ge
reret si nobis tam magna necessitas
incumberet uideretur nec tam multi
plex nobis custodia nisi ptr multi
plices insidias poneretur Idem in s̃
mone Quatuor sunt fide magne
nne diuine videlicet remissio cu
stodiendus subtractio oportunitatis
virtus resistendi et sanctitas afferen
tur plura querere infra de xpi con
ceptione Idem de xpi natiuitate
Item de xpi passione Item de xpi mi
sericordia et pietate Eusebius cesa
riensis in 1 omel pape Maximini ꝯ
hominem dum amoris insigne est
quod int ipa mundi principia similitu
dinem et ymaginem dum dei sui per
inus homo accepit sed genere ampli
us est quod personam mei et forma
sui filius hominis deus auctor assump
sit grandi quidem dignatione primo homi
ni particulam uite de suo primus forma
tor infudit s̃ nunc genere maiori cari
tate pro eodem homine non tam sua
dedit s̃ semet ipm tradidit et impendit

Idem ibidem Magnum quidem michi est
de deo quod me secundum ce opus suum
s̃ multo plus est quod ipm tulisse
ideo impretium meum qui quid tam co
pioso munere ipa redemptio hominis a
gitur ut homo dum vale uideatur
Damascenus in sermone de quadragesima
in xpo iustum liberalis est magnus
et salus ualet bonus deus quod in
diuisione et collacione donorum suorum
plus gaudet ipe qui confert quam
ille qui suscipiunt dona salutis absque
Sedatus in sermon de die iudicii Cer
tum est verum quod si beneficia dei in
que nullis precedentibus meritis
nobis collata sunt assidue cogite
mus in nobis aut non dicant aut
primam corrigunt Anselmus in li°
Cur deus homo Conceptus est deus
homo ut homo fieret pannis inuol
uitur in presepio ponitur circumciditur
deridetur flagellatur cruci affigitur
moritur et toto corpore per effusionem
sanguinis sui passionum ꝯsummatur Se
neca in epla ad lucill Si dominus tibi do
naret in qua resplendet aliquid mar
moris non mediocre munus uoca
res s̃ magnum donatum reputares
et unde tibi istum quem trahis spiritum
unde habes istam lucem per quam ac
tus uite tue disponis et ordinas Mo
ne si gratus es dices deus hoc dedit
cuiqz michi semp ipe deus Idem plu
ra et maxima beneficia refert deus
in nos sine spe recipiendi et quia n°
ipe collato eget nec nos ei quidquam
conferre valeamus

De amore hominis ad deum Berg in
omel de dnica tria in aduentu
dni sup illud Math Btus qui non fu
aut dei sine proximi aut proximi sine
deo potest utilis esse dilectio ad salutem
Beda super illud Johannis ult. Symon
iohannis diligis me plus hiis Tercia
perfecta dilectio est qua deum ex toto
corde tota anima tota virtute pro
ximum autem tamquam nos ipsos diligere
iubemur et neutra harum dilectio sine
altera valet esse perfecta quia nec de
us vere sine proximo nec sine proximo
potest deus vere amari Unde dominus
terciens interrogato petro an se dili
geret adiungebat per singula ita con
cludens Pasce oves meas sine pas
ce agnos meos Bernhardus in li° de amore
dei In hoc apparet quod vera et
sincera sit caritas quod proximi bo
nu ut eque nostrum diligimus Idem in
suo apollogetico Mirantur fiducia
caritatis unus operatur non quia
et alius amat ut operatur mecum operantem
Ille quidem opus suum perdit istius
nostra caritas et amor numquam excidit
plura quere infra de caritate dei
Rabanus de super lucam vera frater
nitatis dilectio est que fratre veneran
de notum et corrupit dissolutum quam
presenti obsequitur absentem non credit
sano applaudit et infirmum non dese
rit plantatum non provocat et ira
tum non metuit ut maiorem Ori
genes super Can. Creator universitatis
tum nos condidit inseruit cordibus
nostris semina caritatis nunc autem cari
tas et dilectio dormitat in nobis Glo.
super illud Ecc. vi Qui timet deum
eque habebit et plena et perfecta amo
ris dilectio inter viros perfectos eius
demque virtutis prevenire potest sed ad hanc
quibusdam gradibus pervenitur Primus
gradus est mundanorum contemptus
Secundus ne quis se ipsum sapientem
et consultum iudicans sibi magis
quam amico proximo credere velit Ter
cius omnia que utilia et sunt de ami
cicia vera Tullius in li° de amicicia
Quod res humane fragiles sunt et ca
duce et queras infra super de amici
cie nobilitate et utilitate Glo. super
illud Johannis xiiii Ad dilectionem hunc
admonere hic est finis divinus in quo
non quiescat aliquis plura queras
infra de caritate

De amore extatico Breg. super
Ezech. omel. xiii Contempla
tiva vita est et queras infra de con
templacione Dyo. in li° de divinis nominibus
Est autem extasim faciens divinus
amor nec dimittens sui ipsorum esse
amatores sed amandorum propter hoc et
paulus magnus in extasi factus
divini amoris virtute ipsius participans
ore divino dixit Vivo ego iam non
ego vivit vero in me Christus sicut
verus amator et extasim passus non
sui ipsius vivens sed amati sicut vita si
cut sed attente et valiter id ipsum secundum
virtutem extendi ad perfectam verar
chie sursum actione sive semper nego
ciante Aug. li° 2° confess. Quies apud
te est valde et vita imperturbabilis et

intrat mte intrat ingaudiu domi
ni et habet se optime in optimo Ide
in x. confess. aliqn intromittis me
dne ad affectum multu inusitatum
introrsus ad nescio quam delectacoez
et dulcedine que si pficiatur in me
nescio quid erit quod vita non erit
Idem ibidem Introducat me domine
ingaudiu inconsuetam dulcedine
que si non est vita eterna nescio q
sit vita etna Idem ibidem plus de
lectant omnia qm singula tamen
si possunt senciri omnia sed tamen
longe hijs melior est qui fecit om
et hic est deus nr Idem omnis copia
que deus meus non est delectacio
michi non est Idem sup illud Johis
vi Dne ad quem ibimus Qr nos me
recede a te da michi alud te ut a
te fugiam adte aliogn non receda
ate Idem in li° cfess langwet dne
anima mea et querit sup de amore
hominis addu Idem in 2° li° de tri
nitate sup illud apli p fidem ambula
mus et non p speciem Illa est
spes que rapit amen animam vena
lem desiderio sui tanto ardenciorez
quanto mundiore et tanto mundiore
quanto ad spiritualia resurgente Tan
to autem ad resurgente quanto ma
gis a carnalibus morientem Bnth
in li° de amore dei Non ingm dne
clausos oculos michi adte inhianti
nichil sit eis laboriosius qm non
laborare Idem in li° de p destinacoe
scorum Dicit enim nobis frequens
divinus sermo de fugiendo isto secu
lo atque utinam qm facilis sermo tam
cautus et solicitus effectus corrobe
ret sed heu quod peius est frequenter
nobis aliquid recipit frenum deside
rium illecebris cupiditatum et vani
tatum effuso mente occupat in tan
quod hoc qm magis intueri studes
hoc magis qz cogites animo qz re
nolitas Non enim heu est in potesta
te mea cor meum et cogitaciones me
que subito et impetuoso se effunde
mentem anim qz confundunt atque
alio trahunt quin tu ipso sueras ad
secularia revocant mundana nobis
inferunt voluptates ingerunt
illecebrosa intronunt ipso qz in tem
pore quo magis mentem meam ele
vare pararemus inspiciam namus cogi
tacionibus ad terrena plerumque deci
mur et in infimis volutam Ista
dictas posuit infra de contemptu
dei Item infra de fuga seculi Bnth
in li° deci° de amore dei. Non ingm
dne clausos oculos michi adte in
hyanti inmictis in os cordis mei qd
non licet michi prius pponere qm
dem sencio dulcedinem adeo tam forte
tem qm si pficeretur in me nichil
ultra quererem sed cum accipiens alto
corpis usu nullo anime sensu spus
intellectu me prunctis advertere quod
sit Idem dne nichil michi tam dul
ce qm tecum esse et omnis copia
que tu non es egestas michi est
Amo enim te magis magis qz ama
re cupio tu michi melle dulcior lac
te niveque candidior nectare sua
vior gemmis et auro preciosor cunctis
qz terrarum divicijs et honoribus
michi es carior Idem in sermone
de peccato primi s forma p filijs hominum
Talis est que nos sequimur tu ad
hereamus totus desiderabilis magis
non solum ipsis sed etiam omnibus ange
li desiderant prospicere Quid ergo
nobis suavius apponemus numquid
hec sunt delicie angelorum gustate
prandete et videte quam suavis est
dominus hunc cui pia mente et hunc
sapori et hunc sapientie que trahi
here de oculis dne dulcedinis

omne quod pie ipsum desiderat non
valet aliquatenus comparari. Dauid enim
miratus in sole splendorem, in flore
pulcritudinem, in pane saporem, in mel
le dulcedinem, in terra fecunditatem.
Et adeo sunt hec vniuersa creata
nec dubium quin multo amplius re
seruauit sibi conditor vniuersitatis
quam donauit creaturis. Idem in ser
mone Ephye. Totus suauis est, totus
salubris est, totus delectabilis est, to
tus denique secundum sponse vocem desi
derabilis. Idem in alio quodam sermone
Deus ... futurus est verum plenitu
do piorum, memorie continuacio, eternita
tis. Crisostomus in libro de laudibus sancti Pauli
Vehemens amor durati penam con
tempnit et proprium meritum est de
merito vel de premio non curare. Can
tati autem vel amori Christi nichil similius
quam tantus, correptus amor, quantus
in Paulo fuit. Ita enim ignis Christi sic
feruebat in apostolo Paulo, tamquam totam
mentem sibi plene deuicerit et compre
hendat amor Christi ut etiam quod ceteris precte
teris amabilius videbat, secundum esse
cum Christo, rursumque quod vtique placet
Christo contempneret et absque etiam Christo
anathema esse a proximo optabile sibi et
qualiter credendum est quod in Christo
et propter Christum. Idem in libro 2o de compunctione
cordis. Hoc autem vis amoris et que
vis super de amore [illegible]. Idem
vbidem. Quis audeat blasphemando
dicere quod Paulus plus dilexerit Christum
quam Christus Paulum, sed tamen vide imper
lo stupendum prodigium quam hoc amo
re insanuit insania spirituali, qui tan
to igne amoris eius exarsit ut mo
ras longas vite et dilaciones profec
tionis sue qua redire tardatur ad
Christum ingemisceret et doleret dicens: Po
siti inquit in hoc tabernaculo
ingemiscimus et iterum. Infelix ego homo
quis me liberabit de corpore mortis
huius. Et rursus desiderium habens dissol
ui et esse cum Christo multo enim melius
est. Sed quanto hoc inquit placet illi qui
amo permanere enim in carne necessarium est
propter vos et quid eligam ignoro. Idem
vbidem. Intantum etiam succensus
et ardet amore Christi Paulus apostolus
ut etiam si quas in mortales flammas
adhiberas non senciat nec sciat, non mirum.
Multo namque vehemencior est ignis ille
quo intus vritur per amorem. Non enim
erat Paulus sicut nos sumus mercen
narii qui timore gehenne regnum que
rimus, sed ardenciori desiderio constric
tus ita sufferebat omnia ut populus que
patitur penis solacia magis amoris
sui caperet quam doloris corporis sen
tiret. Mens namque diuina caritas vel
amor semel absorbuit cum foris ad
terrena desideria quasi insensibilem reddit
pre habundancia ergo deuocionis et a
moris Paulus dolores non sensit
corporis. Dolor enim non est nisi quando
ibi et amor fuit. Qui ergo mente
ne viuunt in carne sentiunt et illis do
lor corporis est grauis quia suaue fu
it eis gaudium corporis. Qui autem in
spiritu viuunt nichil senciunt nam in car
ne vnde etiam illis de vastacione car
nis non est grauis quia non fuit
gaudium carnis suaue. Et hoc modo
Paulus apostolus in extasi vel in amore
extatico positus dicebat. Vitalis dico
in Christo vel a Christo. Namque quedam mentis
bene affecte sanitas quedam tibi videtur
insania, cum impossibile sit effectu super
fluum in affectu pro Christo et in Christo
anathema velle esse a Christo. Hoc
ergo dicebat Paulus quasi insania spiritus
non insaniens, cum hoc nec angeli
nec potestates vel dominaciones aut celestes
[illegible] affectare possent, videlicet Pau
lum aliquid separari a Christo sed ut per hoc [illegible]

tenderet atque omnibus ante oculos po-
neret quanta vis sit amoris in eo
esset. Tunc etiam ea que impossibilia
sunt fieri dicat magis posse fieri quam
ipsum ab amore Christi posse separari. Un-
de post modum subinfert dicens Certus
sum enim quod neque mors neque vita etc.
Idem ibidem Per singula enim momen-
ta mentis eius oculos tamquam
ad celum pre decore celestium tractus
et tentus reverti rursus ad terrestria
recusabat unde dicebat Nostra autem con-
versatio in celis est. Ita ne mirum diceret
Vivo ego iam non ego vivit vero
in me Christus. Et iterum Christo confixus
sum cruci. Ubi enim prospexit paru-
lus ea que in celis sunt contempsisset
ista que squaloris et egestatis ple-
na sunt. Unde etiam si triste quid
quando pertulit animo ubi solacii modes-
tibus comparato hic solus in corpore nichil
sensit. Si etiam delectabile quippiam
in hoc seculo videbatur tamen illa
delectatio celestis delectationis huius
suavitatis absorbuit sicut lumen
solis et dulcedo mellis et lumina stel-
larum et dulcedines pre amore absorbuerant.
Idem ibidem Sic ergo dum amoris
anima Pauli per singulos dies flante
spiritu sancto magis ac magis accendebatur
et ad superna tendens non solum tres
celos penetravit sed etiam animo ten-
dit usque ad ipsum Christum cum celorum
dominum super amat. Amor enim animo in-
patiens non potest non videre quod
amat. Idem ibidem Puto quod non de-
linquat aliquis si sanctum hunc apostolum
tali cuidam conferret similitudinem
ut si ubi gratia flamma quedam in
celesta terram universam repleret et
inde ascenderet repletis omnibus
usque ad ipsa perveniret celi fastigia
sed et inde superans omnia etiam il-
lum qui super celum est locum tran-
scenderet atque illa etiam que illic sunt
spacia impleret sed nec illo quidem
licet flamma omnia incrementa sumeret
sed ascenderet adhuc usque ad tertium celum
et hoc omnia uno et eodem igne re-
pleret. Ita enim debet amari Christus
et sic amor eius debet animam hominis
a rebus presentibus facere alienam o
felicem et felicissimam animam que
sic in deo incenditur affici ut per uni-
tatem spiritus in deo solum amet deum
et nec privatum aliquid amet sed
nec semet ipsum ipsum aut nisi unius
hore spacio donatum est Christum. I-
dem ibidem Ac ipsum enim pre decore
quodammodo quodammodo tamquam qui non
sit et omnino non sentire se ipsum a
semet ipso etiam contemnit et pene
ad nullam celestis est conversationis
non humane affectionis. Idem Tales
autem sunt celestis curie senatores
qui hoc amore facti sunt insani
martires Christi inter tormenta gau-
dentes. Cur hoc ego non dicam de
sermone spiritus et caritatis divine quod
in furore lascivie sue lascivus poe-
ta dicebat Insanire libet. Hoc pau-
li fuit insania cum dicebat Opta-
bam ego anathema esse a Christo. Hic
est enim beniamin adolescentulus
in mentis excessu qui nec se nec
suum aliquid sensit sed illud solum in
excessit totus et ideo verissimus
amator fuit Christi. Idem Talis etiam
erat sponsa Christi que pre amoris ma-
gnitudine languebat et ideo dice-
bat Nunciate dilecto meo quia amo-
re langueo. Et pre amoris magnitu-
dine languebat omnia corporalia et
temporalia facta sunt tedio. Idem Si-
nus enim et thalamus dilecti spon-
si sunt corda eorum in quibus anima
per amorem celestem invisibili spon-
so iungitur ut eius desiderio arde-
at et nulla iam longitudine pena

deputet et corde de mundo festinet
ad amoris celestis amplexum mole-
sta sponsi visione requiescere toto cor-
dis conamine inardescit Idem Agnes
utique que iam talis est nullam pen-
itus consolacionem recipit sed ad illum
quem amat et diligit medullitus
suspirat fervet et anhelat et lan-
guetur fit ei inlis etiam ipsa pal-
lor corporis anima transfixa est in amo-
ris vulnere caritatis Idem mala est omnis
salus cordis et corporis que dolorem
huius vulneris nescit Cum autem
anhelare iam incipit desiderium et
vehemens amoris sentitur tepido tunc
iam fit anima salubrior convalescere
que prius egrotabat consalute Hugo
de sancto victore in libro de arra anime Sen-
tio quidem tam vehementer et sua-
viter afficior ut iam totus quodam-
modo a memet ipso abalienari et
nescio quo abstrahi incipiam veloci-
ter cum innovor et totus immutor
et bene michi esse incipit ultra quam dici
sufficiam exhilaratur omnis conscientia
in oblivionem venit omnis preteritorum
dolorum miseria exultat animus clares-
cit intellectus cor illuminatur desideria
iocundantur Iam quod alibi nescio ubi me
esse conspicio et quod quibusdam amplexi-
bus amoris intus teneor et nes-
cio quid illud sit et tamen illud si-
retinere et nunquam perdere toto nisu la-
boro Idem ibidem luctatur enim quo-
dammodo delectabiliter animus ne recedat
ab eo quod semper amplecti desiderat et
quasi in illo omnium desideriorum finem inve-
nerit summe et ineffabiliter exultat
nichil amplius querens nichil ultra
magis appetens sed semper sic esse vo-
lens Idem ibidem Anima ergo sic
spiritu sapientie illustrata et divini amoris
ignibus inflamata ac undique per-
fusa gratia quia diligit instan-

et odit iniquitatem omnibus placet et
ab omnibus amatur ac ab omnibus com-
mendatur Illi etiam qui sunt contradicto-
res quasi fuerint inimici tamen videntes
hominem huiusmodi timent et verentur et
si bonum in bono non vult imitari ne-
quicia indurata dissimulare tamen
non potest natura creata Idem dig-
num quidem est ut qui divino fervet
amore amicus dignus habeatur hono-
re sicut enim inter quidam pro natura
gratiam et quidam angelicam lingu-
am virtutis et natura eorum gra-
cia inter se loquuntur vel etiam hoc ipsum
quod sunt et ubi sunt exterioribus
aspectibus innotescunt Auctor in
libro de spiritu et anima Certe domine quia
me fecisti debeo amori tuo me
ipsum totum et quia me redemisti de-
beo tibi me ipsum totum immo tantum
debeo et plus quam me ipsum totum
totum quanto tu es maior me pro
hoc ipsum quod habeo possum pro quo dedis-
ti te ipsum totum plus ergo debeo ti-
bi quam me ipsum totum nec hoc ipsum quod
habeo possum reddere tibi sine ipso Fac
ergo precor domine me gustare per amorem
quod gusto per agnicionem senciam que-
so domine per affectum quod sencio per intel-
lectum trahe domine trahe me in amo-
rem tuum Trahe post te ipsum ut hoc
ipsum quod habeo totum / totum quod de-
bitum est condicione et pietate sic fac
totum tuum dilectione et amoris uni-
tate Virg. pr. Cap. Plurimi querentes
comunt aude non id esse nisi vim a-
moris que animam deterris ad celsa
celi fastigia producit nec ad summam
posse beatitudinem pervenire nisi amore
animi desideria provocantis Idem ibi-
dem Dum portant ymaginem terreni se-
cundum interiorem hominem ille agitur cu-
piditate et amore terreno qui vero

portat ymaginem celestis secundum inte
riorem hominem agitur similitudine celes
ti agitur anima tunc perfecta pulcri
tudine ubi dei speciem eius et adumbra
verit et quoddam tenue quoddam et vel
ut accepit Idem ibidem Solus ille
amor probabilis est qui deo et animam
virtutibus coaptatur

De amore eterni boni Bern in o
melia Si eternitate diligimus
cuncta temporalia in usu non in affectu
possidemus Si gloriam dignitatum
diligitis in illa superna et eterna bea
titudine angelorum curiam aspicite festina
te Idem si adhuc pro tuo seculo mente
inhesens si adhuc terrenis volup
tatibus delectaris amare vere non
potes eterna gaudia que audis Idem
ymaginus diligi non potest quidquid sine
conclusum Illa ergo appetenda sunt
illa summopere diligenda sunt que nec
inventa cupiunt nec adepta deficiunt
Idem perfectus amor eternitatis a sua va
nitate excludit temporales iocunditates
Idem fixus amoris eterni non bibit q
ordia corde gerit Aug in omel Tene
te dilectionem dei ut quomodo deus est eter
nus sit et vos in dei dilectione mane
atis in eternum Idem anima amore eter
ni ut eternus amor te eternaliter amet
Idem in li de doctrina christiana Inter eterna
et temporalia et hoc interest quia tempora
le aliquod plus diligitur priusquam ha
beatur vilescit autem cum advenerit
Eternum vero ardentius adeptum quam de
sideratum Nichil enim satiat animam
nisi cum vera et certa fides est eter
nitatis Bernardus in li de mediis Cur per
multa vagaris homuncio querendo
bona anime tue et corporis tui Ama u
num bonum in quo sunt omnia bona et
sufficit tibi desidera simplex quod est
omne bonum et eternum bonum et satis
Quid quod cum amas totum quod
desideras anima mea totum ubi est

ubi nichil deest Si enim delectat te pul
critudo ubi fulgebunt iusti sicut sol
Si velocitas aut fortitudo aut liber
tas corporis cui nichil possit obsiste
re erunt similes angelis dei quia
seminatur corpus animale et resurget
corpus spirituale vel potestate non natura
Si te delectat longa et salubris vi
ta ubi est sana eternitas et eterna
sanitas Si te vero delec
tat satietas satiabuntur utique cum
apparuerit gloria dei Si ebrietas in
ebriabuntur ab ubertate domus eius
Si melodia ubi concinunt angelorum
chori deo sine fine dicentes Sanctus
sanctus sanctus Si delectat te quelibet non
immunda sed munda voluptas Torren
te voluptatis sue potabit eos deus
Si sapientia filii dei virtus et dei sapientia
manifestabit se ipsum illis Si ami
citia diligent illi omnes deum plus quam
semet ipsos quia illi diligent eum et
se invicem illum quem sed ille se et
illos per se ipsum Si te delectat con
cordia omnibus omnibus erit ubi una vo
luntas quia nulla erit alia quam dei
voluntas Si potestas quia erunt omnes
erunt omnipotentes sue voluntatis
sicut deus potest quod volet per se ipsum
ita illi poterunt quod per se ipsos quia
illi qui sunt et erunt ibi non aliud
volent quam ille sit et ipse volet quid
quid ipsi volent et quod ipse volet non
potest non esse Si te vero delectat
divitie vel honores illi deus fideles
suos super multa constituet nec solum
fideles sunt sed amici et filii et dii ex
celsi omnes Plura que infra de beati
tudine Item infra de gloria eterna

De amore et timore Bern in mo
ral Cum plus ibi quod tunc
amus aquosum plus volus deo
per internam gratiam infundit quod
invenimus Idem appositis quasi quibus

dam gradibus provectus ire pedes
p timorem primus in ymo ponimus ut
postmodum ad alta p amore subleve
mur et sit ab illo quod quisque timet
respirat ut timeat et ab eo quod iam
timuit sublevatur ut presumat Idem
sup Cant Quo maiori caritate et
amore sponsa fidelis in deum ardet
eo timidius se probat ei et magis ne
vetur ne sponsus aliquid in ea inveni
at propter quod eam a se dimittere queat
Aug in li de civitate Anima dei bona
talem time sententie utrasque te probo
esse non sunt amando enim times ne
amante te ut amatum a te graviter
offendas Idem xiiij de ci te dei Timor
est amor fugiens quod ei adversatur
Idem sup can Joh Timor quasi locu
caritati parat sicut preceptum introdu
cens filum tunc et ni primus exeat seta
non succedit filum tunc aut reperit
caritas spiritus tunc pellitur timor
qui sibi locum paravit et quando illa
crescit ille decrescit maior est cari
tas unde est timor et unde caritas
maior timor Idem ibidem quid est
timor castus timere deum ne recedat
a te Idem sup ps Timor dni magnum
presidium est proficientibus ad salute
proficientibus foras mittit Idem
in li de libero arbitrio non irritatur ca
ritas incommoditatum enim pro peccatum
hs patim sunt saluberrimum timorem quem
introducit ipsa sed illum castum perma
nentem in seculum seculi Idem de fide
ad petrum desperemus nec impetus ani
plus indicamus Idem sup i Can
Joh Exhortemur que minatur oportet
amo que pollicetur amplius et inlicit
amans timidus sunt promittens sunt
terrens sunt terrens Idem in li de co
niugiis adulterinis Et principali viuncu
lo in nuiius nisi appetit metu factorum
cohercetur pena in ethorum et timore

faltem frenetur cupiditas si amore
non eligitur continencia Idem in
epla Vide et omnia quecumque bene
facis propter dnm facias preciosus enim
res tua te admino receptura merce
dem quam enim timoris et amoris
causa perficias Bern in li de consid
cone Bonum facit affectus unum pud et
ipsa gemina scilicet timor dni sanctus et
amor sanctus Hys enim duobus anima
perfecte affecta veluti duobus quibus
brachiis suis deum amplecti stringit
et tenet et ait Tenui eum nec dimit
tam Idem in epla Quem qui semel
affecerit caritatis sui iniri esse non
pant Querunt enim quod vestit dolo
plus quam oportet sollicitudo plus quam
valent Idem timeamus et amemus
propter propterius dignatione non dissi
mulemus ergo non gressuemus in
medio enim est enim inter ambas
se affectus ambabus bisfaciens om
nibus se demonstrans

De amore privato sunc de amo
re recto vel de amore sui Greg
sup Ezech vehementer claudit oculos
cordis amor privatus Aug in li de ci
vitate dei Amor sui est principium cau
tatis dyaboli Idem in li iiij de trin
Recipiunt homo debet amare aut
quia iustus est aut ut iustus sit Qui
aut alio se diligit Idem ad volusia
ille plus nocet se diligere qui deum
diligit qui credulo ut sumo et vero
fruatur bono Idem Adeo mentis ca
ritas invalunt adeo interior vel infe
rior homo absurdunt ut omnia ne
sit sive bona pter corpora Idem in epla
ad marcell Tunc precepta scripta aut
et qui alios vult curare et curor su
us latrat Ambros in li ii ethic Una
tes se pacis dicuntur illi qui sibi ipsis
assunt plus honoris et delectatio
nis debito et hoc causa incidunt

dissensiones int(er) homines et ista sunt
universal(ia) mali Idem in x(°) ethic(orum) pes
simus est aut(em) qui ad se ipsum et amicos
utitur malicia optimus aut(em) qui ad a
lios virtute utitur s(ed) non ad se ipsum
Theofrastus sunt amantium esse
ceca iudicia Unde est quod quilibet
homo p(re)terit amat seipsum unde est q(uod)
pactans in iudicio suo q(uod) prius erat
amor enim privatus vehementer clau
dit oculos mentis et corrumpit iudiciu(m)
rationis Seneca in ep(isto)la 2a ad Lucill(um) A
mans quod cupiat scit quid autem
sapiat non videt Idem amare et sa
pe(re) vix deo datur Idem ad Lucill(um) qua
torum una est cathena que nos alli
gatos tenet amor vite Valerius Ma
ximus in li(bro) 2o Dulcedo vite multa fa
cere et pati turpit(er) cogit Iulius Cel
sus li(bro) 2o Que nolumus licenter credi
mus et que nos ipsi sentimus alios
quoque sentire credimus et speramus
Terencius in Al Adelphis Homine
imperito nichil in iustius qui nichil rec
tum esse putat nisi quod ipse facit
Quintus Curcius Thebarus magnus
ad Alexandrum ait Natura mortaliu(m)
hoc nomine prava et sinistra dici pot(est)
quod in suo quisque negocio hebetior est
quam in alieno Varro in Sentis Non tam
modeste quis sua miratur quam aliena
hoc aut(em) fit quia nemo sibi invidet
Aug(ustinus) in li(bro) xv de ci(vitate) dei c(apitulo) xv Cu(m) dum est
tor hominis tamen plus sit quid minus
quam corpus peccat et non est perfectus
amor eius Item si plus etiam se a
mat minus homine quantum amandus
est deus tam incorporalis minus sit
ipsa quam deus etiam sic minus peccat
et non l(ice)t perfectum amorem ipsius sui
maiori autem prosperitate et iniquitate
peccat tam corpus suum tamen amat
quantum amandus est deus Item de a
more recto que infra de amore mulierum

Item infra de amore temporalium sive
de amore mundi Item infra amore pec
cati Item infra amicicia Item infra
de vana gloria Item infra de ambicione

De amore parentum et propinquorum

Greg(orius) in moral(ibus) Sepe ad ava
riciam nos alliciat fecunditas prolis
eo enim magis ad ambitum tempore
grande hereditatis attendit quo
multis heredibus fecundat Idem ille
sine dubio familiaris appetit qui
ex amore pietatis sue nescire desid(e)
rat quos carnaliter novit Idem li(bro) vi
moral(ium) Stratum dampna gratia dei nun
tiat si tunc carnis notitia prestitur
Hinc cognatus ergo et propinquus de
bet fieri qui vult perfecte cum deo iungi
Aug(ustinus) in ep(isto)la Carnalem affinitatem ut in
nobis et in viris velud xpiana pi
mamus hoc tamen nec sic ita ut
ingratitudo sit quisque parentibus et ea
dem ipsa beneficia quibus et in hanc
vitam et editus susceptus atque nut(ri)
tus cumulata desiderat deridat Ma
ter eius etiam mater est etiam matris
tue Idem li(bro) de viduitate Nec ideo
laudanda es quia filios habes sed quia
eos pie nutrire studes ut enim nas
cantur fecunditatis est ut aut(em) pie
vivant felicitatis ut aut(em) sic ut sic
instituantur ut instruantur volunta
tis est ac potestatis Idem in li(bro) 1o Confe
ssionum pro magno laudatum sum in
homine et quere sup(ra) de amore si
ne dilectione p(ro)ximi Greg(orius) sup(er) illud
Item nolite vocare vobis sup(er) ter
ram Certe in arbore quamvis ramus
ramum p(re)cedat tamen cum ramorum
una d(icatur) radix sit et in mundo quam
vis homo gignit hominem tamen unus
est pater celestis qui nos omnes cre
ando creavit et regenerat ad salutem
Idem ibidem sup(er) ag(ite) xxv Sicut herbe et
plura quere sup(ra) de amore sine dilec
tione p(ro)ximi Ambr(osius) in li(bro) de bo(no) mortis

Ad negligenciam patris refertur dis-
solucio filiorum. Idem. Debent autem
recordari parentes quod filii fuerunt
et ipsi eciam considerare debent filii quo-
niam futuri sunt et ipsi parentes et sci-
re quod sunt filii parentibus et parentes fi-
liis modesti uel moderati. Idem
in sermone. Sanguinis amor et frutabe
quere supra de amore hominis. Addendum
Idem super illud apostoli Eph. v. Este
nos patres & quere supra de amore
hominis addendum. Proprium filiorum est non
obedire parentibus et quia poterunt
parentes aliquid imperare plurimum ad
imperii asperitas in duas partes. Hic parentum
est parvulos suos atque lactantes ad
iracundiam provocare uel iam adoles-
centulis et maioris etatis imperare
que gravia sunt. Ergo in filiis obse-
quium et subiectionis necesse est demo-
strata sit in parentibus moderatius im-
peretur imperium ut non quod possimus
sed quod filii posse noverint non
graviter. Idem. Similiter filios decet
parentibus obedire suos vero decet
imperanti domino esse subiectos. Idem
ibidem. Parentes ita deum diligunt filii
ac si eos in dei erudierunt discipli-
na. Ceterum nolle eos contristare de-
cedendo que bona sunt sed libertate tri-
buere tum peccandi non est hoc amare
filios sed odisse. Idem in epistola ad He-
liodorum licet parvulus &c. Idem in ana-
dem. Omnis hic ordo in caritatis affectu
nitus est. Ama post deum patrem, ama
matrem, ama filios. Si autem necessitas
euenerit ut amor parentum ac filiorum
seu quorumlibet propinquorum dei amo-
ri comparetur et non possit utrumque ser-
vari tunc odium in suos et in deum
est pietas observanda. Idem Ysidorus
de summo bono li. 3. c. xxxi. Multi
dum propinquorum utilitates procurant
a dei timore et amore procul separant
semet ipsos. Uir autem spiritualis ita

prodesse debet sue propinquitati ut dum
illis gratiam et amoris carnis prestare
studet ipse tamen a proposito suo proposito
non declinet. Idem. Ordinata in eodem
discretio est dum quod negatur pa-
rentibus prestatur pauperibus ut noverint non pro-
hiberi pietatis officium sed negari car-
nalitatis affectum. Pauperibus enim et
propinquis carnalibus prestitur quod pauperibus
pie impendit. Idem de summo bono li.
3. c. xxiij. Multi monachorum amore
parentum non solum vivens cum sed et
forensibus iniuriis involvunt et pro
eorum temporali salute suas animas per-
diderunt. Bernardus in epistola. Puer iste
inter cognatos et notos queritur sed
non invenitur. Fuge ergo fratres tuos
et propinquos tuos si tuam uis inve-
nire salutem. Fuge inquam fuge de me-
dio babilonis. Fuge a facie gladii aquilo-
nis. Denique iubetur anima filia regis
oblivisci populum suum et domum patris
ut concupiscat rex decorem suum. Idem.
O durum patrem o sevam matrem o pa-
rentes o propinquos impios et crudeles.
Immo non parentes sed peremptores quorum
dolor salus propinquorum quorum consola-
cio mors filiorum est qui me malunt
perire cum eis quam regnare sine eis.
Idem. Consignat carnes tuas divinus
amor ne te decipiat carnalis amor
blanditur enim prolonguera cuius labor
et dolor lacrimatur circum te sed insidi-
atur tibi ut rapiat pauperem animam
tuam. Rape pauperem dum attrahit
eum. Idem ibidem. Fidelis sermo et
omni acceptacione dignus. Quasi si ma-
trem contempnere sit impium tamen con-
tempnere patrem et matrem propter Christum
pyssimum est. Nam qui dixit honora
patrem et matrem ipse eciam dixit
qui amat patrem plus quam me non
est me dignus. Basilius in exameron
dum parvas causas filii prestant parentes

.i. alii quod parentes etc.

no

nascendo iustum est ut hiis cedat in
vendi parem tribuant porcione Glo
super Math. xv. Pietas est remissio ulci
tum cupiditate rerum carnalis quo
que vincitur dilectio Glo Luce xiiii super
illud et pater in filium nature pignora
ra sunt dei beneficia nec debet plus
amari beneficium quod accipitur a deo quam
ipse deus a quo beneficium est acceptum
Codice de episcopis et clericis l. cum qui in
matribus et sororibus et germanis
nichil preter criminis estimat fedus
naturale permittit Aristoteles in viii ethicorum
Proles est commune bonum parentum ideo
coniuges coniungit et ligat. Propter quod qui
prolem non habent cito finibus est
dilectio Idem in viii° ethicorum Parentes
amant filios eo quod sunt pars eorum
et delectatur gustu eo quod matres plus
diligunt filios eo quod genuerunt eos cum
dolore. Homines enim plus diligunt fi
lios quam econverso filii diligant parentes
hoc habent in filiis filius enim pars est
matris et patris et non econverso propterea
pater et mater plus diligunt naturaliter
filios quam econverso unde nomine amor
qui vincat paternum Aristoteles in viii° ethicorum
Dilectio poetarum ad sua carmina est sic
dilectio parentum ad filios Hugo de sancto
victore De corde sensus nascitur et
amant corda fetus suos et parentes di
ligunt suos adeo ut sepe animum proprii
parum contemptum et eum visu dignum
commendare non erubescat. Confabulantur di
cunt omnes bestias suos fetus bonum
probandos putasse inter quas simia
castigari non potuit quin suum filium
deformem et dum visu dignum cunctis
aliis ante foret sic est de multis

De amore patrie Valerius maximus
li° v° Codrus rex Atheniensi
um cum ingenti hostium exercitu pa
tria regio delibata ferro et igne vas
taretur humano auxilio destitutus ad
appollinis oraculum confugit ac plega
tos sciscitatus est quo nam modo
tam grave bellum dispelli posset
Apollo vidit istud bellum dispelli
non posse nisi rex ipse codrus hos
tili manu sponte ipsum occideret Hoc
ergo responsum non solum in athenien
sium castris percellunt sed etiam in castris
inimicorum et ob hoc illuc edictum est
publice promulgatum ne quis cor
pus Codri regis vulnerarent. Cumque
Codrus illud cognovisset depositis
insignibus regalibus famuli suc
cinctum induit ac perambulantium hos
tium globo se obiecit unumque eorum
falce percussum in necem suam com
pulit ne tota athene in fine patria
corruisset. Ambrosius in epistola Hec
prima captivitas parum non videre
sed multo tristius quam in aliena patria
tanta es auditurus quanta in pa
tria alii. Hoc ipsum sepe dixisti Idem
ad Sichodorum. Sume tenerum queris
infra de monachis de amore et casti
tate infra de castitate

De amore parentum et propinquorum
Gregorius in omelia Diligamus eos
qui nobis carnis cognatione iuncti
sunt et quos proximos nominus di
ligamus etiam quos adversarios in
via dei patimur sed odiendo et fugiendo
nescamus. Idem Amatur in hoc mun
do quilibet adversarius sed in via dei con
trarius non amatur etiam si propinquus.
Idem in viii moralium Sepe videmus quos
dam ope et professione mundum relin
quere sed tamen per inordinatis affec
tibus propinquorum pretoria urrupe tene
norum cursus et lutatis nature liber
tatem inturbare connectis relinquere quo
itaque ire nisi in vetere ambulant Augustinus
in li° de doctrina christiana omnes eque di
ligendi sunt sed si omnibus prodesse non
possis hiis potissimum consulendum
est qui pro locorum et temporum et quarum
rerum oportunitatibus constrictius tibi
quasi quadam sorte iunguntur Idem

in epistola ad ... Si filios non amaretis asspe-
tibus vinceremini. Ambrosius in libro de fuga
seculi. Cum portio sua deus est nichil
debet intelligere nisi deum. Hoc enim
est vera sacerdotis fuga. Scilicet abdica-
tio domesticorum et quedam alienatio
carissimorum ut suis se abneget qui
soli deo servire diligit. Idem in libro de
officiis. Non minus vos diligo quos
in evangelio dominum nostrum ut genui quam si coniugio
suscepissem. Non enim vehementior
ad diligendum est natura quam gratia.
Idem in sermone. Sanguinis amor et
querit ... de amore hominis ad deum.
Crisostomus super illud Johannis xix. Cum vi-
disset ergo ihesus matrem suam et discipulum do-
cet nos vos hominem christi usque ad ul-
timam respirationem omnem diligentiam
et curam facere circa parentes quia cum
aliis mulieribus et astantibus ni-
chil dixit. Debet ergo nos plus ali-
quid impendere parentibus sicut enim ad
respirantes ad salutem et ad spiritualia ge-
nitores non sunt oportet noscere sit
quando nichil impediunt debet eis
ante alios omnia preberi quia nos
genuerunt quia aluerunt quia
... multa versuta nobiscum et circa
nos affectuosissime sustinuerunt. Idem
super Math. Sicut herbe cum humore
nascuntur et crescunt sic homines per
humorem nascuntur et augentur et
sicut humor de radicibus ascendit
in herbam et transmittitur affectio
parentum ad alios procreandos. Jeronimus
in epistola. Honora patrem tuum sed si te a vero
patre non separat tamdiu scito
tamdiu copula quamdiu ille suum nove-
rit creatorem. Idem. Ob amorem christi
obmittenda est sepultura patris ... quoniam
omnis amorem nullus relinquendus
est inhumanatus. Idem ad Helyodorum. Li-
cet parvulus collo pendeat nepos licet

sparso crine et scissis vestibus ubera
quibus te nutrierat mater ostendat licet
in limine domus iaceat prostratus
pater per calcatum perge patrem sine lacrimis
sed siccis oculis ad vexillum crucis evola cru-
cis solum pietatis genus est in hac
re crudelem esse. Idem ibidem. Gladium
tenet hostis ut me perimat et ego de
matris mee lacrimis cogitabo. Bernhardus
in epistola. Non superat amorem patris
et matris solus nisi sponsi affectus.
Idem ad Paulinum. Grandis amoris pietas
in propinquos impietas est in deum. Idem
ad Fabiolam. Multa nos facere cogit a-
moris affectus et dum propinquitatem
aspicimus corporum corporis et anime of-
fendimus creatorem. Idem ibidem. Quanti
monachorum dum patris et matris mi-
serentur suas ipsorum animas perdiderunt.
Bernhardus in epistola. Quia ad deum devoti sumus
debitores nos constat esse parentibus
ac postquam et nutrivit et nasci ... ipsos
relinquimus multo magis ab eorum
sollicitudine liberi sumus. Augustinus. Amandus
est genitor sed preponendus creator. Am-
brosius. Affectum debeo parenti sed magis ob-
sequium debeo salutis auctori.

De amore inimicorum. Gregorius in re-
gistro. In inimici dilectione tunc ve-
ritas custoditur cum nec de profectu
eius deicitur nec de illius ruina letatur.
Idem in omelia. Amatur in hoc mundo
quilibet adversarius sed in via dei comes
non amatur. Idem in omelia. Cum in deo
diligitur amicus et propter deum diligitur
inimicus tunc est vera dilectio proximi
et dei. Idem. Una quidem et summa est pro-
batio vere dilectionis si etiam ille diligi-
tur qui adversatur. Prosper. Cuius caritas per so-
lam odii adversitatem solet plura querere
infra detractate. Idem. Patres suas mul-
tum valere facit qui eas etiam perimunt

effundit Idem iubet deus ut diligā
inimicus et tamē abimpiis rogā
deus ut occidat eorū inimicus quius
quis sic orat in ipsis suis precibus contra
conditorem pugnat Idem fundit q̄dam
os et linguam pro adversarijs preter
tem s; intima cordibus teneant amo
rem. Nam sepe etiam proximis oro
nem impendimus s; hanc quasi recepto po
tius quam caritate monstramus
Idem in omē Sicut nulla proficit vul
neri medicamentum nisi adhuc in eo sit
ferrum ita nichil prodest oro illius cuius
adhuc dolor in mente uel odium fratrum
manet impertoē Item Greg' in moral
Sciendum aut plerumq; solet ut nō amis
sa caritate et inimici nos ruina leti
ficet et virtutem eius gloria sine inui
die culpa contristet dum et ruente
eo quosdam bene erigi credimus et
proficiente eo plerosq; iniuste oppi
mi formidamus Idem in Registro Co
tidias ferre adversum s; diligē max
timum est in occulta cogitatione Idem
in li° 3° dyal° Qui occulta hostis insi
dias tollerant suos q; in hoc mundo
adversarios amant et cunctis carna
libus desiderijs obviant etia pacis
tempe necē est ut martires dei fiat
Idem in omē Imitatione dnī glosius
est inimicas tacendo fugē quam rude
do superare Idem in alia omē Qui p̄ pravis
malos non tollerat ipse sibi p̄ intolle
rantia testis est q; quere infra de impa
tientia Idem sup' Ezō. Pacia vera est
que etiam p̄ ipsum illum amat quem
tollerat Nam tollerasse et odisse nō
est virtus mansuetudinis s; velamen
furoris Aug' in sermō et in li. decam
bus xpi Si tanta suffert homo pro
salute carnis sue ut manus secanci
um aut urencium medicorum quanta d;
sufferre p̄ anima sua ut furores quorū

libet inimicorum Idem in omel Ro
dum vindicatus est ipsius Non dum
vindicata sunt vincla xpi Adhuc
enim expectat pacia xpi et tu stati
im decimus inimicis vindicari vide
dum tuum iniurie pendente et audi
dicente Pr ignosce illis q; Disptas
ergo tu frequenter ignoscē si vis inimi
cum ppt deum amare nec erit tibi oc
casio invidendi si tibi consuetudo
fuit ignoscendi Idem in enchid' Ele
mosina est veniam petenti ignoscē
Non solum ergo qui dat esurienti
cibum sicienti potum nudo vestitu
peregrinanti hospicium fugienti redep
tionem tecto dedicatum tristi consola
cionem infirmo uel sano medelam
erranti viam deliberanti consiliū
et quodcumq; necēm est indigenti sed
etiam qui dat veniam peccanti facit
elemosinam Si quis iniurias uoce
despiciat similis est illi qui gladio
se ipsum transfigeret ut alterius timeāt
cedat Idem in li° de ci° dei Propria
laus romanorum fuit ut si quis alie
nas iniurias recepissent p̄ppter
fuerunt et pati magis ignoscere q̄
ulcisci et amicicias dando potius
quam beneficia accipiendo prestabant
et ideo talibus decerent actibus Ro
ma crevit Idem in epla ad marcell
Cesaris mores extollens cicero di
cebat quod nichil oblivisci solebat
nisi iniurias illatas Idem in epla
ad Generosum Et tu sentiunt et hec
in decretis xxiij. q. iiij. Iniuria in
iuste irrogata cuius est infamia q̄
fiat Idem in li° de verbis dnī dicit
tibi deus dimitte et dimittet tibi
s; ego prius dimisi tibi dimitte uel
tu postea. nam si non dimiseris
revocabo te et q̄ q̄ tibi dimiseram

triplicabo. Idem Aug. in li° de verbis
dni et in sermone de beato Stephano
Dicat aliquis non possum diligere
inimicos. Quicunque es ille attendis
quid tibi fecit homo et non attendis
quid feceris deo quare ergo non dimit-
tis homini parcere ut tibi deus digne-
tur dimittere multum. Idem in li° de con-
flictu viciorum et virtutum ad idem dicit
Absit ut illum ames quem in omnibus
tibi contrarium video qui te derogat
qui tibi detrahit qui tibi insultat
qui te contumeliis exasperat tibi peccata
tua improperat qui te dictis et factis
et honoribus semper preuenire festinat
nisi enim tibi inuiderit nequaquam
se tibi preferre studeret. Dilectio vera
videt Nunquid quia hec que vicios
odio habenda sunt in homine propterea
non est amanda dei ymago in ho-
mine propterea non est amanda dei yma-
go in homine prout ymago Christi qui
meruit potius pro homine suos in-
imicos dilexit et ante crucis tor-
mentum nos omnes admonuit
dicens Diligite inimicos vestros quapropter
omnem amaritudinem cordis euome
et quo pacto valueris caritatis dul-
cedinem sume si vis dei filius et he-
res esse nichil enim illa preciosius
nichil sublimius nichil dignius
nichil utilius nichil iocundius nichil
dulcius nichil delectabilius nichil
beatius invenitur. Idem in eodem Si
passio nostri redemptoris ad memoriam
nobis reducatur nichil tam durum est
quod non equo animo tolleretur. Chris-
tus enim ut ait petrus pro nobis pas-
sus est nobis relinquens exemplum
ut sequamur vestigia eius. Sed quanta
sunt hec incomparabiliter illius que
nos patimur. Ille sustinuit opprobria
derisiones Contumelias alapas spu-
ta flagella spineam coronam crucem et
tandem ignominiosam denique mortem. Nos at-
miseri ad iram et inuidiam vno ver-
bo dictum vna voce tota littera frangi-
mur. Idem in sermone dni in monte Si
irasci non est peccatum fratri tuo sine
causa aut dicere racha aut dicere fatue
multo minus fas est aliquid animi-
ne vel indignationis in animo retinere
per quod in odium indignatio conuertatur
Idem in glo. super illud mathei xviii
Si non dimiseritis ex corde quod in
nos delinquunt etiam hoc quod nobis
peccatum dimissum renouatur. Idem
in sermone Angelica et hominum unitas
humana felicitate sed dyabolica unitas
inimica dilectione. Idem ergo nos admo-
nens ad dilectionem inimicorum que ad purgan-
da peccatorum vulnera nullum medicamine
tam utilius cognosco. Idem in omelia
Ad veniam peccatorum si terrene
substancie non fuerint ad elemosinas fa-
ciendas caritas et dilectio inimicorum
satis per se sufficiunt. Crisostomus super
Matheum. Licet sancte conuenit christianis ini-
micis reddere nec sitis sibi inter vesti-
tum indutus si enim malum est inimi-
cum suo non est alicuius de culpa
qui malum malo rependit ac per hoc
non potest bonus homo fieri qui ma-
lum imitatur. Idem de compunctione
cordis li° primo Si tuo modo non ledas
eum qui te lesit auertas te tamen ab eo
nec libenter eum videas manet sine
dubio vulnus livoris in pectore et do-
lor non amor agitur in corde nunquam
tu ita vis propicium tibi fieri deum ut
si quid non ledat auertat se tamen
a te et peccatorum tuorum memoriam
teneat et inde te iam non velit. Ta-
lem ergo vis esse erga te deum tuum tu
debitores tuorum veniam poscis ab eo

talem te debes exhibere hiis qui dere
linquunt te Idem super epistolas ad Hebreos
D in eventualibus mod dei inimicos
et infinito ab eo distantes intervallo
hos amicos et fecit et vocat quid
ergo pati non debemus et libenter
nō tollerare pro hac amicicia pro amicicia
cum homini sepe patiamur et quanto
magis pro amore et amicicia dei pati
deberemus Idem in libro de laudibus sancti
pauli Caritati aut vel amori xpi
nichil simile quia tantus excessus
amoris quantus in apostolo paulo fuit De
nique cum sic dilexit inimicos nemo in
sidiatores suos tam beneficus fuit
quanto enim plus tormenta ei offere
bant et efferebant tanto magis
eorum miserebatur insaniam et quanto
conviciis et verberibus et iniuriis ab eis
pulsabatur tanto eorum furore plus
miseretur et deflet sicut primus pater
filii furentis et insanientis et semivida
et ulcera patiens et tunc fletu pusi
vivit propter salutem corporis et anime
compaciendo Audi quam patienter quam
et mansuete pro illis loquitur qui eum
quadragies quinquies verberaverunt
quia eius cruorem sitiebant et co
tidie discrimine cupiebant Testimonium
enim perhibeo illis quod emulacionem vel
zelum dei habent etc. Sepe etiam
lacrimabatur et vehementer dolebat et
vehementer dolebat cum eos perventos
viderit Idem ibidem Sicut [illegible] tempus
in animo consistit arte virtutum omnes
tamen flammas proprie caritatis ardo
re vincebat ut cum missum in ig
nem ferrum totus profectus ignis
efficitur sic Paulus igne caritatis
succensus totus factus est caritas
quia quasi tamquam unde esset pater
sic in amore omnes iunctos non solum
carnales verum etiam spirituales patres

sollicitudine ac pietate superabat et
corpus et animam pro hiis quos dile
xit impendens ubi cum contempse
xit paulus ea que mollis sunt
contempsit hoc que penalibus et
egestatis sunt plena Idem super [illegible]
[illegible] Bene nequam cum mando ser
vus ille decem milia talenta debe
bat talenta non est appellatus
nequam sed quod fratri remittere noluit
dampnum vocat eum nequam Idem
ibidem Si oderis inimicum amplius
tibi nocuisti scilicet animam quam
sibi scilicet corpus et ille forsitan
nichil nocet odiendo cum te aut
ipsum sine dubio ledis Si ergo peper
ceris inimico tibi amplius pepercisti
et si benefeceris illi tibi amplius
profuisti quam illi Idem super illud [illegible]
v° Audistis quia dictum est antiquis
oculum pro oculo. Primus gradus pa
ciencie et dilectionis ad inimicos est
recipere iniuriam Secundus postquam
receperis non velle vindicare Ter
cius est non facere reparari ea que
passus es sed quiescere Quartus ex
hibere semet ipsum ad paciendum mala
Quintus etiam ad amplius exhibere
quam ille faciens iniuriam velit
Sextus non odio habere illum qui has
iniurias facit Septimus etiam di
ligere Octavus etiam benefacere Nonus
etiam pro illo deum deprecari sicut scrip
tum est Diligite inimicos vestros
et benefacite illis qui oderunt nos
et orate pro persequentibus et calumpnian
tibus nos ut sitis filii patris vestri
qui in celis est Idem super Johannem Ne
memoriam malorum habeamus in eos
qui nos ledunt sed et recordemur
eos et ploremus Ploratu enim dig
ni sunt non qui paciuntur sed qui male
faciunt Nam et ipsos quidem maxime
ledunt et avarus et calumpniator

et quecunque alteri quod cunque malum
facit nobis aut maxime proficit
nisi nos ipsos vindicavimus Idem ibidem
Iram et iniuriam vindicare potens
si te non vindicaveris non auctor si te
vindicaveris quid non vindicans dum
constituis vindicatore et inimicum in
imici tui christi inquit dominus vindicans
et vindicabis aut temet ipsum deum
constitutis inimicum eo quod usurpavis
tibi officium quod est dei Idem in libro
de compunctione cordis Non vastetis
et tamen alicuius malicie memores
puniet deus sed et eos qui fratres nos
centes aut offensos negligunt et
contempnunt Idem super illud ad hebreos
pacem nobis unica est nichil adeo
confusam facit ingerenti mala si
cut fortis tolleriancia pacientes Idem
in eodem Inimicitie si semel occupa
verint animam annua que fiunt que di
cuntur que audiuntur ita accipiuntur et in
telliguntur ut ad maiores et longiores
proficiant inimicicias Et quid cum
boni dicunt de inimico non creditur Et quod
autem mali hoc solum creditur hoc
firmatur Idem in eodem Inimicum
pedibus nullis contristam fratres et
quia qui nichil mali fecerimus satis
facere negligimus et oblivioni tradimus
culpam et inimicitias intemptus lo
gius protrahimus ignorantes quod tanto
nobis longior erit pena quanto et
discordia Idem in quadam omelia Per
fectus amor et perfectum odium que
supra de amore proximi Idem super
Iohem Qui simulata pacis porrige tem
pore quo munera offerunt in usu e
sed vereor ne plures eonobis tin
bis labiis pacem faciant quam vo
luntate corde sed corde desidat et eo af
fectu vult proximum non solum amicum
sed etiam inimicum diligi vel amari
Ambrosius li. de officiis His qui primum
vera sibi facta monetur tibi faciat se dig
num iudicari contumelia dum vult in ea
indignus haberi Bufium se putabat
accepisse theodosius imperator cum ro
garetur ignoscere tunc enim venie
propior erat cum fuisset iracundie com
tio maior Idem super lucam Xpus no
luit ab apostolo suo tradi ut a sacio tuo
tu desertus a tuo socio tu proditus
moderate feras tuum errasse iudicium
ipsisse quoque beneficium inimico sacio col
latum Idem super epistolam ad galatas Numq
sis ad gratiam semper est credendum nunc
erit deum credis Idem in quadam epistola
non habz ulcionis studium perfecta virtus
nec ulla est iracundia ubi plenitudo
est caritatis Idem super lucam dixit do
nare iniurias tuas quia persecutoribus
suis Xpus ignovit Ysidorus de summo
bono li. 2o. capitulo 2a Quod desperis
fidentes meritis pigre ipse delinquen
tibus veniam prestant sed nichil stat
illibatum ea aculpa qui non est pa
tus adveniam prebendam Idem ibidem
ca.o xxxi Amicicia in velenis tam bonis
est studia et quere supra de amicicia
vera Idem in synonimis Odium inter
fratres a regno dei separat a celo subt
hit et a paradiso erit odium nec passio
adimit nec martirio compiatur Idem
de summo bono li. 3o c.o 62 Qui inter
futura prima diligenter cogitat
omnia mala inter putis equanimiter por
tat qui collimus dulcedine huius ca
vitudine temperat et eo illius eterni ta
te transitoria huius despicit bre
tem Rich super Cay Deo peccator
erit execrabilis frustra ei offert
et munus suum ad altare qui conscius
sibi est quod fratrem suus habz aliquid ad
versum se Denique non respexit dominus
ad munera caym eo quod non recte am
bulavit cum fratre suo Idem nemo
magis iram dei meretur qui amicum

se simulans inimicus Idem in epistola
Quilibet qui fecit iniuriam magis
ledit se ipsum eo quod longe peius sit
violencia et iniuriam facere quam suffer-
re Glo. 4a Canonica iohannis 3o capitulo
interfectum cum cayn dampnabitur qui
ergo genere homicidii tenetur ut scilicet
discordet per odium a fratribus Idem ho-
micida omnis est qui liberum vel servo per-
sequitur vel odio insequitur Idem de summo
bono Qui fratrem suum tardius reconci-
liat deum sibi tardius placat Idem
frustra sibi deum propiciari querit qui
cito placari proximo negligit

De amore mundi sive rerum
temporalium Greg. in omel. Mun-
dus iste eciam agnitus diligitur ama-
rus et ipse ruine eius predicant quod
amandus non est Ruine namque mun-
di voces eius sunt Idem Qui bona
mundi huius diligunt velint nolint
timoris et doloris penis succumbunt
Idem in omelia quadam Quid est quod
in hoc mundo libeat audire ubique luc-
tus aspicimus ubique gemitus audimus
destructe sunt urbes eversa sunt
castra depopulati sunt agri in solitu-
dinem redacta est terra alios in capti-
vitatem duci alios detruncari alios
interfici videmus Quid est ergo fra-
tres mei quod in hac vita libeat diligere
si talem mundum diligimus non iam
gaudia sed vulnera amamus Idem ibi-
no dem Nolite fratres mei diligere talem
forsitan ambulans pauper lazarus
laboraret portaretur cum post tantos
labores quia primus defecerat lazarus et
portatus ab angelis Non enim suffece
rat lazaro angelus unus sed plures pla
res venerunt ut chorum leticie faciant
Idem super epistola ad hebreos Intellige quan
tus honor nobis convenit ut ad nos
sicut ad amicos deus ministros suos
angelos destinet quamvis enim mul
tum intersit inter angelos et homines

propinquos tamen eos fecit nobis deus
quia nostre saluti student propter nos dis
currunt nobis suo funguntur officio Ier.
sup. Math. humane nature ad aspec
tum angelorum pane et honorum est
angelorum consolacionem inuenientibus
ad hilar. Ysid. de summo bono li. primo
In est angelis immutabilitas in na
sed fecit eos incorruptos caritas sem
pi terna Idem in eodem exponens illud
Ez. eth. Tu signaculum similitudinis &
Quanto subtilior est angelica natura
tanto plenius constit ad similitudinem
diuine nature compressa Idem ibidem An
geli in verbo dei cognoscunt omnia an
tequam fiant et que apud homines fu
tura sunt angeli deo reuelante co
gnouerunt Idem in eodem videtur re
dung quod deum angeli vident et vide
desiderant et habent et habere festinant
amant et amare intuuntur sed desiderant
sine labore et sine fastidio saciantur
ne sit eis in desiderio anxietas deside
rantes et vicissim ne sit in satietate
fastidium iterum saciati desiderant Idem
ibidem Inter angelos distancia potesta
tum est et per graduum dignitatem sunt
eisdem ministeria distributa aliis quod alii
preferuntur tam culmine potestatis quam
sua virtutis subministrant que alii precep
tis aliorum atque iussis obediunt superiorum
Unde ad zachariam prophetam angelus
angelum mittit et quecumque debeat enun
ciare precepit Idem in eodem Boni
angeli ad ministerium salutis humane de
putati sunt ut curas administrent mun
di et regant omnia iussu dei Idem
ibidem utrumque in scripturis sanctis pro
deo ponitur angelus ubi non pater
non spiritus sanctus sed pro incarnationis
dispensatione solus filius intelligitur
Dyo. iiii. c. de di. no. diuine men
tes sunt super reliqua existencia et

viuunt ut reliqua viuencia et intel
ligunt et cognoscunt super sensum
et racionem et super omnia existencia
pulcrum et per bonum desiderant et
eo participant Idem in eodem ca. iiii.
Angelus est ymago dei manifesta
tio occulti luminis speculum purum
clarissimum immaculatum incoinquinatum
incontaminatum clarissimum si sic fas
est dicere totam speciositatem deifor
mis bonitatis suscipiens et pure
declarans in se ipso si possibile est bo
nitatem que est in abditis Idem in ec
clesiastica ierarchia c. iiiio Docet autem
Theologia per angelos ad nos diuinam
informacionem peruenire Idem ibidem
Diuinum ihesu misterium angeli primum
edocti sunt et postea per illos ad nos
cognicionis gracia peruenit Damas
cenus li. 2o c. 3o Angelus est sub
stancia incorporea intellectualis semper
mobilis arbitrio libera deo ministrans
gracia non natura immortalitatem
suscipiens Idem ibidem Fortes an
geli sunt et parati ad diuine voluntatis
impletionem seu complecionem et vbicum
que confestim inueniuntur et vbicumque
diuinus nutus iusserit Orig. sup. Luc.
Unicuique homini duo sunt angeli vnus
iusticie et alter iniquitatis Si cum
bone cogitaciones in corde tuo fuerint
et in animo tuo iusticia pullulauit
haud dubium quod nobis loquatur ange
lus domini bonus Si vero mala fuerint
in corde tuo versata tunc loquitur no
bis angelus malus Idem Orig. sup.
illud ps. Angelis suis mandauit
de te &c. vult dyabolus minime gloriam
saluatoris quasi auxilio indiget an
gelorum assumptionis pedem nisi eorum
manibus subleuetur sed ego tota con
fidencia dyabolo contradico et super populi per
sona hoc non posse dici vel intelligi

tam demonis Rex enim indiget an
gelorum auxilio qui maior est angelis
cum angelorum creator et dominus et imperator
Idem in libro qui dicitur pastoris Cunctis
hominibus duos adesse angelos cre
dimus scilicet malum qui ad scelera semper
exhortatur et bonum qui ad optimum
Bernardus in sermone Benignus est deus
qui non est contentus nostrorum singu
litate numerorum sed ipsis etiam custodiis
angelicam custodiam superponens Idem
super Qui habitat super illud verbum An
gelis suis mandavit de te Quantam
debet tibi hoc verbum inferre leticiam
afferre reverenciam conferre fiduciam
et devocionem Reverenciam quidem et leticiam
presencia angelorum fiduciam pro custodia
et devocionem pro benivolencia Caute
ergo ambula ubi sunt angeli dei
sicut enim deus mandavit de te ut
custodiant te in omnibus viis tuis
Idem in libro v° de consideracione ad euge
nium papam Sunt illa superna urbs credi
mus esse cives spiritus potentes glo
riosos beatos distinctos in personis
dignitatibus ab initio constitutos
in ordine suo perfectos in genere suo men
te puros affectu benignos religione
pios castimonia integros veritate
individuos pace securos a deo con
ditos divinis laudibus et obsequiis
deditos Idem super quoniam angelis in
quolibet diversorio reverenciam exhibe
angelo tuo nec ipso presente facias quod
me presente et vidente facere non aude
res Idem super Canticum Gaudent ange
li in conversione et penitencia peccatorum sa
lute hominum siquidem lacrime quoque peni
tencium vinum est angelorum Idem
non ambigo quin angeli gratulantur
et plaudere in paradiso colligant quos
tam gratanter et dignanter visitent
quibus visitant Denique letantur in
conversione peccatorum et in assumpcione

animorum non digno sciunt Idem in epistola
quadam Si quis haberet oculos ap
tos et videret quos orarius propheta
puero revelavit videret procul dubio
quemadmodum que veniunt principes con
iuncti psallentibus in medio iuvencu
larum tympanistriarum videret insuper
qua cura quo ne tripudio inter sunt
cantantibus assunt orantibus insuper
meditantibus super sunt quiescentibus
presunt ordinantibus et proficiunt
procurantibus agnoscunt enim conci
ves suos Idem super Qui habitat quid
sub tantis custodibus timeamus
nec enim superari nec seduci umquam aut
seducere possunt quia custodiunt nos
in omnibus viis nostris Fideles enim
sunt prudentes sunt potentes sunt
quid trepidamus tantum sequamur eos
et adhereamus eis et tunc in protec
cione dei commorabimur Idem angelorum
nos sumus sociandi et interim fra
terna societate copulandi Idem si bo
ni spiritus se a nobis elongaverint im
petus malorum quis poterit sustinere
Idem ibidem Opus est illi angelica
ope angelica consolacione angelicis
manibus qui iam defecit qui iam
supra modum offendit in lapide Idem
super eodem Quociens gravissima cer
nitur temptacio urgere et tribulacio
vehemens imminere invoca custodem
tuum ductorem tuum adiutorem tuum
in opportunitatibus in tribulacionibus
non enim dormitat et si aliquando ad tempus
dissimulet Angele qui meus es cus
tos pietate superna me tibi commissum
salva defende guberna

De anima et condicionibus eius
Gregorius in moralibus libro xxxvi. Creata
ad solum deum agnoscendum facta est ani
ma ei non sufficiat quod quicquid illud sit
quod deus non est Anima ante quod
infra deum est in deo est hinc est quod

anima tua deus non sufficit huc illuc qz spargitur et ab una quaqz re impel lente fastidio removet' plura quere infra de affectionibus anime Idem xxx ij moral' sup illud Job xxxj Si le tatus sum sup divicijs contra demum nil sufficit menti qui natur' dm quit Greg' in moral' li. xxj sup illud Job xxxj Pepigi fedus cum oculis meis ut ne cogitarem quid' de virgine Cu sit invisibilis anima nequaqm cor poralis rerum delectatione tangitur nisi quod inherens corpi quasi que dam ingrediendi foramina sin corpis sensus habz visus quippe et auditus gustus et odoratus tactus quasi q dam vie mentis sunt quibus foras veniat ut ea que contra eius sstam sunt concupiscat p hos et enim corpis sensus quasi p quasdam corpis fenes tras exteriora queqz anima respiciat et respiciens concupiscit hinc et enim Jeremias ait Ascendit mors p fenes tras meas ingressa est domus meas Cum enim p has corporis fenestras exterius incaute respicit plerqz in delectationem peccati etiam nolens cadit atqz suis malis obligatus deside rijs incipit velle quod noluit Pre ceps quippe anima mea dum autem non prudet ne incaute non videat quod concupiscat ceteca postmodum incipit desiderare quod videt Studens ergo vir velud insidianti morti fenestras corpis claudit dicens pepigi fedus cum oculis meis ut ne cogitarem quid de virgine Greg' in 2° dyalog' Fixum tene petre quod loquor quia anime videnti creatorem angusta est modica est omnis creatura quantulibz enim pars de luce creatoris appere ut breve fit ei omne quod creatum est quia ipsa luce insinus cui conte ditur in dm ut sup constat mundo

fit etiam ipsa videntis anima etiam sup semet ipsam cumqz in dei lumine rapitur sup se in interioribus am pliatur et dum sup se conalescat con spicit quam breve sit quod humiliata comprehende non potuit comprehen dit Idem in viij moral' sup illud Job xxviij Anime preciosum videt oculus eius unde p propheta dicit Si separaveris preciosum a vili quasi os meum eris vilis quippe est deo mun dus pns et preciosa est anima humana Cum ergo a vili preciosum separat quasi os dm vocatur quia enim deus vba sua dissert qui ab amoris pntis seculi loquendo que potest humanam animam euellit Aug' li. 3° de li° arbitrio ca° 31 Non medio cria bona sunt non solum qz anima est et secundum suam naturam iam oe corpus excellit sz etiam qz faculta tem habet ut adiuvante creatore suo semet ipsam excolat et pio studio pos sit omnes acquirere virtutes p quas et a difficultate cruciante et ab ig norante errante liberetur Idem in li de diffinitione anime Anima est substa creata invisibilis in mortalis dei similima nullam ymaginem habens nisi conditoris sui Idem sup Gen ad litteram Sic deus animam simplicem crea turam fecit anima precellit omnem cor poream creaturam Idem vel auctor in li° de spiritu et anima Anima est spiritus intellectualis racionalis semper vivens semper in motu bone maleqz volun tatis capax Idem in eodem Anima est racionalis concupiscibilis et irascibi lis p racionabilitatem habilis est illa ut ad aliquid cognoscendum supra infra se in se et infra se Cognoscit quidem dm supra se semet ipsam at in se sz angelos infra se quod est aut

celi ambitu continetur infra se per congruam
penetrabilitate et invisibilitate abil'
est anima ad aliquid appetendum vel
fugiendum amandum vel odiendum
Unde cum alia racionalitate oritur omnis
cognicio sine sensus sed cum aliis eius
potenciis oritur affectus omnis Ide.
Aug. in epistola ad Ieronimum super animam
racionalem que est ymago dei nichil
est nisi deus cuius est ymago Idem
ad eundem in libro de origine anime
Anima per totum corpus quod animat
non locali diffusione sed quadam vi-
tali intencione porrigitur Nam per
omnes corporis particulas tota simul
adest nec minor in minoribus nec
maior in maioribus sed alicubi inten-
cius alicubi remissius operatur In
omnibus autem particulis corporis tota et
in singulis tota est Idem ibidem
Sicut cum anima amabiliter vel persona-
liter consistente in capite descendit uni-
ficacio in singulis membris ita con-
ipso et Idem in libro de quantitate anime
Corpora que deus creavit quoddam
est deterius anima quoddam autem par
deterius ut anima pecoris par ut an-
geli melius autem anima nichil fuit
est et si quando forsitan est aliquid me-
lius hoc peccato anime fit non natura
que tamen non usque adeo fit deterior
ut ei pecoris anima preferenda sit solus
ergo deus ei colendus est qui solus
ei melior est quia solus eius auc-
tor est Idem in libro xiiii de civitate dei
c. xiiii Qui omnia mala anime ex
corpore putant accidisse in errore
sunt. Nam corrupcio corporis non ag-
gravat animam non peccati primi nec
prima causa causa est sed pena Non
enim caro corruptibilis animam peccat-
tricem sed anima peccatrix fecit carnem
esse corruptibilem ex qua quamvis corrup-
cione carnis licet consistat quedam in-
citamenta viciorum non tamen omnia

tribuenda sunt carni ne ab hiis omnibus
purgemus dyabolum qui non habet
carnem Idem ibidem Non corpus
sentit sed anima per corpus Idem in libro de
fide ad Petrum Spiritus omnium animalium qui-
bus non est intellectus quia quedam
corpora deterrent quedam vero de aqua origi-
nem ducunt quamdiu spiritus sunt quam-
diu in corporibus vivunt Anima quippe
que vivus corpus non est cum sua
carne incipit et desinit vivere quia
quod corpori suo vitam non tribuit
tunc nec eciam ipsa vivit. Anima vero
racionalis vivit post vitam corporis
quia similitudinem habet et ymagi-
nem sui conditoris Idem et habetur in
decretis xxiiii q. iii c. Si habes Tan-
tum dampnum est in dimissione unius
anime quam multorum corporum Idem Aug.
super illud Actuum v Dixit petrus Ana-
nia cur temptavit sathanas cor tuum et alia
translacio habet Cur implevit sathanas
cor tuum Ubi notandum quod mentem ho-
minis iuxta substanciam mentis nichil im-
plere possit nisi creatrix trinitas
solus deus etc. iuxta operacionem autem et
voluntatem vel affectionis instinctu
tantummodo impletur anima eciam ab hiis
que sunt creata Implet ergo satha-
nas cor alicuius non quidem ingre-
diens in eum et in sensum eius neque
introiens abdita cordis eius si quidem
potestas hominis solius dei est sed callida
et fraudulenta decepcione animam in
affectus malicie trahens per cogita-
ciones et incentiva viciorum quibus
ipse sathan plenus est tamquam incantator
facit Implevit ergo sathan cor Ana-
nie non in ipsum intrando sed malicie
sue virus inserendo Idem in libro de or-
dine Anima sibi redditur que sit pul-
critudo universitatis intelligit que per-
fecto ab uno cognominata est et ideo
illam inde non licet anime que in
multa procedit Cum autem se com-
posuerit et ordinavit anima tunc

diudebit iam deum vide atque ipsum
fonte quo emanat anime vita ipsum
que patrem veritatis Idem ibidem Pulcritu
do anime virtus est et deformitas vicium
est Idem Anima virtutum floribus ad
ornata ac vere celestis gracie irriga
ta paradisus dei est Idem ad Januarium
de celebracione pasce li. 2o Ex omni cre
atura ducitur aliqua similitudo ad di
vina misteria figuranda Amant enim
requiem sive pie anime sive nequam
sed que perveniant ad illud quod amant
plurimi nesciunt nec aliquid appetunt
etiam ipsa corpora ponderibus suis
Nam sicut corpus tam diu nititur
pendo sive sursum sive deorsum
donec ad locum quo veniens nititur
acquiescat Pondus quippe olei si di
mittatur in aere deorsum nititur
si autem sub aquis ponatur sursum ele
vatur Sic anime ad ea que amant
properant nituntur ut perveniendo
quiescant Et multa quidem per corpus
delectant sed non est in eis vera re-
quies et eterna sed nec diuturna saltem et
propterea magis sordidant animam et ag
gravant ut sincerum eius pondus quo
in superna fertur impediant Cum enim
anima se ipsa delectatur non dum re
incorruptibili delectatur et ideo adhuc
superba est et fatua quia semet ipsam
pro summo bono colit et habet cum su
perior sit deus Cum ergo anima in
deo delectatur ibi veram certam et
eternam requiem invenit quam in a
liis rebus querebat nec inveniebat
Idem in li. contra epistolam fundamenti
Nimis te pate natura anime racio
nalis aliquanto minus esse quam deus est
et tanto minus ut post ipsum deum
te melius aliquid nichil sit O ani
ma nimis superba es si indigneris quod ante
cedit te deus et nimis contumeliose
de illo sentis si non in effabiliter glo
rie tam magnum bonum esse te ut

solus ille sit prestancior te nec tam
o anima sive mea velata es que cer
tis rerum temporalibus quibus mensuris no
taris ut videas ad ipsum deum dominum
tuum Impugnantur enim terrena tibi cer
ta desinunt docent te esse dominam
illorum Docent etiam ut servias et
domino deo tuo qui cunctorum est dominus
et unus Idem in epistola ad optatum Et
forsitan anime origo lateat dummodo
redempcio clareat periculum nullum
credo quod in iuveniat Idem in li. de
doctrina christiana Fugatis enim anime
omnibus ab incommutabili lumine omnium
regulatore sed illud solum agit ut ipse
sibi regnet et corpori suo et non
potest nisi et corpus suum diligere ma
gnum autem aliquod adeptum se putat
si etiam sociis id est aliis hominibus
potuit dominari Idem ibidem Animam
hominis non faciat aliquid temporale sed
eternitas que sola vera et certa salus
anime est Idem in libro de utilitate
credendi Recte factum nullo modo
esse potest quod non a recta racione pro
ficiscitur Porro recta racio ipsa vir
tus est Omnis autem virtus non nisi
sapienti animo presto est Solus ergo
sapiens non peccat Idem in li. de or
dine Doctissimi viri racionale dixe
runt quod racione utitur vel uti posset
racionabile autem quod racione factum esset
aut dictum Tria sunt autem genera
in quibus illud racionale apparet Unum
in factis ad aliquem finem relatis aliud
in dicendo Tercium in delectando
Primum admonet nos nichil temere facere
Secundum recte docere Tercium beate contem
plari Idem in li. 4o de accidentibus
ad Gradum quamvis placeas deo qui
in ipso fine mundi non curris adde
mus Curre ergo O misera anima dum
tempus est recupera immortalitatem
qua te dyabolus spoliavit in adam
ut in adam te inveniat ille qui et ipsum

dyabolum cum suis omnibus iusto iudi
cio condempnauit. Quiescere ergo an
tequam placeas deo placeas enim deo
si tibi placuerint iudicia domini et que
comprehendis et que non comprehendis
ideo autem deus tibi displicet quia
non facit ille quod tu uis hec tamen
est iusticia naturalis non ut creator ser
uiat creature sed pocius ut creatura
seruiat suo creatori. Plura quere infra
de gracia. Item infra de morte. Item
in ecclesiasticis dogmatibus capitulo xviii. Ex
duabus substanciis constat homo tan
tum scilicet ex anima et corpore. Anima cum
racione sua et corpus cum sensibus suis
per quos tamen sensus non mouetur
corpus. Anima non sine corpore racionale
suum tenet. Idem in iiiio libro de trinitate
Nemo spiritualis intelliget vel quere
infra de morte. Idem in libro soliloquiorum
Ex eternitate ueritatis in anima consis
tentis probat immortalitatem anime
racionalis. Idem ibidem. Anima uerius
est ubi amat quam ubi animat. Idem
uel auctor libri de spiritu vasa que crea
turis saporis et facultates et anima
quam dei gracia respirat etc. Idem in libro
de ecclesiasticis dogmatibus c. xlviii. Ante
passionem domini omnes sanctorum anime in in
ferno sub debito preuaricacionis ade
detinebantur donec auctore domino per glo
riam eius mortem de similis condicione
liberarentur. Idem ibidem capitulo xlvo
Post passionem domini omnes sanctorum ani
me cum christo sunt et exeuntes de cor
pore ad christum ueniunt expectantes
resurreccionem corporis sui ut integram
et perpetuam beatitudinem cum ipso per
participent sicut et peccatorum anime in in
ferno sub timore positi expectant re
surreccionem corporis sui ut cum ipso ad
penam detrudantur eternam. Idem in eodem
libro c. xviii. Animas hominum non esse ab ini
cio mundi inter ceteras intellectuales naturas
nec omnes in simul creatas sicut ori
genes fingit neque cum corporibus per
coytum seminatas sicut luciferiani et
Cirillus et aliqui latinorum presumptores
affirmant quasi nature consequenciam
seruantes. Sed dicimus corpus tantum per
coniugii copulam seminari creacionem uero
anime solum creatorem omnium nosse. Sed
dei iudicio respuandum est coagulari
in uulua et compingi atque formari
ac formato iam corpore animam creari
et infundi ut uiuat in utero homo con
stans ex anima et corpore et egrediatur
uiuus ex utero plenus humana substancia.
Idem ibidem capitulo xvi. Neque duas animas
in uno homine dicimus esse sicut Iaco
bus et quidam alii syrorum scribunt unam
animalem qua corpus animatur et in mix
ta sit sanguinem et alteram racionalem que
racionem ministrat sed dicimus unam ean
demque animam esse in homine que et
corpus uiuificat sua societate et
semet ipsam sua racione disponit habens
in se ipsa libertatem arbitrii et in sua
cogitacione eligat quod uult. Idem ibi
dem c. xvii. Solum hominem credimus
animam habere substantiuam que exuta corpore
uiuit et sensus atque ingenia uiuaciter
tenet neque cum corpore moritur sicut
zenon dicit quia substancialiter uiuit. Idem
capitulo xviii. Animalium autem anime non sunt
substanciales sed cum ipsa carne carnis
uiuacitate nascuntur et cum carne
moriuntur et ideo nec racione reguntur
sicut plato et alexander putant sed
ad omnia nature incitamenta ducuntur.
Idem in libro 3o de libero arbitrio capitulo
ix. Vilius anima melior est quam corpore.
Idem ibidem c. xx. Omnis natura bona
est. Quere infra de interpretacione. Ambrosius
in epistola ad hyreneum. Si hoc uerum et sa
num bonum sicut illud concupiscibile et
delectabile gustauit illa et hiis duabus
hauserit affectionibus excludens dolo
rem et formidinem incredibiliter concu
pisceret accepta ullum dei concupiscentie

amicum decorum diligit sup amicum le
ticia delectatur sup omnia aromata cu
pit frequenter videre sepius intendere
desiderat attrahi ut posset sequi Iero
sup illud Math. xviii angeli eorum in
celis &c. Magna dignitas animarum ut
una queque ab ortu conceptionis et na
tivitatis homines habeat ad sui custodiam
angelum delegatum Idem ad Heliodorum
epm de epitaphio Nepociani Immorta
litatem animam etiam post dissolucionem
sui corporis subsistente pictagoras som
niavit democritus credidit Aplo dog
matizavit in consolacionem sue dampna
cionis Socrates in carcere disputavit
Idem in epistola ad paulinum xpi templa
animam credentis est illam exorna illam
vestias illi offer donaria Idem ad cella
ciam virg. plurimis nichil querimus ca
mente debet esse que in dei habitaculo
paranda est quem non auro templa
fulgencia non gemmis altaria distinc
ta delectant sed anima virtutibus co
ornata Aug. sup Can. Magnum vis for
mosam esse animam ut illum ad se de
celo trahat et illum descendere faciat
ad terras ut ille veniat ad amatam
Equali pulcritudine decoranda est
anima quali quo eciam fervere debet
anima amore ut ille loquatur ad eam
qui ad presentem modo locutus est spon
sam Idem sup Math. non sepeliuntur
abiunicte simo mundus et vita incom
prehensibilibus in anima sicut enim in corp
naturalibus formam et figuram semen
sit et in anima que suscipit verbum
paulatim formatur concepto verbi
in anima unde dicit apostolus ad phill
3o Filioli quos iterum parturio donec
formetur xpus in vobis Idem sup Can.
Omnes anime naciones universitatis
conditor deus creavit ad bonum sed
pusu nro sepe fit ut res que bone
sunt p natura dum hiis abutimur
in malum nos ad peccata deducunt ving

autem demonibus anime amor est
quo bene utimur ad amandum sapi
enciam amicum et virtutem quando
vero vitiatur amor in peiora corruunt
tunc amamus carnem et sanguinem
Plura quere infra de gracia Item
de morte Ysidorus de summo bono li
3o c. 12 Mutabilis est anima non
localiter sed temporaliter suis affectionibus
quo movetur corpus aut et loco et tempore
variatur Idem ibidem Multo gravatam
sua splendore possidet anima sed co
rupcione carnis fuscatur qua re
tinetur inclusa Bern. in li. de medi
tacione Tria in mente in nemo p que
dam vetulo aspicio contuitu sunt
aut hec tria memoria intelligencia
et voluntas Idem o anima dei yma
gine insignita dei similitudine decora
ta deo fide desponsata dei spu do
tata dei sanguine redempta cum
angelis deputata capax beatitudinis
heres divine bonitatis particeps racionis
que est quedam vadimus divi... minus
quid ergo tibi que cum carne quid
tibi cum delectis vicatimus Idem
o anima preciosa non auro vel argento
sed agni dei sanguine redempta cum
tenet ydam ... tradere ... dictatur
cum xpus pro te sui precioso effu
deret sanguinem Idem Gratis te caro
habent qui tam caro precio te rede
mit Totus enim iste mundus ad unius
anime precium non potest estimari Ideo
enim deus animam suam pro toto mun
do dare noluit pro anima humana dedit
Sublimus est ergo anime precium
que non nisi sanguine vel vita xpi
potuit redemi Tantam ergo quantitatem
dolens homo pro anima tua sed tu pro
dolor pro nichilo dabis illam Vere et
cum deus dei filius cum esset in si
nu patris a regalibus sedibus pro
ca redimenda descendit et eam a
potestate dyaboli liberavit qui tunc vidit

et proximum similibus invectiva cum
tamquam demonibus esse tradendam
ut morte perpetua dampnare flevit
super eam qui flere nesciebat et non
solum flevit sed semet ipsum occidi per-
misit et sic ipsos eam suo sanguine
precio nunc redemit Idem Agnosce
homo quam nobilis est anima et quam
gravia sunt eius vulnera Idem quanti
ancillam et ancillam quanti magna
ab ipso est Idem Nobilem hospitem
habes caro nobilem valde diligenter
attende quid hospiti huic tibi presencia
largiaris Ipse enim est qui tribuit ocu-
lis tuis visum auribus auditum pe-
dibus incessum et membris singulis
et sensibus usum suum Denique disces-
sus eius probat quid eius presencia con-
ferebat Postquam enim anima discedente
lingua silet oculi nil vident nec
aures audiunt quicquam et sic de sin-
gulis Da ergo honorem hospiti tan-
to quem deus tibi dedit et posuit in
vectorem Idem in sermone V de adven-
tu domini Anima magis est ubi amat
quam ubi animat Aristoteles in libro de anima
Anima est actus corporis organici
physici potencia vitam habentis Idem
separatur hoc ab hoc tamquam perpetuum
a corruptibili Idem in eodem Anima
perfectibilis est scienciis et virtutibus Idem
anima est tamquam tabula rasa in
qua nichil est depictum apta na-
ta depingi Idem in libro de morte Aristotelis
qui vocatur liber de pomo Homo
non potest comprehendere res nobiles
nisi per gradus anime que sunt pur-
gata ab immundiciis suis et perfecta
et sanctificata Avicenna in logica sua
Perfectio anime racionalis in duobus con-
sistit scilicet in mundicia et ornatu Mun-
dicia anime est ut corripiatur a sordidis
moribus et sanctificetur a turpibus
fantasiis Privatus non anime racionalis
ut depingatur in ea certitudo veritatis
divine Idem ibidem Anima est sicut spe-
culum nec depingunt in ea forme
totius esse nisi cum fuerit mundata et
tersa a sordidis moribus Hermes
Trismegistus Anime post dissolucionem
corporis tangentur credere penis que
in hac vita noluerunt credere verbis Sibilla
Tyburtina Anime cum carne advenient
quas iudicat ipse et coram domino
reges sistent in unum Tullius non est
lugenda mors quam inmortalitas con-
sequitur Idem Tullius loquens de illo
qui bene vixit Ex hac inquit vita dis-
cedit tamquam ex hospicio non tamquam
ex domo Plura quere supra de affectu
vel bonis et malis

De antichristo Gregorius in xv libro
morum super Iob Sicut in predi-
catione sua Christus elegit pauperes ydio-
tas et simplices sic ille dampnatus
homo antichristus astutos et duplices ac
huius mundi scienciam habentes electurus est
Idem ibidem Dampnatus ille homo tan-
ta in immensitate magnus erit ut omne
peccatum prava transcendat Idem super
illud Iob xli Faciem eius precedat
egestas etc. Priusquam dampnatus ille
homo appareat a sancta ecclesia mira-
culorum virtutes subtrahentur prophetie
absconduntur Ysidorus in libro primo De
Sentenciarum Antequam antichristus appa-
reat virtutes et signa cessabunt
ab ecclesia ut eam abiectiorem nimium
eius audacius et acrius persequatur
Cyprianus in epistola Exaltacio et in-
flacio et arrogans ac superba iacta-
ncia non de Christi magisterio sed de anti-
christo spiritu nascitur et nutritur Crisostomus
super illud Mathei xxiiii Odio habebunt
invicem etc. Cum pauca erant Christiani
tunc erat eis cor unum et anima una
in domino sed nunc per tempore antichristi
tunc erit odium ita ut nec inter duos

hominibus sinceram inveniens caritatem
Glo. 2ª ad thess. ii. Nascetur autem antichristus
in babilone de tribu dan iuxta quod
iacob ait: Fiat dan coluber in via et cum
venerit circumcidet se iudeis dicens: Ego
sum christus vobis promissus. Glo. 2ª ad thes-
sal. super illud donec de medio fi-
at. Completa discessione ad romanum
imperium et completa romane ecclesie obe-
dientia tunc aderit discessio ab utroque
imperio qua impleta aderit ille iniquus
scilicet antichristus. Glo. ibidem. Similiter im-
pleto tempore eius quo plenitudo genci-
um intraverit ad fidem ecclesie tunc reve-
labitur discessio a fide quia refrigescet
caritas et habundabit iniquitas tunc ve-
niet antichristus

De [illegible] que fiunt in sop-
no. Greg. in iiii° dyalogo. Sancti
viri inter illusiones atque revelationes ip-
sas visionum voces aut ymagines quo-
dam intimo intimo sapore discernunt
ut sciant quid a bono spiritu percipiant vel
quid ab illusore patiantur. Idem in registro.
Est in illusione nocturna valde necessaria dis-
cretio qua subtiliter pensari debeat ex
qua re menti accidat dormientis.
Aliquando enim ex crapula aliquando ex nature
superfluitate vel infirmitate venit. Cum
talis illusio non est timenda quia hanc
animus pertulisse magis dicendus est
no quam fecisse. Cum vero ultra modum ap-
petitus gule in sumendis rapitur
alimentis atque idcirco humorum recep-
tacula gravantur habet exinde animus
reatum aliquem non tamen usque ad pro-
hibitionem percipiendi sancti misterii vel
missarum sollempnia celebrandi cum
fortassis aut dies festus exigit aut
exhiberi misterium pro eo quod sacerdos alius
in loco illo deest ipsa necessitas compellit.
Nam si sunt alii qui divinum misterium
implere valeant a celebratione quia subtra-

here se debet a celebratione misterii il-
lius crapula pro reverentia sacramen-
ti si tamen dormientis mentem turpi y-
magine non concusserit et necessitas
aderit tunc poterit celebrare. Si vero
ex precedenti cogitatione illata et tur-
pi vigilantis animo dormientis ori-
tur illusio patet sibi reatus suus.
Videt enim de qua radice processerit
illa mentis et corporis inquinatio pollu-
tionis que scilicet mens hoc quod cogi-
tavit sciens postea pertulit nesciens.
Sed et pensandum est utrum ipsa cogi-
tatione suggestione an delectatione
vel quod maius est peccati consensu acci-
gerit. Aug. in x. confessionum. Adhuc
vivunt in memoria mea talium rerum
ymagines in sompnis autem non solum
usque ad delectationem sed etiam usque ad con-
sensum factumque simillimum apparet.
Idem in libro de conflictu viciorum et virtutum.
Dyabolus insompniis frequenter nostra
perturbat ut vel sic quoque ad falsita-
tem pertrahat. Dormientes etiam ali-
quorum sepius excitat ut vigilarum
tempore sompnos deprimat aut cogita-
tionum illecebras mentibus insipientium
intromittat. Ysidorus de summo bono
libro 3° c. 6. Cum nullis aut levis
conscii sunt delictis tales aut nunquam
aut raro terroribus fatigantur noc-
tibus sed placato vel peracto sompno
dormientes et quiescentes interdum ex
professorum quedam archana vident
et multa mistica contuentur. Cum
vero corda sua gravioribus viciis pol-
luerunt tales coniunctione sue frequenter fre-
quenter illusi species tremendas aspi-
ciunt et terrentur. Cassianus in libro
de institutione monachorum. Perfecte
mentis indicium non est vel ad puros
concerti inter manifestationem per falla-
ces ymagines huiusmodi illusio operatur
concepta cum temporis precedentibus sepe

contingit ut tunc manifestatos mor
bi latentes intrinsecus inaspice Isi
Ysidorus de summo bono ubi sup Non
est peccatum qui nolentes ymaginibus noc
turnis illudimur sed tunc est peccatum si an
que illudamur cogitationes affecti
bus preuenimus

De appetitu acumbus Buh in li de co
sideracione ad eugenium papam Sui
qua est omnis appetitus ad quem facien
dam iusta in opera non compellit Non enim
ut gaudeas sed ne gaudeas hic appeta
re Idem qui non gaudiatus appetat
liquet quod ante gaudere intendit aut
tempus redimere quis

De appetitu naturali Greg in xviii
mor Anima sine delectatione
esse non potest Idem in mor super
illud Job vi Innolute sunt semite gres
suum eorum Replebi vetita comprehende consi
derando naturaliter volunt et appetunt
sed ad perfecta semper mala replicantur bo
bona quidem cupiunt a natura sed a ma
lis nunquam recedunt impellente ma
licia Aug li eo in x ethi Delectatio naturalis
est nobis Item in 3o Thopicorum Omnia
quidem bonum appetunt Idem in principio
ethi Omnis cognitio et prohibitio bo
num aliquod comparat Idem in principio me
thaphisice Omnes homines natura scire deside
rant Boetius de consolacione li iiio Na
turaliter homines aut deus esse volunt
Est enim mentibus hominum veri boni
naturalis inserta cupiditas sed ad falsa
quecumque deuius error abducit Lacta
tius in li de sapia Natura hominis
aut deus esse volunt ut duarum rerum
cupidus esset scilicet sapie et religionis
sed idem homines falluntur quoniam aut
religionem suscipiunt omissa sapiencia
aut sapie soli student omissa religi
one cum tamen alterum sine altero esse
non possit Aug li 2o de libero arbitrio
Sicut mentibus nostris impressa est

notio bonitatis ita etiam sapie notione
naturaliter hominis impressum Idem super
gen Naturale est nobis velle male at
velle non nature sed voluntatis est p
prie Idem xix de civitate dei Sicut enim
nemo est qui gaudere nolit ita nemo e
qui habere pacem nolit Ipsi enim pacis in
tencione gerunt et bella cum constituit
pacem esse belli optabilem fine Idem
ibidem Tantum bonum est pax quere
infra de pace et concordia Seneca ad
lucillum epistola lxx Omnes homines naturaliter
tendunt ad gaudium sed unde stabile mag
num quod consequitur ignorat quere in
fra de gaudio et bono Ambro li vo de
off Similis hominibus in est studium natura
lium investigare Natura enim nos ad stu
dium cognicionis attrahit et inquirendi in
quirendi cupiditate infundit Idem ead
tam studium natura quod diligere consortem
nature Idem 2o li de offic Quod tam
insitum nature quam diligentem se diligere
Glo super illud Ecc xviii Addidit disci
plinam legis naturalis et vitalis insinuat
ut deum diligamus toto corde tota virtu
te tota anima et ut mandata eius et
proximi dilectione custodiamus Crisos super
Johem xvii ad nichil ita amandum est ge
nus humanum sicut ad discendum futura Ide
valde appetitiuum est glorie genus huma
num Idem super Johem xvii utique xpus
meruit vite gloriam tunc super omnia est de
siderabile et delectabilibus omnibus Plini
us in epla ad arriani Est vere ut lau
dis sue spacio lectetur et cum nescio quo
pacto quo pacto viuat homines magis
gloria lata quam magna Dyo in vo
de diuinis nominibus Omnia deitate ipam
desiderant ut principium ut continentiam
et ut finem Boetius li iiio de consolacione
liquet ergo esse beatitudinem statum om
nium bonorum congregacione perfectum que ut diximus
nunc mortales omnes diuerso tramite

adipisci conantur Aristoteles in iii° Thopicorum
Magis est eligendum quod est propinquius
fini et omnino quod ad finem vite appetibilius
Idem in vi ethicorum omnes homines bonum
verum appetunt Augustinus in libro soliloquiorum
Quanto augetur species illius videnden
di vehementer estuo pulcritudinis tue
ad illam totus amor voluntas que conver
titur Idem in libro de agone christiano Omnis
creatura velit nolit creatori suo subiec
ta est unde scriptum est Deum time et
mandata eius observa hoc est omnis
homo Aristoteles in iii° ethicorum Naturaliter
ab omnibus inquiritur regimen et liber
tas Iulius celsus Naturale est omnes
homines libertatem diligere Tullius in i Re
thoricorum Quedam innata ius nobis in
serunt pietatem religionem veritatem Idem
in libro 3° de amicicia Multo magis secundum
naturam est excelsitudo et magnitudo
animi comunitas iusticia liberalitas quam
divicie quam voluptas Seneca ad Lucil
epistola xxxix Magni animi est magna con
tempnere et mediocria malle quam nimia
utile est in inmensum exeat cupiditas
que naturalem modum transilit Idem in epistola
lxx Quicumque nemet finis in mente
omnia sunt sine cupiscentiis Idem eadem
epistola xxvi Cum vis scire quod petis
utrum naturale an cecam habeas cupidi
tatem considera si potest alicubi consis
tere Nam si longe progresso semper
aliquid amplius restat habenda scito na
turale non esse Idem in epistola lxx
vi Vidisti aliquem cancrum & quere infra
de avaricia Item infra de avaricia Item
infra de cupiditate Glosa super illud Ro
vii Video aliam legem Talis est ani
carnalitas ut ardentius desideraret
prohibita quibus non memoratis latent
quasi sopitus Ovidius Quod licet in
gratum est quod non licet acrius urget
Seneca epistola lxxviii Naturale est mali

sui fine gaudere Contemplacio brevis corporum
que superius dicta sunt de appetitu na
turali Hec sunt que a quolibet homine
naturaliter appetuntur A delectacio naturalis
B superna veritatis C veritas bonitatis
D Bonitas pacis E gaudium cordis
F proximum diligere G deum amare H
futura previdere I Gloriam et honorem
querere K vitam habere L Deum in beatitu
dine considerare M Deum timere et illi
obedire N regimen et libertatem habere
O pietatem P religionem Q veritatem
R magnanimitatem S comunitatem T
iusticiam V libertatem X excelsitudinem
Y cupiditatem restringere Z prohibita
facere Augustinus de civitate dei Locus super
ior sine quo appetitus regi non potest
etiam si teneatur et administretur ut
decet tamen inderetur appetitur Idem
in epistola ad matrem et filiam in gallias
commorantes Libidinosa mens arden
tius in honesta prosequitur et hoc quod non
licet dulcius suspiratur Ex prohibicione
enim ubi caritas dei desit desiden
ium mali crescit quo aucto fit longe
dulcius quod vehemencius prohibetur
Quod cum concupiscat dulcius sit dum
vetatur Bernardus in sermone Appetitus incor
de prurit sed subiectus te est quia nisi
sponte consenseris nocebit

De apibus Ambrosius in sermone Apis
rore celi nascitur conubitum
nescit mella componit Recte ergo com
paratur apibus sacerdotes quia sicut
apes castitate corporis perferunt sibi
invicem celestis cohibent aculeum legis
condunt pueri enim sunt ad sanctificacionem
suavis ad refeccionem senem adultorum
apibus ergo plane comparandi sunt sacer
dotes quia velud alveario quadam gra
matris ecclesie continetur Idem sermone
Apes quem sobole habent unam incolunt
mansionem unius patrie limite clauduntur

cundimus quius est labor communis cibus
communis operatio communis usus et fruc-
tus fructus communis omnibus est communis
volatus communis quod est omnibus genera-
tio integritas quoque corporis virgina-
lis est et partus earundem omnibus est
communis quia nec ullo concubitu miscentur
nec libidine resolvuntur nec partus
doloribus quassantur et tamen subito ma-
ximum filiorum examen emittunt. Nam
tum alie aves vix in anno uno sin-
gulos edunt fetus apes geminos cre-
dunt et dupplici tercius fecunditate respon-
dent. Apes etiam regem sibi ordinant
ipsi sibi populos creant et licet posite
sint sub lege tamen sunt libere. Apes
regem sibi substituunt naturali affectu
diligunt summa protectione defendunt
et pro eo perire licitum putant pulcrum.
Regi etiam suo tantam devocionis
reverentiam observant ut nullo de domibus
audeant exire nec in aliquos prodi-
re passus nisi rex et earum prius
fuerit egressus et volatus sibi ve-
dicavit principatum. Eligunt autem
apes sibi in regem magnitudine cor-
poris et specie magis insignem et
quod in rege precipuum est mansue-
tudine clariorem. Nam et si rex apium aculeum
habuerit ipso non tamen utitur ad vin-
dictandum. Naturaliter etiam apes ille
meliores sunt ad pugnandum que minori-
ma inter eas potuerit perstare sed et apes
ille que non obtemperant legibus
regis earum ipsa conditione se invi-
cem mulctant ita ut aculei sui vul-
nere moriantur. Item in examine apium
nulla est otiosa quedam enim inter se
certant tanquam pestria quedam invigilant
victum querendo alie solitam castris
exhibent custodiam alie futuros ex-
plorant imbres et speculantur nubium
concursum alie de floribus ceras fi-
gunt alie rorem insumunt floribus

colligunt et fugiunt. Alie cellulas
nunc rotundas nunc quadratas nunc
connexione et equalitate componunt et ta-
men tot opera diversa nulla alicuius in-
vidia laboribus nulla rapitur vel rapi-
na victum querit sed ipsius labore et vo-
latu per herbas et flores que sibi co-
gnita sunt recolligunt. Habent tamen
apes spicula sua et inter mella fun-
dunt venena si ab aliquo fuerint
lacessite vitam quod suam ponunt ardo-
re vindicte pro damnationis defensione
suorum. Apis itaque tamen sit infirma ro-
bore valida tamen est vigore sapientie
et virtutis amore cuius fructus om-
nibus suavis est et gratus qui dul-
cedinis sue suavitate fauces obdul-
cat et vulneribus ac interioribus ulceri-
bus medicamentum infundit. Hucusque
Ambrosius in exameron. Ysidorus in libro
ethimologiarum. Apes dicte sunt eo quod pedi-
bus se invicem alligent vel pro eo
quod sine pedibus et alis formantur
vel generantur quos tamen post modum
accipiunt. Hec solertes sunt generandi
mellis officio assignatis et sibi propri-
as incolunt sedes non sibi vendica-
tos aliena domicilia sua inenarra-
bili arte componunt et ex variis flori-
bus mirio artificio componunt favum
textis quod cellas et innumera prole castra
inet replent exercitum et regem ha-
bent et prelia movent fumum et
amen fetorem naturaliter fugiunt
tumultu quoque terrentur et exasperantur.
Idem ibidem. Apes plerique dicunt ex-
periri de boum cadaveribus nasci. Nam
pro hiis creandis vitulorum occisorum
carnes verberantur et ex putrefacto
cruore vermes creantur qui post-
modum apes efficiuntur. Proprie enim apes
vocantur de bobus orte sicut scrabo-
nes ex equis ut dicit Ysidorus. Ex eo

ys li° h. de animalibus dicit de apibus
q operaciones apium sunt diuise modo
nam queda flores adducunt alie
mellificant alie aluearia preparant
et si introitus aluearij fuerint am
pli illos restringit et primo incipiunt
facere domos in quibus habitant reges
earum deinde domos alias in quibus
habitant apes aluearia custodientes
et que mellificant et ceram ex flori
bus comportant primo accipiunt ipsam
cum pedibus anterioribus Deinde mu
tant ipsam cum pedibus anterioribus
scilicet ad pedes medios deinde ad coxas
pedum posteriorum et sic onuste rede
unt ad aluearium suum Item quando rex
apium nequid volare tunc ferunt
vel portant eum alie apes et si fuerit
rector apium unus mares eriunt
ex una parte et femine ex alia Sed si
fuerit mortuus mares erunt in do
mibus suis cum feminis femina vero
rectorum est dupla ad alias Rectores
autem apium sunt duorum modorum unus
enim est niger et alius est rubeus
et hic melior est Idem ibidem Apes
que sunt silvatice per se querunt so
litudinem et modicum mellis faciunt et
moriuntur ante autumpnum Idem ibidem
Apis autem bona est parua rotunda
in se densa constricta mediocriter
villosa differunt et apes que pascu
tur floribus et arboribus montanis
nam fide sunt minores et fortiores
ceteris et plus pacientes laboris
Item Reges earum non apparent extra
aluearia soli nisi cum magno sti
patu aliarum apium et ipse rex sive
rector apium in medio earum est et
quando fugiunt apes a rege suo et ve
niunt ad alium regem possidentem plu
res apes si rex quem dimiserunt
insequitur eas accidunt apes Idem ibidem

Si apis aliqua moriatur in alueario
alie apes extrahunt eam statim
quia hoc animal mundum est plus quam
alia animalia unde odor fetidus ma
xime grauat eas Similiter et omnis
fumus Idem ibidem Congruit autem
apibus in hyeme locus calidus
et in estate frigidus et quando venit
ventus fortis tunc subito custodes
aluearium cooperiunt orificia aluearis
ne ventus subintret et si fuerit flu
uius prope apes potabunt ex eo et
non ex alio Item apes eiciunt otiosas
inter se nec permittunt eas secum ali
quatenus commorari Item quando volant
apes cum quasi modicum lapillum
inter pedes portant ne propter sui leuitatem
a vento valido circumducantur Idem
ibidem Si homo dimiserit apibus mul
tum de melle non multum post modum
operantur et si modicum dimiserit pig
rescunt ad amplius operandum et
propter hoc debet custos apium dimittere
de melle secundum multitudinem vel pau
citatem apium huiusque Alexander Can
tuariensis Quod apibus inueniuntur na
ture stationis sunt eis per labores
se fideles utiles et discrete

De apibus dicitur ad volusianum
ex imperitissimis et abiectissimis
ex paucissimis illuminatur nobili
tate multiplicantur preclarissima
ingenia cultissima eloquia mira
biles peritias doctorum facundorum
atque doctorum subiugat apibus xpo
et ad viam pietatis et salutis pre
dicando conuertunt unus ex igno
bili prosapia dispergunt populos mira
bili facilitate conuertunt inter i
nimicos augentur persecucionibus
crescunt et propter afflictionum angu
stias usque in extrema terrarum dila
tantur Idem ad eundem Apostolis
dedit deus potestatem super naturam

ut eam curarent super demones
ut eos eicerent super elementa ut
ea mutarent super animas ut eas
a peccatis absolverent super morte ut ip
sam contempnerent super angelos ut
corpus domini consecrarent. Idem super
Johannem. Magnum piaculum vero est si pro
prophetarum oracula post apostolorum testimo
nia. Et quere infra de fide. Idem ad
Marcellum de spiritu et litera. Paulus
cum prius vocaretur Saulus hoc no
men elegit ut se ostenderet parvum
tamquam minimum apostolorum qui ma(g)num
pro damnatione et proterva con
tentus est gratiam et ideo merito
pro ipsius gratie defensione tota
die clamabat et certat. Idem in sermone
Paulo tracto dum vivus consulerat
tam et cum fideli hodie habent
paulum dictante viva pacis no
lens. Idem de civitate dei. In erudi
ditos liberalibus disciplinis et om
nino ut ad philosophiam attinet doctri
nas homines impolitos non peritos
grammatica non armatos dyalec
tica non inflatos rethorica pis
catores cum retibus fidei paucis
simos ad mundi mare Christus misit
deus atque ita ex omni gente genero
tam multos et mirabiles pisces
et tanto mirabiliores quanto ra
riores et ipsos etiam philosophos per apostolos
cepit deus. Beda super Lucam. Ero
dio et quia virtus Christi et forti
tudo apostolorum agentibus habeban(tur)
adhuc ut iudei a iudeis lapidaban(tur)
quia legis inimici accusare dili
gebant ut pedagogi contra prin
cipes et duces et populos multos pre
habatur idcirco plebs apostolorum sim
plices videlicet piscatores infinita
multa iudeorum romanorumque ceperunt
et per viros inermes sed apostolos non
potuerunt superare sed potius convenire

per apostolos cetum quod mundi velocit(er)
superavit. Idem super Matheum super illud
Et facta est dum consummasset ihesus et cetera
deo predicantibus apostolis amplius
laborabat ihesus et ideo predicantibus
apostolis amplius laborabat ihesus in
securus cum eos quasi sol radios
suos quasi rosa sue fragrantis
odores et quasi ignis suas scin
tillas dispersit ut sicut sol in suis
radiis apparet sicut rosa in suis
odoribus sentitur sicut ignis in
suis scintillis apparitur sic in illorum
virtutibus Christi potentia cognosceret(ur).
Dum enim videret discipulos bene
instructos non tollant et sapientiam
ingredi aut opera eorum magna consi
derans non admiretur potentiam
auctoris faciebat enim mirabilia
Christus faciebat et discipuli eius et
inter mirabilia eius operationes
maior virtutum fama crescebat. Ide(m)
in libro de laudibus sancti pauli. Cum
quasi pennatus angelus totum cir
cuendo Paulus pervolavit orbem et
velud incorporeus labores et pericula
contempsit et quasi iam celum possi
deret cuncta prorsus terrena despex
it. Ambrosius in sermone. Cum a rusticis
et piscatoribus et absque eloquentie
instante regnum celorum pollicenti
bus nemo crederet ideo dedit deus
apostolis et aliis fidelibus suis pote
statem miracula faciendi. Idem super
Acta in mataneam apostoli cum ceden(tur)
flagellis cum intruderentur carcerib(us)
exultabant uberius eo quod illis iniu
riis eterne glorie meritum lucrabantur
et quia digni fuerint pro Christo nomine con
tumelias sustinere. Non enim illis erat
de passionibus studium de prosperitatib(us)
et honoribus cura non displacere

que etiam in istis quolibet cogitatio-
ne fuerunt sed ille se peccatoris preferre
putabant quam peccatorem esse pluribus
verberibus flagellatus Idem Simone
Petro sicut bono dispensatori cla-
vem regni celestis deus dedit et pau-
lo tamquam ydoneo doctori magis-
terium ecclesiastice institutionis iniunxit
ut quos ille erudierit ad salutem
ille suscipiat ad quietem ut quorum
corda paulus patefecerit doctrina
verborum eorum animabus petrus ad-
aperiat regna celorum Idem videns
Ambrosius ergo ambo ergo claves a
domino perceperunt iste scientie sed ille po-
tentie divitias immortalitatis ille
dispensat iste largitur Idem in eadem
Utrum inter petrum et paulum quis cui
preponatur incertum est puto autem
illos equales esse meritis qui equa-
les sunt sunt passione et simili e-
os fidei devotione creditur vixis-
se quos simul videmus ad marti-
rii gloriam pervenisse Non enim
sine causa factum esse putamus quod
uno die uno in loco unius tyranni tol-
lerarunt sententiam una quippe die pas-
si sunt ut ad christum pariter pervenirent
uno in loco ne alteri roma deesset sub
uno persecutore ut equalis crudeli-
tas utrumque constringeret Dies ergo
pro merito locus pro gloria persecutor de-
victus est pro virtute Idem in urbe
autem roma que caput et principa-
tum obtinet nacionum ambo pariter
martirium pertulerunt ut scilicet ubi caput e-
rat superstitionis illic etiam caput qui-
esceret sanctitatis Idem videns Sunt etiam
etiam mirabilia que fecerunt illic
etiam magum symonem magnum suis
orationibus de aere vacuo et inani pre-
cipitem prostraverunt ut qui paulo an-
te volare temptaverat subito iam ambu-

lare non posset ut qui pennas as-
sumpserat tunc etiam plantas amit-
teret Idem Ambrosius in sermone Cla-
vem petri fidem dixerim petri per
quam celos aperuit penetravit infer-
na securus maria calcavit intrepi-
dus tanta enim apostolice fidei vir-
tus est ut illi cuncta pateant ele-
menta hoc est quia non illi clau-
debantur angelice ianue non por-
te prevaleant tartari non aquarum
fluenta desistant Idem ipsa autem
clavis quid fides dicitur videamus
quemadmodum constet quemadmodum
solidata sit arbitror illam xii arti-
ficum operatione conflatam Duodecim
enim apostolorum symbolo fides sanc-
ta concepta est qui quidem xii ve-
lud artifices pariter in unum convenientes
clavem istam suo consilio conflave-
runt Clave enim quedam nominum di-
xerim symbolo per quam reserantur dyaboli
porte ut lux illic adveniat Idem
in sermone Ius meum terra mirabili-
um petri vectus est et in fines orbis
epistolarum pauli verba penetraverunt Idem
de pauli cuius cum persecutor
gladio percussisset dicitur fluxisse lactis
unda magis quam sanguinis que enim
pauli epistola non melle dulcior lacte
candidior est que tamquam etiam
pastos nutrit ad salutem Idem raptus
in paradisum usque tertium celum iam corporis
non sentiebat et adiuvabat dei adiutor
poris infirmitates despiciende crubes-
cebat itaque sciens quod in paradiso vidis-
set et audisset clamabat dicens quod
adhuc velud vinctos de hoc mundo
detinemus ut neque gemitus neque at-
tractantes neque gustantes que sunt
Item Ieronimus in epistola ad pamachium et
eterna beatitudo et vita sine termino sine fine visio atque fruicio et laudacio dei viventis. Idem ibidem. Sicut tota vita corporis anima est sic beata vita anime deus est. Idem super canonicam Joh. omelia 2a. Caritas nobis promissa est vita eterna. Idem in libro de ecclesiasticis dogmatibus ca. 21. Nullum credimus ad salutem nisi deo invitante venire nullum invitatum ad salutem nisi deo adiuvante operari nullum nisi orantem auxilium promereri nullum dei voluntate perire sed permissum proclamamus arbitrium ut ingenuitas potestatis semel hominibus attributa ad similem redigatur necessitatem. Idem in xv de trinitate. Tunc quidem verbum nostrum non erit falsum quia neque mentiemur neque fallemur fortassis et non erunt volubiles cogitaciones ab aliis in alia euntes atque redeuntes sed omnem scientiam nostram uno simul conspectu videbimus. Idem libro primo de libero arbitrio ca. 28. Beate vivere nichil aliud est quam veris bonis certisque gaudere. Idem libro 2o ca. 22. Beatitudine unius hominis non fit alter beatus. Idem super illud Johannis. Hec est vita eterna. Vita eterna est cognicio unius dei. Idem ibidem. Unde hic est cognicio inchoata erit plene. Qui ergo proficit in cognicione magis tendit vivere. Quando autem erit plena cognicio tunc etiam erit sine fine laudacio. Idem in libro de trinitate. Contemplacio est dei merces fidei cuius mercedem recipiende per fidem corda mundantur sicut illic scriptum est fide mundans corda eorum. Idem ibidem. Illud quod ait iusticia est in subveniendo miseris quod prudencia in precavendis insidiis quod fortitudo in perferendis molestiis quod temperancia in coherciendis delectacionibus pravis non ibi erit ubi omnino nichil

malum erit. Idem ibidem libro primo ca. 8. [illegible] operis tui [illegible] merces est requies permansura. Idem de civitate dei libro 19 et est glosa Cor. xv super illud. Est autem [illegible] multe mansiones in una vita erunt scilicet varie dignitates premiorum sed ubi deus erit omnia in omnibus erit in dispari claritate par gaudium ut quod habebunt singuli commune sit omnibus quia etiam gloria capitis omnium erit per vinculum caritatis. Idem super genesim libro xii ca. 35. Sed quid movet quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua recipere in resurrectione si eis potest sine corporibus summa beatitudo adhiberi difficilis questio est nec potest omnino perfecte diffiniri sed tamen dubium non est raptam a carnalibus sensibus hominis mentem etiam post mortem ipsa carne deposita non sic videre incommutabilem substanciam sicut sancti angeli vident sive alia latenciore causa sive ideo quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus suum administrandi quo retardatur quodammodo ne tota intencione pergat in illud summum celum donec ille appetitus conquiescat. Porro si tale sit corpus cuius sit difficilis et gravis administracio sicut hec caro que corrumpitur multo magis avertitur mens ab illa visione summi celi. Proinde cum hoc corpus iam non animale sed spirituale receperit angelis equata perfectum habebit nature sue modum obediens deo et imperans corpori vivificata a deo et vivificans corpus tam ineffabili facilitate ut sit ei glorie quod fuit sarcine. Idem in libro de civitate dei x°. Illa visio dei tante erit pulchritudinis tantoque amore dignissima ut sine hac quibuslibet aliis bonis preditum non dubitet Plotinus infelicissimum dicere. Refugiendum est inquit Plotinus ad illam clarissimam patriam et ibi pater

quo
nota
questio difficilis

tibi omnia. Idem in ult. de civitate dei.
Quid est quod per prophetam dicit: Ego ero
illi deus et ipsi ego ero unde satientur
et quecumque ab hominibus honeste desi-
derantur et vita et salus et virtus
et victus et copia et gloria et honor
et pax et omnia bona. Idem ibidem.
Sic etiam intelligitur: Erit deus omnia
in omnibus. Ipse enim erit finis omnium
desideriorum nostrorum qui sine fine vide-
bitur sine fastidio amabitur sine fa-
tigatione laudabitur. Idem in eodem libro
de civitate dei. Erit illius civitas et
una in omnibus et inseparabilis in sin-
gulis voluntas libera et ab omni ma-
lo liberata et ab omni bono impleta
fruens indesinenter eternorum iocundi-
tate gaudiorum oblita penarum oblita
culparum nec tamen ideo liberationis
sue oblita ut liberatori suo non sit gra-
ta. Quod ergo attinet ad scientiam rationale
memor erit preteritorum etiam malorum
suorum. Quantum autem ad experimenti
sensum prorsus immemor erit. Ideo
pax celestis civitatis est ordinatissi-
ma societas fruendi deo et invicem
in deo. Idem. Quanta erit illa felici-
tas ubi nullum erit malum nullum
latebit bonum vacabitur dei laudibus
qui erit omnia in omnibus. Idem. Ipse
finis erit desideriorum nostrorum qui sine
fine videbitur sine fastidio amabitur
sine fatigatione laudabitur. Hoc munus
hic affectus hic actus profecto erit
omnibus sicut vita eterna ipsa erit
omnibus. Idem in eodem. In nobis
ipsis ymaginem contuentes dei tamquam
minor ille filius evangelicus ad nos
met ipsos reversi surgamus et ad il-
lum redeamus a quo peccando re-
cessimus. Ibi nemo esse non habebit
mortem ibi nemo nosse non habebit
errorem ibi nemo amare non habebit
offensam. Idem ibidem. Aberit omnis de-
formitas omnis tarditas omnis quoque cor-
ruptio et si quid ad illud non decet
regnum in quo resurrectionis et pro-
missionis filii equales erunt et
angeli dei sine corpore et si non ce-
les etate certe in felicitate. Idem ibi-
dem. Ita deus erit notus atque con-
spicuus ut videatur spiritu a singulis
nobis et in nobis videatur et ab altero
in altero videatur et in se ipso videatur
in celo novo et in terra nova atque
in omni que tunc fuerit creatura vide-
atur et etiam per corpora et in omni cor-
pore quocumque fuerit spiritualis corporis o-
culi acie pervenienti directe patebunt
etiam cogitationes nostre invicem nobis.
Idem in eodem. Premium virtutis erit
ipse qui virtutem dedit eique se ipsum
quo melius et maius nichil possit
esse promisit ergo. Ego inquit ero
illorum deus et vide supra. Idem libro
xo. de civitate dei et habetur in epistola
ad marcellam. Hortor te ut adicia-
ris unus civium illius patrie ubi rex
est veritas lex est caritas dignitas
veritas pax felicitas vita eternitas.
Idem in libro xxii de civitate dei. Ve-
ra ibi erit gloria quam certa qui spe-
ciosa scientia sine labore aliquo vel er-
rore ubi enim sapientia de ipso suo fon-
te potabitur cum summa felicitate
sine ulla difficultate. Idem in ultimo
libro de civitate dei. Omnes illi nu-
meri corporalis armonie qui nunc latent
intrinsecus et extrinsecus in tanta ac
tanta laude mirabilis pulcritudinis
delectatione sentientur. Idem xxii de
civitate dei. Ubi voluerit spiritus ibi
protinus erit tunc et corpus. Idem
ibidem. Non sunt contemplanda
sed plurimum veneranda sanctorum corpora qui-
bus dum adhuc viveret spiritus sanctus
quasi quibusdam organis adiutus
omnis bonus usus est. Idem in en-
chiridion. Resurgent corpora sanctorum

sine ullo motu sine ulla deformi-
tate sine ulla corruptione et oneris
difficultate ingentibus tanta erit fe-
licitas quanta felicitas. Idem ibidem
Non autem deo perit terrena materies de
qua mortalium caro creatur sed in quemque
libet pulverem cineremque solvatur cor-
pus humanum in quoslibet halitus au-
rasque diffugiat in quamcumque corporum
aliorum substantiam vel etiam in ipsa vitat
elementorum primordia vertatur in quorum
quorumque etiam animalium vel etiam
hominum cibum cedat carnemque mu-
tetur illi tamen anime humane in
momento temporis reddit omnipotens
deus que primitus illud idem corpus
ut homo fieret et cresceret et viveret
animavit. Idem ibidem Non est vera
salus vita nisi ubi felicitas vivit
nec vera inmortalitas nisi ubi salus
nullo dolore corrumpitur. Ubi autem
infelix moritur non sinitur ut ita
dicam ibi mors ipsa non moritur
et ubi dolor perpetuus non interimit
sed affligit ubi ipsa corruptio non
finitur. Idem in libro de ecclesiasticis dog-
matibus capitulo ix Erit resurrectio mor-
tuorum omnium hominum una et in simul non
prima iustorum et secunda peccatorum sicut fabu-
lat sompniator sed una erit omnium et
si illud resurgere dicitur quod cadit
ergo caro nostra in veritate resurget
sicut in veritate cadit et non secundum
origenem immutatio corporum erit id est aliud
novum corpus pro carne nostra sed eadem
caro corruptibilis que
cadet resurget incorruptibilis et
tam iustorum quam iniustorum caro re-
surget incorruptibilis vel ut penas
possit sustinere pro peccatis vel in eterna glo-
ria maneat pro meritis bonis. Idem
ibidem capitulo viii. Ex autem dicimus in sim-
bolo fidei vivos et mortuos id est ad

venientem dominum iudicandos non solum ius-
tos et peccatores credimus iudicari sicut
theodorus putat sed etiam vivos qui
in carne adventu inveniendi sunt qui
adhuc morituri vel immutandi sunt
credimus iudicari. Idem ibidem capitulo
xx. Post resurrectionem et iudicium non
credimus restitucionem futuram qua
origenes delirando sompniat ut
sed sompniat demones vel impii
homines post tormenta quasi suppli-
ciis compurgati vel demones qua
creati sunt in angelicam redeant
dignitatem vel homines impii iustorum
doneantur societati eo quod hoc divine
conveniat pietati ne quid de rationa-
libus pereat creaturis sed quolibet mo-
do salventur ut origenes delirat. Nos autem
ipsi iudici omnium illi veritatori iusto
credimus qui dixit Ibunt impii in
supplicium eternum Iusti autem in vitam
eternam ut percipiant operum suorum fruc-
tum. Idem ibidem capitulo plii In resur-
rectione commortuus sexus forma
non mutabitur sed vir mortuus re-
surget in forma viri et femina mor-
tua resurget in forma femine carens
tamen in hac vita sexuum condicione
non naturali specie ne non vera resurrec-
tio sit si non in illud resurgit quod
cadit. Idem in enchiridion Nos quid
tunc latere poterit quando tu deus meus vi-
ta viventium causa causarum forma
formarum formosissima formarum re-
nobis clara visione manifestabis
cum a te procedimus fontem vite
lumine eterno et dulcissima specierum tuarum
comparatione cum visione tua erit nobis delec-
tabilis nimia sitis simul et sacietas
sed longe aberit a siti necessitas longe
quoque a sacietate fastidium quia et sitientes
saciabimur et saciati siciemus. Idem

in li° de doctrina christiana Immortalitas
et incorrupcio corporis de sanitate
anime procedit Sanitas autem anime
est firmissima inherencia incommuta-
bili bono Idem in li° de natura et gra-
cia Refert venerabilis presbiter Dominus
Ciprianum dixisse cum exponeret illud
Beati mundo corde quoniam videbunt videlicet
quos non reatus arguit nulla consciencia
peccati Nam deus mundus mundo con-
spicitur corde Templum enim dei non
potest esse pollutum Idem super Canonicam
Johannis Deum nemo vidit unquam Res est
invisibilis deus non oculo sed corde
querendus est sed quemadmodum si solem
istum videre vellemus oculum corporis
primus purgaremus quo videri lux
ista potest Sic volentes videre deum
oculum quo deus videri potest pur-
gare necesse est Sed ubi est iste ocu-
lus Audi evangelistam Beati inquit
qui sunt mundo corde quia ipsi deum vi-
debunt Idem in li° de ordine discipline
O deus magne quam erunt illi oculi
qui te videbunt quam sani quam decori
quam valentes quam constantes quam sere-
ni quam beati et quid est id quod vi-
dent Permittitur nobis aspectus pul-
critudinis cuius imitacione pulchra
sunt alia cuius comparacione feda
sunt omnia. Videbit autem deum
qui bene vivit bene studet bene
orat Idem in li° de trinitate. I° Illud
summum bonum quod purgatissimis
mentibus cernitur a quibus se cerni
comprehendi quod non potest quia mentis
humane acies invalida in tam ex-
cellenti luce non figitur nisi prius
per iusticiam fidei enutrita vegetetur
Idem ibidem Videri autem divinitas huma-
no visu nullomodo potest sed eo visu
videtur quo iam qui vident non ho-
mines sed ultra homines sunt Idem pri(mo)

illud Johannis xiiii Manifestabo ei
me ipsum Hec visio erit merces fi-
dei Idem Merces nobis promissa est
vita eterna Idem Vita eterna est cog-
nicio unius dei Idem xii li. confessionum
Creatura rationalis particeps eternita-
tis tue valde mutabilitatem suam
pre dulcedine felicissime contemplacionis
tue cohibebit Idem in eodem Ci-
vitas celestis mansio secura O pa-
tria totum continens quod delec-
tat O quam gloriosa sunt dicta de te ci-
vitas dei Idem in sermone de dedi-
cacione ecclesie Oculus non vidit
deus absque te que preparasti expectanti-
bus te pax super pacem et ineffabilis
exultacio torrens voluptatis domine
flumine leticie et quid dicam fide
non capitur spe non attingitur cari-
tate non comprehenditur desideria
et omnia vota transgreditur acqui-
ri non potest estimari non potest
Idem in sermone quodam Cum nos po-
tabimur non solum factis sed etiam
corporibus cum illam faciem videbimus
que vincit omnes concupiscencias Tam enim
dulcis est fratres mei tam pulchra
ut illa visa nichil aliud possit delec-
tari Sacietas enim erit insaciabilis
et nullum fastidium semper esurie-
mus et semper saturati erimus Idem
in li° de conflictu viciorum et virtutum
Recedat amor presentis seculi in quo
omnes sic vivificant ut deinceps
moriantur et succedat amor futuri
seculi in quo omnes sic vivificantur
ut deinceps non moriantur ubi nulla
adversitas turbat nulla necessitas gau-
dium angustiat nulla molestia inqui-
etat sed perhennis leticia regnat Idem
in li° primo de accedentibus ad graciam
Primus parens nobis remansit sed occul-
ta et tanta et tristis viam docet
pervenias ad patriam in qua sanctam
patriam celestem supernam eternam in qua

sterum intelligimus quia habitem nec ullam
perturbacionem aut mortem timentem
casum quia amicos non videntem
nullas eciam insidias inimicorum formi-
dantem sed in eternitate cum eterno
rege regnante cum perpetua felicita-
te gaudentem. Domine ihesu qui es eterna
vita tu constituisti fundamenta huius
sempiterne requiei patre in monti-
bus sanctis tu candidisti eam quia
habitatio mea tu es ut nos ipse docu-
isti. Una sempiterna lux et lucerna
sol iusticie et unus permanens dies
stella splendida et matutina tu tem-
plum sacerdos et sacrificium rex deus
dominator et rector. Tu es sanctitas et
fons tu gaudium serenitas et pax tu
permanens dulcedo te illic omnes sentient
tum te inquam ubique manente et nus-
quam discedente et pro gaudiorum perpetua-
tem tuis virginibus distribuente.
Idem Augustinus de fide ad petrum. Tempus
autem acquirendi vitam eternam in
hac tantum vita deus omnibus dedit u-
bi voluit eciam esse penitenciam fructuo-
sam. Ideo autem hic penitencia fructuosa
est quia potest hic homo deposita ma-
licia sua bene vivere et mutata volunta-
te mutata simul opera que mutare et ea
facere que deo placent. Quia quicumque in
hac vita non fecerit habebit quidem pe-
nitenciam in futuro seculo de malis
suis sed indulgenciam in conspectu dei non
inveniet quia et si erit ibi stimulus
penitudinis nulla tamen erit ibi cor-
rectio voluntatis a talibus enim ita
culpabitur iniquitas sua ut nullate-
nus possit ab eis vel diligi vel desi-
derari iusticia. Voluntas enim eorum ta-
lis erit ut habeat in se malignitatis
sue supplicium nunquam tamen recipere
possit bonitatis affectum quia sicut
illi qui cum christo regnabunt nullas
in se male voluntatis reliquias habe-
bunt. Ita illi qui erunt supplicio ig-
nis eterni cum dyabolo et angelis eius
deputati sicut nullam habebunt ulte-
rius requiem sic bona nullatenus po-
terunt habere voluntatem. Et sicut cohere-
dibus christi dabitur perfectio gracie ad
eternam gloriam ita consortibus dya-
boli cumulabit ipsa malignitas penam
qui exterioribus deputati tenebris nullo
illustrabuntur lumine interioris veritatis.
Idem ad eundem. Ibi ipsa erit stolarum
gloria sed una erit omnium vita eterna. I-
dem. Absolonis formositas et cetera quere
infra de gloria eterna. Idem ibidem.
Surget corpus spirituale sicut ante di-
xi spirituale quia vivificante spiritu immor-
tale et incorruptibile permanebit. Sic
autem dicitur spirituale corpus cum non sit
spiritus sed permanebit corpus sicut nunc
animale corpus cum non sit spiritus
sed permanebit corpus sicut nunc animale
corpus dicatur cum tamen modo non
sit anima sed corpus. Spiritualia vero dic-
ta sunt corpora cum tamen procul dubio
corpora sint futura non spiritus. Ambro-
sius libro 2o de officiis. Dico vitam beatam con-
sistere in altitudine sapiencie suavitate
consciencie virtutis sublimitate. Idem
super lucam. Beatus pauper tamen qui cla-
mavit et dominus exaudivit eum. Pau-
per a crimine pauper a viciis pauper tal-
is in quo princeps mundi nichil inveniet.
Pauper illius pauperis emulus qui
cum esset dives propter nos factus
est pauper. Prima ergo ipsa beatitudo
est cum deposuero omne peccatum et ex-
uero omnem maliciam et simplicitate
contentus fuero inops malorum. Super-
est ergo ut mores meos corrigam
et temperem. Quid enim michi prod-
est caruisse secularibus nisi fuero mi- nota
tis atque mansuetus nam qui sequi-
tur viam rectam sequitur utique illum qui
ait discite a me quia mitis sum et
humilis corde. Itaque pre indigens

affectum tuum ut non irascaris a
recte iratus ne pecces iuxta quod
scriptum est Irascimini et nolite pec
care Declarum est enim temperare mo
tum affectus nec minus virtutis est
prohibere iracundiam indignationem quam com
pescere quoniam animo non irasci tum plerosque
quam illud levius hoc autem fortius
estimetur Cum autem hoc feceris
merito quia peccator es et lugeto pec
cata tua lugeto delicta et bene Tria
beatitudo est peccata deflentis quia trini
tas est que peccata condonat Ablue ergo
te lacrimis lava te fletibus si tu ipse
te fleveris alius non te flebit Redeam
si Saul deflevisset se peccasse sua prium
el utique cum non flevisset deposuit
primum tempore mortis delicta defle
re nam iuvat esurire magis et siti
re iustitiam Eger enim dum ingravatum
morbo est non esurit quia dolor egri
tudinis non excludit famem qui at
esurit utique virum acquirit augmentum
Cum autem est manus virtutis mise
ricordia que norma iustitie Iustitiam at
sequitur una. Unde dictum est Disper
sit dedit pauperibus et cetera quia unde
differt mercedem amittit nisi mundo
corde impertiat Nam si iactantia querit
nullus est inde fructus Emunda er
go interiora tue mentis quia nisi pri
us interiora tua vacua feceris ab omni
labe peccati et nisi dissensiones et con
tentiones ab affectu tuo te recedant
non poteris aliis ferre medicinam
Deinde ergo ipso pacem impone ut cum
tu ipse fueris pacificus tunc et
aliis pacem feras Quomodo enim ali
orum corda potes mundare nisi tuum
ante mundaveris Cum autem patitur
persecutionem in ultimo certamine constitu
tus adversis probatur ut cum legitime
certaverit coronetur Idem Ambrosius
in libro de bono mortis Iustorum beatorum
quam animarum per ordinem digesta letitia

hec est primo quia recedunt calamo
nec illecebris eius sunt inflexe
deinde quod proprio sedulitatis et inno
centie sue securitate potiantur nec
maiorum suorum memoria torqueantur
et cognoscunt quibusdam animarum esse
bus Tercio quod sciant ad legis dono
testimonio fulciantur ut factorum suorum
incertum stipendium iudicium non vereantur
eventum Quarto quia incipiunt intel
ligere requiem suam et futuram glo
riam previdere eaque se consolatione
mulcentes in habitaculis suis cum
tranquillitate magna requiescent stipa
te presidiis angelorum Quintum est ordo
exultationis quia absque corruptibili
carne corporis nectiam lucem libertate
quam meruerunt et promissam sibi possidet
hereditatem quod Est enim ordo quietis
quia est ordo resurrectionis Sexto
demonstratur eis quod vultus eorum
sicut sol incipiet refulgere et stellarum
luminibus comparari Septimum est ut
exultent cum fiducia et sine cuncta
tione confidant et sine trepidatione
letentur festinantes vultum eius vi
dere cui sedule servitutis officia de
tulerunt Idem Vera ac beata vita est
quam expectamus in futurorum que non
occasu nec temporibus terminatur Et
ita enim est et ideo vita vita appellatur
hec enim vita prius ymago vel umbra
est et non veritas Idem Si ob probrum tu
um gloria est domine ihesu qualis erit
gloria tua. tue ergo participatione glo
rie quid erimus cum simus opprobriis
gloriosi Idem in libro de obitu satiri
fratris Si terra renovatur et celum cur
ergo dubitemus hominem renovari
propter quem celum factum est et
terra Si prevaricator servatur ad pe
nam cur iustus non servetur ad glo
riam Si vermis non moritur peccatorum
quomodo admodum moritur caro iustorum hec
est ergo resurrectio sicut illius et id quod

decidit hoc resurgat quod mortu
um fuit reviviscat Denique hoc est
summa series et causa iusticie ut quia
corporis et anime quia consors est vita
que cum anima cogitavit corpus
efficit ideo iusta dei iusticia coniuge
te utraque veniet ad iudicium utraque
aut eterne pene detur aut perpetue
glorie restituetur Idem de obitu
valentiniani Beatus qui vel unius
vertute correxit errorem beatus
qui subitum mortis animo anticipa
verit Ieronimus in epistola ad virgines
et Beda in glosa super illud Math.
Super omnia bona sua constituet
eum etc. Bona sunt plana et sua
via quia qui promisit bonus et su
avis est Quid enim bonis his
melius esse possit quam a labore cor
poris et mundi huius eripimur
quoque receptum paradisi divicias et
delicias possidere celorum regna ca
pere corruptibilibus incorrupta
temporalibus eterna pensare fugien
tia manentibus permanencia stabilibus
ignominiam tenebras luce terram
celo infirmitatem virtute laborem
requie servitutem honore captivi
tatem regno tristiciam leticia egri
tudine sanitate et denique mortem
vita mutare has delicias omnibus
pater ordinat filius adimplet spiri
tus Idem in sermone Cogitis me
Beata superiorum civium societas et
admirabilis eorum eorum unanimitas
ubi nemo alicuius invidet glorie
sed totum in aliis possidet unusquis
que quod gratis prestatur omnibus
ut in omnibus et de omnibus glori
ficetur et honorificetur deus amen Idem
super illud Math. xxv intra in
gaudium domini etc. Tunc electi erunt
in gaudio conclusi quia unusquisque

se unum inveniet interius sed gaudii
et leticie spiritualis Idem ad amandum
presbiterum Porro quod ait ut si deus omnia
in omnibus hoc sensu accipiendum
est quia dominus et salvator noster
omnia non est in omnibus sed pars in
singulis ubi gracia In Salomone
est sapiencia In david bonitas In iob
paciencia In daniele cognicio futurorum
In petro fides In phinees et paulo
zelus In iohanne virginitas et sic
ceteris Cum autem omnium rerum finis
advenerit tunc omnia in omnibus
erit et singuli sanctorum omnes virtu
tes habebunt ut sit etiam christus
dominus totus in cunctis Idem Beatus
est qui divinas scripturas legens ver
tit verba in opere et nudam nudus crucem se
quens puris manibus et mundo pec
tore pauperem se spiritu et non opere
gloriatur Crisostomus in libro de reparacione lapsi
Scriptum est de hac gloria quod
inde aufugiet omnis dolor et gemitus
Quid enim hac vita beatius ubi nul
lus metus paupertatis nec egritudinis
nulla cupiditas contradicet nullus
tibi desiderium ubi cuncta conveniunt et le
ticia magis splendor et lux sed super
hec anima erit sociari consorciis an
gelorum cum quibus celestium virtutum contu
berniis perfrui sed adhuc super hec omnia
est primus domini nostri Ihesu christi inenarra
biles aspicere conspectus et maies
tatis eius inenarrabili splendore divi
luminis varia radiari De rege vero
patre qui medius omnium sanctorum sedet
dicere nostro nulla sufficit effugit enim
omnem sermonem atque omnem sensum
humane et angelice cognicionis potes
dit illud decus illa gloria illa maies
tas Idem ibidem Et si cottidie nos op
porteret tormenta perferre sed etiam ipsam
gehennam pro tempore tollerare pro
eo ut christum dominum videre possimus

possemus in gloria unio qz sciorum
sociari dignum esset pati dum quod tris
te est ut tante glorie participes simus
Idem in eodem Considera totius creature
formacionem non enim in ista que nunc
est inqualitate persistet sed in alia trans
formabitur splendidiore et multo pul
criorem quanto si dici potest aurum
plumbo splendidius est hec enim futura
paulus paulus dixit dicens quia et
ipsa creatura liberabitur a servitute
corrupcionis in libitate glorie filiorum
dei Tunc enim cum quod simplicitas
est pro corrupcionis in libitate glorie
filiorum dei celum et terra simul al
terabuntur in effabili pulcritudine de
corabuntur Idem super Iohem Si presens vi
ta tam delectabilis est quid utique di
cet quid de illa ubi ... dolor et
tristicia et gemitus Illic tunc morte
non oportet neque finem illorum sus
picari bonorum eternorum Beati enim et
tres beati et multociens beati quia ita
beata regione pacientur sicut inferi q
ab illa beatitudine semel ipsos alienant
et repellunt Idem de reparacione lapsi
Unum sciorum erit una concordia nullus
enim demonum metus aut insidie ter
ror gehenne mors neque corporis ne
que anime sed in mortalitatis munere metu
utique resolutus Idem super illud Math
Facies eius resplendunt sicut sol In
corruptorum gloria corporum non hoc
tantum splendoris emittet quantum
corpora corruptibili luce procedit vel
talem lucem qualem nunc mortales
oculi capere possunt sed tantus erit fu
ture lucis splendor quantum corporis
ferre non possit oculus vel aspectus
cum tamen illud tulerit qui in monte
transformacione resplendunt propterea oste
ditur quia tunc tanta revelatum sit
quantum oculi mortalium ferre potue
runt et tamen hoc ipm tulerunt

quod integro sed ceciderunt in facies suas
super terram Ad agi ergo nunc ocu
los tuos et vide celos et considera
ornamentum ibi congregatum non au
ri neque vestium vel gemmarum sed virtu
merita adornatum sideribus splen
didius emicante sole clarius fulge
tem Intuere ergo intuere ibi cetum
non solum cum hominibus sed cum angelis
thronis archangelis et dominacionibus
principatibus ac potestatibus quorum
decore aut qui medius eorum sedet
nox nulla sufficiet qui effugiet
demum sermone et omnem sensum an
gelicum et humanum illud decus illa vir
tus illa pulcritudo illa gloria illa
maiestas Ysid de summo bono Quia
sine fide impossibile est placere deo
Vere beatus est qui et recte credendo
bene vivit et bene vivendo fidem
veram custodit Idem ibidem libro 1° ca°
ult Non fiet in futurorum tor impiorum
iustorum compassione dampnatorum
dolendi affectio ubi tanta erit sciorum
de dei contemplacione gaudium et tris
ticie nullus tribuatur introitus Sicut
illud Comparatus candidus color in
gro colori fit pulcrior Sic et sciorum
regnum comparatum dampnacioni ma
lorum gloriosior apparebit Idem libro 2°
ca° 2° primo Unus quisque sed deum
sapiens est beatus est beata non ...
cognicio divinitatis est Cognicio ac
divinitatis est virtus bonum operis vir
tus non bonum operis fructus eternitatis
est Idem in libro ethicorum beatus dicitur qui
bene actus suis ad habendum quod
vellet et non paciendo quod vellet
ille autem vere beatus est qui habet omnia
que vult bona et nichil vult nisi bo
num Idem in synonimis Salus incho
antibus promittitur sed perseverantibus
datur Non est enim beatus qui bonum
facit sed qui perseveranter bene facit

quia qui perseveraverint usque in finem
salvus erit Idem Beatus ampli
or eius in caritate tanto largior et
felicior in eterna beatitudine Idem de su
mo bono li. 1o ca. 10. Videtur credendum
quod demum angeli videant et videre de
siderant et sciant et scire festinant
et amant et amare intimi sed de
siderant sine labore et saciantur sine
fastidio ne cum in desiderio sit anxie
tas desiderantes saciantur et ne
sit in sacietate fastidium itero deside
rant saciari Bernardus in sermone Beati
tudo triplex est scilicet in optimis mo
ribus in singularibus virtutibus et in
gaudiis celestibus Prima est ad ...
2a ad gustum 3a ad plenum gaudi
um Idem Illud est summum et verum
gaudium quod non de creatura sed de
creatore concipitur et quod cum possede
ris nemo tollet a te cui comparata
omnis aliunde iocunditas meror est
omnis suavitas dolor est omne dul
ce amarum est omne decor fedum est
et omne postremo quodcumque quod delec
tari possit molestum est Idem super
Cant. Deus replet in bonis anime
desiderium tunc ipse mee futurus est
plenitudo lucis ipse voluntatis
mee plenitudo pacis ipse memorie
continuatio eternitatis Primum facit ve
ritas dei Secundum facit caritas dei
Tercium perficit summa potestas et eternitas
deus Idem in sermone Deum certa ra
tionale nostrum scientia et ignorancia constat
tamquam scientiis et persuasio scientia tamen
perfectibile ut desiderium eius contemptibile
et certa illud quod dicitur irascibile prius
et ira et leticia necessarium implebit
ergo deus rationale nostrum luce sapie
ita ut penitus nichil nobis desit
in ulla sapientia vel scientia Implebit
et concupiscibile nostrum fonte iustitie

sic ut omnis desideremus eam et ea
penitus repleamur sicut scriptum
est Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam
et quoniam quidem iusticiam quidquid reprimere
debet reprimet quidquid concupiscere concupis
cet et quod hiis omnibus magis appe
tet quod magis sunt appetendum
Iam vero quod dicitur irascibile tunc re
plebitur illud deus perfecta erit in nobis
tranquillitas et in summam iocundita
tem atque leticia replebimur divina pace
Idem Sicut replebit deus animas
nostras tunc sunt in eis scilicet perfecta scientia
iusticia perfecta leticia perfecta sic re
plebitur maiestate eius omnis terra
nostra tunc sunt corpus nostrum in mor
tale agile impassibile configuratum
demumque corpori claritatis sue Idem
eterna beatorum cum sollempnitas est fa
cie ad faciem deum intueri eius dul
cedine sine fastidio saciari ut que
semel habent se scire semper velint
ac eius imperio perfrui sine defectu
Idem super Cant. Quare tristis es ani
ma mea et quare conturbas me spera
in deo quoniam adhuc confitebor illi tunc
videlicet error a racione dolor a voluntate
atque de memoria timor omnis reces
serit et successerint illa que speramus
mira serenitas plena suavitas eterna
securitas Primum faciet in te deus Se
cundum caritas deus Tercium summa po
tentia deus ut sit deus omnia in
omnibus racione nostra recipiente lucem
in conturbabilem voluntate nostra re
cipiente lucem imperturbabile memo
ria nostra perpetuam [illegible] Idem illuc
O vere meridies plenitudo fervoris
et lucis solis status umbrarum consumma
tio [illegible] o lume meridi
anum o vernalis temporis o estiva
venustas o autumpnalis ubertas o
requies ferratio o tuta habitatio et pa
radisus dulce pabulum deus meus. O

pulcritudine et iucunditatis. Nichil ibi for
midabitur nichil ibi fastidietur nichil ibi
deficiat bonitatis summum unum erit
videre deum vivere cum deo esse in deo
Idem super Cant. Ibi videbimus glorie
decorem sanctorum splendore regie
potestatis honore tue ingnoscite patris po
tenciam filii sapienciam et spiritus sancti
benignissimam bonitate Idem ibidem
Egredere paulisper queso anima mea de
carcere et papilione corporis ut in hostio
stans videas dei tui gloriam per transi
ire et pro fructibus primi laboris ante ocu
los tuos pone mercedem quam oculus
non vidit nec auris audivit Idem
qualis erit illa dies cum tibi maria
mater dei choris occurret comitata vir
ginis tua post rubrum mare submer
so cum exercitu suo pharaone tympanum
tenens concinet dicens Cantemus domino &c.
Idem Que enim potest esse maior
hereditas quam contemplari et videre sen
sum pulcritudine sapiencie verbi et veritatis
et luminis et virtutis ineffabilem et ma
gnificam dei naturam considerare et in
super eam que ad dei similitudinem facta est
substantiam contueri Idem in quodam ser
mone super illud psalmi Lauda ierusalem dominum
Lauda ergo et laudes replica qui mu
nitissimis vectibus et inexpugnabilibus
seris clause sunt porte salutis tue
ubi nullus inimicus intrat nec ul
lus amicus exit nulle sunt ibi tempta
ciones nulla seorsum cogitacionum ruina
confundit quia ipse pellis ille contortis
longe est a muris tuis et a finibus
tuis et ille qui semper idem est omnia
in ydemptitate considerat et congregat
Idem Sancti dei vident oculis intuen
tes essentia deitatis nulla corporeorum fan
tasmatum ymaginatione decepti Idem
in sermone de septem beatitudinibus super
illud Math. Beati pauperes spiritu &c. Vide
mus pauperes aliquos qui si veram

haberent paupertatem non adeo pusil
lanimes invenirentur ut prope reges
et tales reges sed hii sunt qui pauperes
esse volunt eo tamen pacto ut nichil
eis desit et sic diligunt paupertatem
ut nullam inopiam paciantur Sunt
et alii mites sed quamdiu nichil dicitur
vel agitur nisi pro eorum arbitrio volu
tatis patebit autem quam longe sunt a
mansuetudine si levis oriatur occasio
turbacionis. Hec autem mansuetudo
quomodo hereditabit terram promissionis
que ante hereditatem deficit Alios quoque
lugentes in deo sed si de corde puro et
consciencia non ficta procederent ille lacri
me non utique tam facile solverentur
in risum Nunc autem cum hinc inde ociosa
et scurrilia verba profluant quam
primus lacrime profluxerit non arbitror
quod hiis aut eis divina consolacio promit
tatur quia quidem post lacrimas de
votas tam facile vilis consolacio ad
mittitur Alii autem vehementer contra
illorum dicta zelantur ut videri possint
esurire et sitire iusticiam quod grande
nimis esset si esset apud eos. De suis quoque
peccatis idem iudicium sed nunc pondus
et pondus utrumque mensura et men
sura abhominacio est apud deum Ira
contra alios tam impudenter qui
inhumaniter estuant semet ipsos aut
tam insipienter quam inutiliter palpant
Sunt et alii misericordes de hiis que ad
ipsos non pertinent qui eciam scanda
lizantur quod non datur omnibus hinc
dantur sic tamen ut ipsi nichil nec in
modico quid gravientur qui si vere mi
sericordes essent de suo primus deberent
facere immo et si non possent de ter
rena substancia de voluntate saltem bo
darent indulgenciam hiis qui contra
se forte peccare videntur Dicunt nihi
quod dulce pigmentum dulce verbum benedic
tum Sunt eciam qui peccata sua confitentur

sic ut possint videri quo desiderio
inmundi cordis id agere Unum enim
in confessione lavant nisi quod ea peccata
que ipsi dicunt alijs ab alijs non possunt
audire pacienter Sunt autem et alij qui
si viderint quempiam vel leviter scan
dalizatum valde solliciti sunt quo
eum in pacem reducere possint et ab hac
videntur pacifici nisi quod eorum quomodo
si forte tamen eos quidquam secundum dictu
ne sint tardius veniunt potius diffi
ciles quam se dari qui minorum si ne
patrem diligent aut dulcius quam ea
prius quererent sibi ipsis Anshelmus
in libro de similitudinibus Preter beatitudi
nis sunt pulcritudo agilitas forti
tudo libertas sanitas voluptas
longevitas sapientia amicicia concor
dia pax honor potestas securitas gau
dium eternitas Ista ut estimo sunt que
preter se et preter quecumque alia ab ho
minibus appetuntur Idem in vita illa et
vel pulcritudo iustorum solis pulcritu
dini que septuplicata qua modo sit
splendidior erit adequabitur Idem ve
locitas agilitatis nos tanta conco
mitabitur ut ipsis angelis dei eque
celeres simus qui de celo ad terras
et e converso dicto vel verbo citius dilabuntur
Idem in futuro seculo sic iustus for
tis erit ut etiam si velit terram com
movere possit et sic e diverso malus
vel iniustus imbecillis erit ut nec
vermes ab oculis suis amovere queat
Idem Gaudium erit iusto intus et
extra gaudium sursum atque deorsum
gaudium circum circa et ubique gaudium
plenum Idem Tunc iusti scient cunc
ta que fecit deus secunda sed tam ea
que preterita sunt quam ea que post modum
sunt futura Ibi etiam a singulis omnes
et ab omnibus singuli cognoscentur
nec quisquam omnino latebit qua patria

qua gente qua de stirpe quibus editus
fuit vel quid etiam in vita sua fecerit
erit Si autem fuit malus cum nec sapientia
predictus tum tantis doloribus urge
bitur ut non solum insipiens verum
omnino fiet et amens Idem in illa vi
ta si fuit malus ad omnia que no
luit cogetur et ab omnibus que volu
erit prohibebitur Idem in illa perfecta
in diversitate in mirabilium angelorum bo
norum et hominum ubi nullus minus di
liget alium quam se ipsum non aliter gau
debit quisque pro singulis quam pro se ipso
Si ergo cor hominis de tanto suo bo
no vix capiet gaudium suum quomodo
capax erit tot et tantorum gaudiorum
Paschasius Que summa et perpetua fe
licitas ubi gloriosus angelorum chorus
exultat ubi prophetarum exultacio ymnis
insignis gaudet ubi martirum populus
in mirabilis ob eternam victorias co
ronatus tripudiat ubi virginum clari
ssima turba letancium effulget unde
ubi confessorum fortitudo letatur ubi cetero
illorum communicatur digni fuerunt qui
precepta domini servantes ad celestes the
sauros patrimonium transtulerunt Fulgen
tius in epistola Sicut per speculum in
tuemur tunc nobis visio manifes
tatur quia nos ipsos et ipsum speculum
et quod quod prius ad esse videmus sed per
speculum divine claritatis ipsum deum ut
est videbimus quantum est possibile no
bis et nos ipsos et omnia alia que
sunt intra et in celo et in inferno
vera et certa sciencia cognoscemus
Beda deus contemplabitur clarissime
in plenitudine divine lucis amabitur
dulcissime in latitudine caritatis pos
sidebitur securissime in longitudine
perpetue hereditatis Idem in omelia na
talis domini super illo Luce ii° Videtis
autem pastores cognoverunt de verbo quod

nō

dem erit et visio dei cognicio eius
est et hec est sola bta hominis vita ip
so dicente ac testante qui nos patri
eius commendans dicit inter alia hec
est autem vita eterna ut cognoscant te so
lum verum deum et quem misisti ihesum
xpm Idem in omel' natalis dni super
illud Luce ij° Venerunt festinantes
Festinemus illum videre in diuina pa
tris ac sua maiestate fulgentem festi
nemus inquam nam tanta beatitudo no
est cum desidia aut torpore querenda sed
alacriter sunt sequenda xpi vestigia
Nam et ipse cursum nostrum data ma
nu iuuare desiderat delectatur quod eius
lus audire Trahe me post te cur
remus in odore vnguentorum tuorum
Idem ibidem hec est sola ac vera beatorum
non solum hominum sed etiam angelorum
vita faciem sui tenere creatoris quam
desiderabat ardenter psalmista cum dicebat
Sitiuit anima mea ad deum viuum quando
veniam etc Leo papa in sermone penthec'
Non in delectacione corporis vite beatitu
do consistit sed in conscia puritate ab omni
labe peccati qui nichil melius delectat
quam consiliorum honestas et operum pul
critudo Idem non te quaquam fuerit
felicitati sed desideres eterne beatitudinis
Idem non cantilenis et gaudijs sed
suspirijs et lacrimis ad veram beatitu
dinem peruenitur Idem ille beatus est qui
fide splendet qui spe gaudet caritate
te feruet qui temperancia viget qui pru
dencia lucet qui iusticia cumulat
qui fortitudine pollet qui humilitate
redolet qui puritate tunc lucet Idem
qui de torrente tribulacionis non
bibit de fonte eterne beatitudinis no
gaudebit vel gustabit Boecius in li°
de consolacione Beatitudo est status om
nium bonorum aggregacione perfectus Idem
beatitudo est summum bonum racionalis pos

sessio Idem beatitudo est summum bonum
quo quis adepto nil amplius de
siderare queat quod si quid afforet
iam summum esse non posset quia re
linqueretur extrinsecus aliquid quod
posset optari Idem perfecta felicitas est
quando quis velis adesse et quodque nolis
abesse Idem in li° de corrupcione ciuitatis
dei Solum summum beatitudinis est con
templacio conditoris vbi rex virginis
filius erit gaudium sempiternum delec
tacio ciuibus opus laus perpetua crea
toris Glo super illud primo Regum xxx
ducenti lassi viri qui cum sarcinis etc
signat infirmos ecclesie qui tamen spi
ritualibus viris currere nequeunt in
via dei sed quia fidem habent et opus
bonum seruant apostoli hoc adamant .i. a xpo
summum beatitudinis cum perfectis accipiunt
Vnde sequitur ibidem et equa pars de
scendenti in epla Beatus non is quem vul
gus appellat adque pecunia magna
confluit Sed ille beatus est cui bonum
omne in animo est erectum et excelsum
et immutabilia calcans Idem in epla
xij ad lucill' Ille beatissimus est et
securus sui possessor qui crastinum
diem non solicitudine expectat Idem
in epla xli ad eundem Cum iocundi
est nichil possidere quam magnificum
est plenum esse nec ex fortuna pendere
Idem in epla ad lucill' lxxxiij Qui
nimis aliquando homines ad deos ire sed
et deus ad homines venit immo in ho
mines Nulla enim beata vel bona mens
sine deo est Idem ad paulum cap. in
Speramus eterno anno et vtamur
foro quod fores contexit donec in
mota felicitas finem malis omnibus
imponat Idem ad lucill' O quando illa
veniat dies qua nemo in honorem
tuum meruit hunc ergo cogitaciones
tue tendant hec tracta hec opta hec
mes qui et intimius fruendis istius

in li. ad asclepium. Si intelligens in
deus dn o asclepiens omni bonorum
tota mente plenissimus Si tu multa
sunt bona et non potius unum in
quo sunt omnia Aristoteles in li° primo
ethicorum Omnis cognicio et prohesis bo
num aliquod cooptat Perfectius autem
dicimus quod propter se est persequibile
quam propter aliud est eligibile Talis autem
felicitas esse videtur hanc enim semper
eligimus propter se et numquam propter
aliud est Omnis ergo prohibet felicem
dicere eum qui secundum virtutem
operatur perfectam et exterioribus suf
ficienter habundat Igitur felicitatis
actus anime secundum virtutem perfectam
omnia cum honesto concordat vom
Aristoteles in 3° thopicorum Omnia quidem
bonum appetunt quod autem propter se e
ligendum eo quod propter aliud magis
magis est eligendum et quod propinquius
est fini et animo quod est ad finem inte
appetibilius Ovidius in li° methamor
ph. ultima semper expectanda dies
homini est dici quod beatus ante obitum
supprema quod funera nemo debet Ca
tho felices obeunt quorum sine cri
mine vita est etc. Prosper in li. epigr
Felices vere faciunt semper quod beatos de
vero et summo gaudia nata bono
Nam mundi ex opibus levis ac pe
ritura voluptas Edita perpetue semina
mortis habet Oratius in li. carminum
Non possidentem multa vocabis recte
beatum Idem ibidem Rectius occupat
nomen beati qui deorum muneribus sa
pienter uti durum quod pauperiem pati
Item Prosper in li. epig. Semper erunt
quod erunt eterna gaudia vite Gau
dendi quia causa erit ipse deus nec
vanos pariet mens diversa volutas
Zenophon in li° de Ciro Cirus ma
ior moriens dixit Nolite arbitrari

consiles et consilii mei karissimi
cum a vobis recessero nusquam aut
nullum me fore nec enim dum eram
vobiscum animum meum videbatis sed eum
esse in hoc corpore ex eis rebus quas
gerebam intelligebatis eundem ergo
esse credite etiam si nullum videbitis
Tullius in li° declamatoria Virtus absque beata
vita esse nequit nec vita beata absque
virtute Idem in tuscul. li° primo Nulla
est celeritas que cum celeritate animi
possit contendere quam manet incorrupta
sui quod simul natura est ut ita ferunt ut pe
netret ac dividat omne celum hoc
eo quod ei demum sedes naturalis erit cum
ad sui simile penetraverit in qua nulla
egens aletur et sustentabitur eisdem
rebus quibus et astra vel angeli sus
tentantur cumque corporis facibus ad
omnes cupiditates inflamari soleamus
perfecto beati erimus cum corporibus relic
tis et cupiditatum et emulacionum ex
pertes fuerimus tantoque nos magis eam
plaudebis rebus perspicientibus quod po
nemus quia et inest in mentibus
nostris insaciabilis quedam dua viden
di cupido qua perspicue visione fruen
tur qui tunc etiam cum has terras
incolentes caligine circumfusi erant
tum acie mentis conspicere cupiebat
quod non solum quia mori miserum est
sed etiam quia nichil mors habet quod
horrendum sit et qui morte non ti
met magnum presidium ad vitam beatam
comparat Idem in li° de senectute Cum
in hiis inclusi corporis compagibus
sumus munere quodam necessitatis et gravi
opere perfungimur Est enim animus celestis
altissimo domicilio depressus et quasi
dimersus in terra locum quedam divine
nature et eternitati quod contrarium O
preclarum diem cum illud ad aliud divinum
animorum concilium ceterum quod perficiscar
cumque ex hac turba et colluvione

dissidencium profiteatur. tumque contra hac
turbe ad viros sapientes et ad ratio
nem meam propone tuum corpus a
me cremandum est quo nemo vir me
lior natus est nemo pietate prestan
tior. Idem in prohib. xiii. Brevis nobis
data est vita sed memoria bene acte
vite perpetua que si non esset longior
quam hec vita quis esset tam amens
qui maximis laboribus et periculis
ad summam laudem gloriamque conten
deret. Apuleius. Origo felicitatis con
virtute manat sola virtus potest for
matissimam facere et absque hac condicionibus
prosperis potest felicitas inveniri. Var
ro non est felicitas que secum fert mi
seriam. Senec. humana felicitas ali
cuius aspergitur adversis ita ut mea
vera felicitas non queratur. Valerius
maximus li. vii. Anaxagoras interro
gatus cuidam quis nam esset beatus
Nemo inquit ex his quos tu felices
existimas sed eum in illo invenies
qui ex omnibus arte constare credunt.
Non enim ille erit diviciis aut hono
ribus habundans sed aut exigui ruris
aut non ambiciose doctrine fidelis
et pertinax cultor secessu quam in fronte
beatior. Eusebius cremonensis. In vera
resurrectione nulla remanebunt indi
cia lepre nulla penitus apparebunt
vulneris vestigia aut debilitates in
carne vitiata non invenientur in corde

De bello. Gregorius in dyalogo. Non
nunquam dominus inquilinus mag
na dona tribuit pro quedam reprehen
sibilia delinquunt ut semper habeant co
tra quod bella gerant et devictis
magnis hostibus mente non erigantur
quia eos adhuc adversarii etiam minimi
fatigant. Idem in moralibus. Semper adver
titate et labore adversarii et quere in
fra de certamine et labore. Item infra de
militibus. Item infra de pugna. Aug.
in li. xix. de civitate dei ca. xii. Hac
intencione ystinum bellum geritur ut pax
acquiratur. Idem in epistola ad comitem
Esto etiam bellando pacificus ut eos
quos expugnas ad pacis unitatem
vincendo perducas. Idem. Hoste pug
nante necessitas perimat non voluntas
et sicut bellanti et resistenti violen
cia redditur ita victo vel capto misericordia iam
debetur maxime quo pacis non timetur
perturbacio. Idem super Josue. viii. Jus
tus cum bellare fas sit cum iustum
bellum susceperit utrum aperte pugnet an
ex insidiis nichil ad iusticiam pertinet. Idem
ad bonifacium comitem. Noli existimare
quere infra de militibus. Idem in li.
questionum et habetur. xxiii. q. ii. Justa bel
la diffiniri solent que ulciscuntur
iniurias si gens et civitas impete
nda est que vel vindicare neglexerit
quod a suis improbe factum est vel
reddere quod per iniuriam ablatum est
sed hoc genus belli sine dubio iustum
est quod deus imperat qui novit quid
cuique fieri debeat in quo bello duc
tor exercitus vel ipse populus non tam auc
tor belli quam minister iudicandus est.
Ambro. li. i. de officiis. Non in infe
rendo sed depellendo iniuria lex vir
tutis qui enim non repellit a socio
iniuriam si potest tam est in vicio
quam ille qui facit. Anastasius papa. Qui
potest obviare et perturbare perversos
et non facit nichil est aliud quam
eorum impietati favere nec caret scrupu
lo societatis occulte qui manifesto
facinori desinit obviare. xxiii. q. iii.
Nota ad hoc quod bellum sit iustum vel
licitum exiguntur quinque. Primum est quod
persone liceat sanguinem fundere alias
bellabit pro victu [illegible] substitutum vel pro pla

tus ecclesiasticus sed tamen porrigit ut
habeat ius gladii alias clericus non licet
pugnare. Secundum est ut non fiat animo
ultionis vel odii tamen. Tercium propter recu
peratione rerum aut defensione dampnorum
tum ut cum alias subsistere non possit
aut habere pacem. Quartum auctoritas eius
qui potest licentiare bellum, scilicet imperator
vel alius princeps non recognoscens
superiorem. Ysidorus libro xviii ethimologiarum et habetur
xxiii q. ii ca. 1 Justum bellum est quod
ex edicto principis geritur de rebus
repetendis aut propulsandarum hostium
causa. Idem undecim Champulus dictus
ducentorum militum quia bellum primo
manu incipiebat. Tullius de officiis
Bellum ita suscipiatur ut nichil aliud nisi
pax quesita videatur. Codice de cadu
cis tollendis libro primo quod belli calami
tas introduxit hoc pacis lenitas so
pire debet. Plura quere infra de certa
mine et labore. Item infra de militibus
et stipendiis. Item infra de pugna.

De beneficiis. Ambrosius in hymnario
Beneficium largientis prebenti ma
gis prodest quam suscipienti. Nam ima
quod ad indigentem pervenit sed gratia
multiplicate mercedis permanet tri
buenti. Idem beneficium se reputabat ac
cepisse Theodosius imperator cum roga
batur ignoscere et tunc venie propinqui
or erat cum fuisset iracundie commo
tio maior. Seneca in libro de beneficiis
habet inter duos beneficii lex est ut unus
obliviscatur dati sed alter semper memor
sit accepti. Taceat qui dedit sed nar
ret qui beneficium accepit. Idem quod
volens gratum esse illud vere efficia
cit demus quomodo vellemus accipere
cito sine aliqua difficultate libenter
ante omnia. Idem maxime delectum est
ubi dans tamquam in manis et maxime(?)
bus beneficiis usurpare gloriam benefi
cii. Idem libro 3o de beneficiis Ingratus
est qui dissimulat beneficium reddere quando
reddendum est sed magis ingratus est qui
non reddidit. Omnium ingratissimus autem est
qui oblitus est. Apparet enim illum non
sepe cogitasse de reddendo cui obrepsit
oblivio. Plura quere infra de liberalitate.
Aristoteles in viii ethicorum. Super excellenti
benefactori debetur honoris exhibitio
sed indigenti lucri exhibitio. Augustinus in en
chiridion et habetur in decretis di. xlv.
Et qui emendat multa bona sine bene
ficia prestantur invitis quando eorum consulitur
utilitati non voluntati qua ipsi sibi
met inveniuntur inimici. Plinius philosophus
Cumulare largitatem sed prudenciam continentem
caveamus. Idem Cum beneficia sua ver
bis adornat non ideo predicant quia
fecerunt sed ut predicantur fecisse credunt.
Idem beneficia nostra nullo modo melius
tueri quam augendo possumus perpetue
cum accipiens ea tam graviter invi
pretetur ut dum priora accepit pos
teriora accipere vereatur. Symonides cum
interrogaretur quid inter homines facile
consenesceret, respondit beneficium. De beneficiis
ecclesiasticis quere in decretis et in decretalibus.

De beneficiatis. Gregorius in registro
Sicut ecclesia res proprias amittere
non debet ita rapacitatis ardore alie
nas invadere non oportet. Idem Lau
dabile studium et conveniens est cuncto et
religioso gratum deo patrem terrenis
preferre compendiis semper veritatis lu
crum sectari. Idem super illo verbo Johannis vi
Amen amen dico vobis queritis me
non quia vidistis signa sed quia de pa
nibus meis manducastis. Gregorius Pecorum
personam dominus illos intra sanctam ecclesiam
detestatur qui per sacros ordines adeo
non propinquantes et non in eisdem ordi
nibus virtutum merita sed intus presentis co
modo requirunt. Nec cogitant quid
bene vivendo facere debeant sed quo

cupienda compendia fortiant. August.
de ulbus dni. Clericus si non contentus
fuit de stipendiis que de altari dno
iubente consequit*r* sed cotidie intimo mia
vendit intercessiones munera libenter am
plectitur hic negociator magis quam
clericus dici potest. Idem. Si privatim no
bis sufficiant que possidemus non sunt
illa nostra sed pauperum quorum procurationem
quodammodo gerimus non proprietatem nobis
usurpatione dampnabili vendicemus.
Idem et habetur xii q. i. non est eorum
fugare clericum et a se repellere pauperum
manum xii q. i. ca° nolo. Ambro. li. de
offic. et habetur xii q. ii. Aurum habet
ecclesia non ut servet sed ut eroget et sub
veniat in necessitatibus. Quibus est enim
servare vasa viventium pauperum quam mor
tua metallorum ornatus sacramentorum
redemptio pauperum est et captivorum.
Et vere illa sunt vasa preciosa que re
dimunt animas a morte. Ille verus the
saurus dni qui operatur quod sanguis
eius operatus est. In hiis enim ge
neribus vasa ecclesie etiam initiata
vel consecrata confringere vel conflare et
vendere licet. Ieron. ad heliodorum xii
q. xii. Gloria episcopi est opibus pauperum
providere ignominia sacerdotis est propriis
insudare diviciis natus in paupere
domo in tugurio rusticano qui vix
milio pane rugientem ventrem poteram
saturare nunc similam et mella fas
tidio. Idem Damaso. Quodcumque habent
clerici pauperum est et domus illorum omnibus
debent esse communes susceptioni peregrinorum
et hospitum invigilare debent xii q.
i. Idem ibidem. Clerici qui bonis parentum
et opibus propinquorum sustentari possunt
si quod pauperum est accipiunt sacrile
gium profecto committunt in dubio et con

mittunt et pauperum talia iudicium
sibi manducant et bibunt xvi q. i. Q̄uo-
niam. Idem. Viris apostolicis et evangeliza
toribus Christi in necessariis usibus nolle quod
quam tribuere se ipsum condempnare est xvi
q. i. Leo papa xii q. ii. Episcopi velut eccle
sie tamquam velut commendatariis non tam
quam propriis utantur. Prosper in li° de vita
contemplativa. Paulinus et Hilarius
episcopi tales ac tanti viri volentes proprium
fieri discipuli renunciaverunt omnibus
que habebant qui non possessores sed
ut procuratores facultates ecclesie pos
sidebant et idcirco scientes nichil
aliud esse res ecclesie nisi vota fidelium
et precia peccatorum ac patrimonium pauperum
non eas vendicaverunt in usus suos
ut res proprias sed ut commendatas pau
peribus diviserunt. Bern. in epistola ad
Fulconem. Quod quod preter victum necessarium
ac simplicem vestitum de altari retines
tuum non est rapina est sacrilegium
est. Idem. Conceditur tibi ut sibi bene
deservis de altario vivas non autem
ut de altario luxurieris et ut de al
tario superbias et inde compares tibi
frena vel aurea vel argentea sellas
que depictas varia grisea que pellicea
caltaria de cancellaria denique plus cal
caria quam altaria splendent. Idem ad
Henricum. Clamant nudi famelici con
querentes et dicunt nobis fame et fri
gore morientibus quid conferunt
tot mutatoria vestium vel contexta
vestitus vel plicata in manticis vestrum
est quod expenditis nobis subtrahi
tur crudeliter quod vos expenditis inaniter.
Idem super Cant. Timeant clerici timeant
autem ministri ecclesiarum dei qui interius
sedeo quas possident tam iniqua
gerunt ut stipendiis que sufficere
debeant minime sint contenti sed

superflua quibus egenum foveri sustentandi impie sacrilege qz sibi retinent
et expendunt in usus sue superbie atque luxurie victum pauperum consumunt
non verentur duplici profecto iniquitate peccantes eo quod et aliena diripiunt
et sacris elemosinis in suis vanitatibus et turpitudinibus abutuntur
Idem in quadam epistola Honores et dignitates ecclesiasticas non ignoro deberi
hiis qui eas digne et secundum deum administrare et velint et possint Idem
in libro de contemptu mundi Ve ve tibi clerice ve mors in olla mors in al-
la carnium mors in deliciis est non modo quia secus introitum delectationis
posita est sed ob id maxime quia ipsa peccata sunt que comedis ac
si propria tibi minus sufficere videantur Salliatus ergo esto tamquam redditu-
rus racionem dignos precio generis fundere dignos quoque fructus penitentie agere
Idem in eodem O terribilis deus in consiliis super filios hominum Venient
ante tribunal christi et tunc audietur pauperum querela gravius accusatorum durat
quia quorum miserie stipendiis non debuerant peccata Idem in eodem Quando
poterit esse vestitus contentus qui hoc animo intravit ut stipendia cleri in
usus voluptatis congreget seu expendat Triplex ergo funiculus
qui difficile rumpitur misere trahit clericum in primis peccatorum quia
et impure intrat et indigne ministrat et ipso fructu abutitur quem
expectat Idem in eodem Ordinavit deus hiis qui evangelio serviunt non de
evangelio querere divicias vel ornatum sed tamen vivere ut ait apostolus paulus
ut videlicet sint contenti corporis alimen-

to non luxure gule incitamentu vel li-
bidinis incentiva et quibus tegantur non quibus ornentur accipe Idem in eodem
de altario uiquit apostolus vivat non superbiat non luxuriet denique non
ditetur non construat sibi tamquam plane dignam omnem ecclesiam sinagogam
... ditior fiat qui sibi de bonis ecclesie ampla palacia fabricet
et mutans quadrata rotundis et rotunda quadratis nec loculos
inde congreget nec in vanitate aut superfluitate dispergat non ex-
tollat de facultatibus ecclesie consanguineos aut nepotes aut neptes
nec filias ducat in Idem omnes que
sua sunt querunt non que ihesu christi ministri christi non sunt sed ser-
viunt antichristo honorati incedunt de bonis domini sui qui suo domino
honorem non deferunt nec impendunt. Unde ille queso que videos
cottidie meretricius nitor histrionicus habitus regius ap-
paratus in frenis et pectoribus. Unde queso est aurum et argentum in frenis
et sellis et calcaribus deaurata plus aut calcaria quam altaria ful-
gent Quorum nec salus curatur nec casus reputatur qui cum sint
de patrimonio crucifixi saturati dilatati impinguati et incrassati
non compatiuntur quidem super contri-
cione Yoseph Idem in sermone mat-
theo dicturus est deus in novissimo
die iudicii Illud quod acquisivi
sanguine proprio vos consumpsistis in ap-
paratu regio quod acquisivi sputis et flagellis vos consumpsistis in
iuriatis et scutellis quod acquisivi in corona spinea portando vos
consumpsistis plumaria mollia capitum

no
no

supportando quod acetum fel et
acetum potandi vos conspuistis vi
no et nectare inebriando quod ac
cusum manibus crucifixoris vos
consuperasti tu alios et tapillis Idem
Bern. passim et quere infra de eleemos.
Idem in li. de consideracione ad Eugenium
papam. Quare dabis michi de mediis prepositorum
qui non plus inquirerent subditorum
marsupia evacuandis quam eorum
vicia extirpandis ubi est qui ora
do flectat iram dei qui predicet
annum placabilem domino leniora loquuntur
sed graviora gravamus habent in
dicium

De beneficiis dei Aug. super illud
Aggei Gaudium est angelis
dei in celo et in terra providemus si
possumus et quere infra de Christi ira
et pietate Aug. super illud Luce Pe
tite et accipietis et non tantum hor
taretur ut peteremus nisi dare vel
let quod petimus et quere infra
de ira Christi et pietate Item plura
quere infra de creatura corporali Idem
dedit nobis deus esse et que infra
de homine et eius dignitate Greg.
in sermone de dignitate condicionis hu
mane. Beneficia a deo nobis collata
nec modum habere potuimus nec nume
re nec finem quippe cum nec sen
sus ad intelligendum sufficiat nec
lingua suppetat ad laudandum nec si to
tum tempus vite occupet omnes absque
quia laudes teneant gratiarum actionibus
insistant potest homo pensare quid
debeas deo rependere Idem in quodam
sermone in hoc omne nimium homi
lene est in comparacione donorum Nu
mera beneficia dei si potes et tunc
considera si ingratus et quere infra
de Christi ira et pietate Item plura
que infra de creatura corporali Item
infra de laude vera quid debeas deo re
pendere Idem in quodam sermone Damas
cenus in sermone de quinquagesima
in Christo Item liberalis est iste mag
nus et salus et naturaliter bonus
deus qui in collacione donorum suorum
plus gaudet ipse qui confert benefi
cia quam ille qui suscipit dona sa
lutis ab ipso Beda in sermone de
die iudicii Certum est hominem quod si bene
ficia dei nostri que nullis precedentibus
meritis nostris nobis a deo collata sunt
assidue cogitaremus aut nulla nobis
peccata dominarentur aut cito per penitenciam cor
rigerentur Idem Quis enim mente con
cipere non dicam ulterius exprimere potest
quanta sunt circa nos beneficia di
vina effecit enim nos cum non esse
mus redemit cum perissemus et in
super celorum nobis gaudia repromi
sit Ut hec plenius intelligamus atten
te pietatem et devote quere infra de
religione Bern. in sermone quorum
quod non emolliunt nos dei beneficia non
alliciunt promissa non corrigunt fla
gella non terrent supplicia eterna
Idem Quis cogitare sufficiat qua
liter deus dominus noster prevenerat nos
venit ad nos subvenerit nobis illa
singularis divina maiestas voluit enim
mori ut viveremus servire ut regna
remus exulare ut repatriaremus
denique ad opera vilissima inclinata
est ut nos constitueret super omnia
opera sua Seneca de beneficiis Si do
mus tibi donetur in qua resplendeat
aliquid marmoris non mediocre mu
nus vocabis et unde tibi iste quem
trahis spiritus unde tibi ista lux per quam
actus vite tue disponis et ordinas
nonne si gratus es dices Deus no
bis hec omnia dedit erit ergo michi
semper ille deus Idem plura ac ma

omnia beneficia refert deus in nos
sine spe recipiendi quia nec ipso
collato quoque eget nec nos ei quicquam
quod conferre possimus si vellemus
plura quere supra de christo vnica. Aristoteles
in viii° ethicorum. Duo sunt quorum bene
ficiis nullus potest sufficienter recom
pensare scilicet deus et pater

De beniuolencia et benignita
te. Ambrosius i de officiis. Beniuo
lencia est tamquam fons aque refici
ens sicienti tamquam lumen quod ceteris
aliis lucet nec illis desunt qui de
suo lumine aliis lumen accendunt. I
dem ibidem. Beniuolencia est quasi
mens quedam parens omnium que ami
ciciam copulat et connectit in omnibus
filiis fidelis in prosperis leta et in tris
tibus bene mesta. Idem ibidem. Tolle be
niuolenciam ex hominum vsu si erit tam
quam si solem tulleris ex hoc mundo quia
sine ea hominum vsus esse non potest.
Idem ibidem. Augetur beniuolencia cetu
communione fidei consorcio inicande so
cietate suscipiende gracie necitudine
iusticiorum communione sed inter disparis
mores et studia contraria beniuolencia
esse non potest. Tullius in fine ii° de
rethorica. Pietas est beniuolencia
in parentes. plura quere supra de ami
cicia. Item infra de pietate

De benignitate. Ieronimus super
epistola ad Gallatas dicit quod sto
ici diffinientes benignitatem dicunt
quod benignitas est virtus sponte ad
benefaciendum exposita. Idem ibidem.
Benignitas est virtus lenis blan
da tranquilla omnium bonorum apta con
formacio inuitans ad sui familia
ritatem dulcis alloquio et moribus
temperata

De bygamis. Ambrosius in libro de
officiis et Decretum di. xxvi. Vnica tantum.
Bygamum dicimus non solum qui post
baptismum coniugia frequentauit sed eciam
qui ante baptismum vnam et post bap
tismum alteram habuisse probantur. Idem
ibidem. Qui sine crimine vnius vxo
ris est vir non prohibetur ad legem sacer
docii suscipiendi. qui autem iterauit co
niugium culpam quidem non habet co
inquinacionis sed prerogatiua exuitur sa
cerdocii. Idem ibidem. In coniugio non
culpa sed lex. Et quere supra de bap
tismo. Augustinus super epistola ad titum et
Decretum di. xxvi. Acutius intelligunt
qui nec eum qui cathecuminus vel pa
ganus habuit vnam et post baptismum
alteram ordinandum censuerunt quia
de sacramento agitur non de peccato
propter sanctitatem sacramenti. sicut femina
si cathecumina viciata est non potest
post baptisma inter dei virgines con
secrari. Ita non absurde insinuatur
bygamum non peccasse sed normam
sacramenti amisisse non ad vite me
ritum sed ad ordinacionis signaculum
vnius enim vxoris vir ecclesie signi
ficat ex omnibus gentibus vnita
tem carne vni viro christo subditam
Nota quod iiii^or assignantur raciones quare	nota
bigamus non potest promoueri. Vna
propter defectum sacramenti quia non est
ibi sacramentum vnitatis cum carnem suam
diuiserit in plures ut supra dictum est
ex dictis Augustini. Secunda vero est propter
prerogatiuam ordinum ut supra dictum
est ex verbis Ambrosii. Tercia racio est prop
ter signum incontinencie ex eo quod commuta
tus sunt ad aliam ut apparet Decretum su
per xxxiv. di. Presumpsit ubi dicitur
quod tale ministerium sola continencia o
portet impleri. Quarta racio est
ex eo quod non habet bygamus fronte
alios exhortandi ad castitatem

vel viduitate unde dicit Ambrosius Quomodo potest hortator esse viduitatis ille qui coniugia frequentaverit xxxii. di. Una tantum Iohannes in epistola Cum senectute quere infra de castitate triplici

De blasphemia Gregorius in moralibus filii in cordibus suis deo maledixerunt cum bona in aperto gererent sed in occulto noxia moliuntur Idem ibidem Deo quippe maledicunt cum se et ab illo vires accepisse intelligunt sed tamen de eius muneribus propriam laudem querunt Augustinus de vera religione Blasphemia est est proprie quando de ipso deo falsa dicuntur et ideo peius est blasphemare quam peierare quia peierando falsis rebus testis adhibetur deus sed blasphemando de ipso deo falsa dicuntur Idem super Iohannem flagellatus est christus flagellis iudeorum sed non minus flagellatur blasphemiis falsorum christianorum Idem Non minus peccant qui blasphemant christum regnantem in celis quam qui crucifixerunt christum ambulantem in terris Ambrosius libro primo de interpellatione Iob Bonum est tacere dum compellatur qui maledicit Bonum est quando convicia refellere ne et nos inter blasphematores censeamur provocantes igitur huiusmodi peccatum sicut Iob qui silencio suo redarguebat conviciantes Iohannes super epistolam ad Tytum Neminem blasphemare non simpliciter accipitur nec cum ait Neminem hominem blasphemare sed absolute ait neminem scilicet non deum non angelum nec aliam dei creaturam omnia quippe que a deo facta sunt valde bona sunt et ideo maledici non debent Beda Quod olim ad literam faciebant iudei hoc faciunt hodie falsi christiani nam christus qui tunc cedebatur colaphis iudeorum nunc ceditur blasphemiis falsorum christianorum Crisostomus super Iohannem Glorificemus deum non per fidem solum sed etiam per vitam quia nequaquam aliter nos erit gloria sed blasphemia non enim ita blasphematur deus a gentili inquinato sicut a christiano Augustinus in xxx iiii. Non solum maledicit qui simoniam maledicendo contra deum profert sed etiam ille qui sub nomine christiano male agit turpiter vivit quia talis nomen dei coram aliis blasphemari facit Haymo super Cantica Blasphemia est quando vel contumeliam inferre in iniuriam creatoris Glossa super illud Ysaie xviii. Populum terribilem, dicit propter blasphemie comparationem levius est Glossa super psalmum lxxiii. Gravius peccat contemptor sedentis in celo maiestatis quam crucifixor ambulantis in terra paupertatis Bernhardus Fugienda est curiositas quere infra de verbis Rex Caveto ne quis pretium quere infra de precio Item plura quere infra de maledictione Item de contumelia

De bonitate et bono Gregorius in moralibus Hii veraciter boni sunt qui in bonitate persistere etiam inter malos possunt Idem Bonum quod agimus per intentionem bonam semper ad celestia elevemus Idem Quantum in bono proficimus tunc etiam bona de aliis sentiamus Idem illa bona sunt non deo accepta que ante eius oculos malorum opum admixtione maculantur Idem bona que hominibus innotescant sine periculo nequeunt esse possessa Idem in dyalogo Occulta

videntur bona sed non sunt bona quia
non bono animo fiunt Idem in re
gistro Bonum nemo sine dubio faci
tis si bona volentibus vos operem
fecitis Idem Cito bonum amittitur
nisi largiendo custoditur Quod autem
rectum et honestum est et causa
virtutis id solum arbitror esse
bonum Aug. in li. de natura boni
Omne bonum a deo est Omnis autem
natura bona est ergo omnis natura
a deo est Idem ibidem Omnia quan
to magis moderata speciosa et ordi
nata sunt tanto magis bona sunt
et hec tria ubi magna sunt magna
bona sunt ubi parva sunt parva
bona sunt ubi nulla nulla bona sunt
Idem Bone quippe nisi bona deus
Idem ibidem [illegible] quantum
bonum sit deus qui nulli bene est
qui ab ipso recedit Idem in libro de
libero arbitrio Bonum aliquod est
homo et melius eo quod precepti
domini capax est et adhuc melius quod
preceptum iam cepit virtutem adhuc
melius quod cum precepto paruit
et potius omnibus melius tamen et
ne sapientie lumine beatus erit Idem
ad inquisitiones Januarii li. 2o Quod
neque contra fidem neque contra bo
nos mores iniungitur indifferenter
est habendum et pro eorum inter quos
vivitur societate servandum est Idem
in li. de duabus animabus Cogni
tio summi mali sine cognitione sum
mi boni non potest homini contingere
Summum autem bonum id est quo superius
esse nichil potest bonum est deum vi
dere et nescio quid huic bono com
parari queat Idem in li. de bono co
niugali Habemus tum temporaliter ille
est melior qui bonum aliquod am
plius quam alius habet excellens at

est sive omnia bona vel media qui
magnum bonum cum magno malo
quia melius est sive zachei statu
ram cum sanctitate quam golie cum
febre Idem ad publicolam et habetur
indictio [?] xxiiii q. v. De occidendis
Absit ut ea que propter bonum et lici
tum et honestum facimus aut
habemus si quid preter hec preter nostram
voluntatem cuiquam mali acciderit
nobis imputetur alioquin nec ferra
menta domestica vel agrestia sunt
habenda ne quis eis vel se vel alterum
interimat nec arbor est plantanda
ne quis se suspendat in illis nec
fenestra facienda ne per hanc se se
quisque precipitet in abissum et quid
plura commemorem quod est in usu
hominum bono ac licito unde non pos
sit pernicies irrogari Idem de verbis
domini Potes aurum perdere etiam no
lens potes perdere domum potes
honores potes denique casu per
dere salutem etiam ipsam potes ipsam
animam perdere salutem etiam ipsam
potes animi bonum autem quo vere
bonus es nec invitus accipis nec
invitus amittis Idem in 2o libro
de libero arbitrio Virtutes quibus
vivitur magna bona sunt pote
rie vero animi sine quibus nec rec
te vivi non potest media bona
sunt et infima vel minima sunt
bona corporalia medijs et minimis
potest aliquis male uti magnis
vero non Leo pa. in sermone Gaude
bonitas et innocentia gaude peni
tus et constantia quia ubique secura
es et illesa Tu enim temptata pro
ficis Tu humilians erigis Tu pug
nas vincis si occideris coronaris Idem

Bonitatem hec proprium est ut inter nebulas fulgeat. Impietas autem et malicia etiam si in lumine fuit tenebrescit. Idem in 2o de compunctione cordis. Ignoras quantum bonum sit placere deo si enim scires tunc nichil aliud mercedis muneris computares nescis quia maior et maior debetur tibi merces quod non spe mercedis operaris sed tantum studio placendi deo tuo. Idem in li. de lapsis. Non est profecto securus et bonus. Ambros. de bonitate presbyteri in marcian x. Qui timent te videbunt me et letabuntur. Est enim naturaliter insitum et gratis adeo datum bonis hominibus ut virtutes et bonitates suas in aliis amene. Perfectioribus ergo hominibus aspectus boni viri leticia est plerisque vero correctionis admonitio improbis vero bonorum visorum tribulatione torquentur. Plura quere iterum. Bern. in epistola. Inter bonos bonum esse salutem habet inter malos autem bonum esse etiam laudem habet. Illud tante felicitatis est quante et difficultatis quale nempe est illud tangere picem et non inquinari abire in igne sine lesione vel periculo. Idem. Fac tamen consilio non tamen omnium aut quorumlibet sed tantum bonorum. Bonos ergo in consilio bonos in obsequio bonos etiam habeas contubernales qui vite tue et honestatis sint et custodes et testes. Idem in so dni preceptum et quere infra de consilio. Idem in epistola. Nunquam profecto bonus est qui non vult esse melior et ubi incipit nolle melior esse ibi desinit etiam bonus esse. Idem in vita virtutum et bonorum operum non progredi regredi est. Idem super Cant. Non mediocris profecto titulus est virtutis inter pravos vivere bonum et inter malignantes candore innocentie retinere et morum lenitate. Idem ad fratres de monte dei. Bonitas et virtus vult doceri non subtilitate questionum labore sed scitum amore. Idem in li. de amore dei. Bonus homo spiritu sapientie et bonitatis illustratus et dei gratia perfusus omnibus placet et ab omnibus commendatur. Ipsi etiam adversarii videntes eum honorant et timent et reverentur quia et si bonum non velit imitari nequiciam dissimulare tamen non potest naturam. Seneca in epistola. Nulla est sine deo mens bona. Idem. Magna pars bonitatis est velle fieri bonum. Idem. Nullius boni sine socio iocunda est possessio. Idem ad luc. epistola xi. Aliquis vir bonus eligendus est nobis ac ante oculos nostros habendus ut tamquam illo spectante vivamus et omnia tamquam illo vidente faciamus. Nisi enim ad regulam prava non corriges. Plura quere infra de societate bona. Item infra de parte bona. Item ad luc. in epistola lxxx. Est autem bonitas pessimus esse meliorem. Tull. in li. 3o de offic. Vir bonus et iustus nichil cuiquam quod in se transferret detrahat. Idem. Vir bonus non solet facere sed nec cogitare quod audere non audeat. Greg. in omelia dominica xx post penth. Boni enim soli nunquam sunt nisi in celo et mali soli nunquam sunt nisi in inferno. Hec autem vita que inter celum et infernum posita est sicut in medio subsistit utrasque partes communiter recipitur quos tamen sancta mater ecclesia nunc indistincte

sustapit et postmodum in egressio
ne distrexit Ergo boni estis qui
diu in hac vita subsistitis malos equa
nimiter tolleratis Nam quisquis malos
non tollerat etc. quere infra de discr.
Idem in mor. Incassum quippe a
gitur bonum si ante vite terminum de
seratur quia frustra velociter currit
qui prius quam ad metas veniat de
ficit Ysid. de summo bono Bonum non
incepisse sed perfecisse virtus est Ie
ronimus super epistula ad Gallat. Boni
tas est virtus ad benefaciendum ex
posita vel benignitas est virtus prope
fervet ipsam Idem contra vigilancium
Ex semel fecisse bonum est non potest
malum esse si frequenter fiat Dyon.
in li. de divinis nominibus Bonum est
diffusivum sui Idem Bonum in singulis
tamen perfecte inest perfecta facit et inte
gra et pura et optima minus vero
ipsum participancia sunt imperfecta Ambr.
li. 2o de offic. Popularis et amabilis
grata est bonitas nichil est quod tam
facile sensibus illabitur humanis I
dem in li. de virginibus Plerique venus
tiores esse nolunt ut boni videantur
sed nichil simulatum aut fictum vere
bonitatis certissimum est Idem de bo
no mortis Pande nobis illud bonum
in quo sunt omnia bona Idem in epistula
ad Hyreum si hoc unum et summum bo
num sicut pro comparabili ac delecta
bili anima gustavit incredibiliter
concupiscat Aug. ad Marcellinum de bap
tismo parvulorum li. i. Duo hec scilicet
bonum et malum et alia duo scilicet
usus bonus et usus malus sibi
met adiuncta iiiior diversitates faciunt bene
cum utitur bono continentia dedicatus
ydolo Item male utitur malo concupiscenciam
relaxans adulterio sed bene utitur ma
lo concupiscenciam restringens coniugio vel
matrimonio Plura quere infra de compa
tione bona Idem bonum quod habent
impii quere infra de gaudio Idem
in sermone de innocentibus Esto bonus
quia habes bona quere infra de divi
tiis Idem in li. de continencia Tanta
est omnipotentis bonitas dei ut etiam
de malis possit facere bona scilicet in
ignoscendo sive sanando sive ad utilita
tem coaptando sive in ipsis puniendo vindi
cando Idem li. vi de trinitate ca. xxvi
In rebus spiritualibus cum maiori mi
nor adheret sic creatura illa fit ma
ior quam prius erat sed non ille In hys
autem rebus que non mole magna
sunt maius esse idem est quod est me
lius esse Melior autem fit spiritus ali
cuius creature cum adheret quam si
non adhereat et ideo etiam maior
quia melior est Qui ergo adheret
deo unus est spiritus Idem in viiio
li. de trinitate ca. iiii Tolle hoc et il
lud bonum et vide si potes ipsum bonum
deum videbis non aliquo bono aliud
bonum sed ipsum bonum omnis
boni bonum Idem ibidem ca. x Cum
potueris bonus aliis omnibus detrac
tis vel circumspectis perspicere ipsum per se
bonum tunc perspicies deum Cum si
perfecte inheseris continuo beatificaberis
Pudeat ergo cum alia que sunt tibi
deum non amentur nisi quia ei inhe
rendum bonum ipsum unde bona sunt
omnia Hoc est enim bonum in quo vi
vimus et sumus et quo absente nec
esse possumus Tullius de paradoxis
Quod rectum et honestum et cum vir
tute est solum hoc opinor bonum esse
Idem potest nec bene esse cuiquam ma
lo Idem in li. de amicicia Boni dili
gunt bonos quasi propinquitate con
iunctos atque natura plura quere in

sup. de amicicia Item infra de inte
ncione Item sup. de amore eternum bo
ni Hermes qui et mercurius trimegis
tus in li. ad asclepium Si intelliges
inde eius deum o asclepi et cum bo
norum tota mente plenissime si tam
multa sunt bona et non potius unum
bonum in quo sunt omnia Aristoteles in
tercio Topicorum omnia quod bonum ap
petunt Idem in principio ethicorum Omnis
cognicio et proheresis bonum aliquod
optat Boecius li. 3o de con. phi.
Est mentibus hominum veri boni
naturaliter inserta cupiditas De bonis
operibus quere infra de opere de bona
intencione quere infra de i. De Boni
tate dei quere infra de deo De bo
na vita quere infra de vita et vita
De bona societate quere infra de socie
tate De bonitate doctrine quere in
fra de d. De bonis xpianis quere
infra de bono x

De breuitate et instabilitate
hominis vite Greg. in mor.
xi. li. sup. illud Job Et nunquam in eodem
statu permanet hoc ipsum vite tot
tidie a vita transire est qua dum in
fancia ad pueriaciam pueritia ad adolescen
ciam Adolescencia ad iuventutem iuven
tus ad senectutem senectus transit ad
mortem in cursu vite prius ipsis
suis augmentis ad detrimentum im
pellitur Idem carnales mentes id
circo presencia diligunt quia vita tem
poris quam fugitiua sit minime perpendunt
Nam si velocitate transitus eius as
picerent hanc etiam prosperante minime ad
amarent Idem in mor. li. xxii. sup.
Job xxxii Nescio quidem subsistam
et postmodum tollat me factor meus
quantumcumque enim longum fuit tempus
vite presentis eo ipso breue est quo per
manens non est nobis omne dignum est

ut diutinum iudicet quod quia fine tran
silitur Idem in xxvi. li. super
illud Job xxxiiii Subito morientur
et ipso cottidiano momento quo vi
uimus incessanter a vita transimus ita
ut viuendi nobis spacium unde crescere
creditur inde decrescat Plura quere
infra de morte Idem in xvi mor.
Breuiandum quod creauit et ordinauit
nos et quere infra de dispensacione
dei Idem in li. viiio Illi vitam pre
sentem quasi permanentem diligunt qui
quanta sit vite sequentis eternitas non
attendunt dum quia soliditatem perhenni
tatis non considerant exilium patriam
tenebras lucem cursum stacionem
putant Qui enim maiora nesciunt
indicare de minimis nequaquam possunt
Idem in registro Vita presens navi
ganti similis est Is namque qui
nauigat stet sedeat iaceat semper
ultimus vadit quia navis impulsu
ducitur ita et nos sumus quia siue
vigilantes siue dormientes siue
iacentes siue stantes siue ambulan
tes siue volentes siue nolentes
per momenta temporum cottidie ad finem
vite perducimur Idem in omelia Fron
tis hominis mundi ruina est ad hoc
enim floret ut cadat ad hoc blan
ditur ut decipiat ad hoc germinat
ut quodcumque germinaverit cladibus co
primatur Idem xvi mor. Quos inf
torum est tanto solercius presentem vi
tam quam sit fugitiua cogitare quan
to studiosius noverunt celestis
patrie bona perpendere eterna Idem
in ix mor. Ipso usu vite humane
cottidie veterascimus et ab interioribus
exterioribus bonis impulsu et
nisi nos visitans superna vel ad amo
rem eius compungendo vivificet vel
ad terrorem flagellando restauret

repentino lapsu mens mea funditus
tota destruitur que prius innovata
falsis consolacionibus videbatur
Aug. de civitate dei li. xiij Quid quid
hic vivitur de spacio vite minuitur minusque
restat ut omnino nichil aliud sit tem
pus huius vite nisi velox quidam
cursus ad mortem in quo nemo pau
lulum stare vel tardius ire permittitur
sed omnes pari gressu currere perur
gentur Idem in li. confess. Quo ma
gis homines crescunt ut sint eo ma
gis festinant ut non sint Idem in
nichil est diuturnum in quo aliquid e
extremum sed et omnia seculorum spacia
sunt finita et si eternitati com
parentur non tam exigua estimanda
sunt quam nulla Idem In nullis in
hoc tempore vivitur nisi ad acquirere
meritum quo in eternitate vivamus
Idem non est audacia sed dementia
vivere in eodem statu in quo quis mo
ri non audeat Idem in xi. confess. Quis
tenebit cor hominis in hac vita et
affliget illud ut paululum ex
stet et paululum recipiat splendorem
semper manentis eternitatis Idem in ser
mone de vita Vita quantos de
cepisti quantos excecasti que dum
fugis nichil es dum videris umbra
dum extolleris fumus es dulcis es
stultis amara sapientibus Igitur
timenda es fugienda es quia pericu
losa es corruptibilis es brevis es vera
non es sed falsa es Curre ergo cur
re sapiens fuge quia fugis sic est
homo in vita ista quam quis sit in do
mo aliena Idem in omelia super illud Unus
Omnes vitam habebunt amare quid
strepis o munde in munde quid queris
infra de mundo Idem super Johem xi.
Utinam tales erunt amatores vite
permanentis quales sunt amatores

vite fugientis laborat miser homo
ne moriatur moriturus et non labo
rat ne peccet victurus in eternum Idem
in libro de libero arbitrio Si prude
tes dicuntur qui modis omnibus agunt
ut differant mortem et ut vivant
paucos dies quam stulti sunt qui
sic vivunt ut perdant eternos dies et
annos Ambros. in li. de patriarchis Cur
vitam istam tanto opere desideramus
in qua quanto diucius quis fuerit
maiori oneratur peccatorum sarcina Unde
Job ait Dies mei pauci et mali Non
quod mali sint dies ipsi sed quia nobis
accessu dierum cottidie malicie et im
pericie cumulantur Idem in li. de bono
mortis Desinat hoc seculum multis
generationibus tamquam undis quantis et
tamquam tempestatibus turbatura miseri
arum Idem in sermone hoc tantis ma
lis hec vita repleta est ut in eius
comparatione mors remedium reputetur
esse non pena et ideo brevem fecit
eam deus ut quia prosperitatis molestie
finiri non poterant compendio temporis
finirentur Idem in libro de fide re
surrectionis Quid cum nobis mi
serius qui tamquam spoliati et nu
di proiecti in hanc vitam corpore
fragiles animo imbecilles ambo ad
sollicitudines desides ad labores
et proni ad voluptates plura que
infra de mundo Idem ad nepotianum
Cottidie morimur cottidie commuta
mur et tamen nos eternos esse cre
dimus hoc ipsum quod dicto quod scribo
quod dico quod emendo quod bibo
quod relego facio de vita mea sub
trahitur quot puncta quot sunt
quot meorum dampna sunt temporum
Idem super epistolam ad gallatas Brevis
est istius vite curriculum et hoc ip

sum quod loquor quod dicto quod
scribo quod relego quod emendo
de tempore meo michi decrescit et finitur
Idem Omne tempus quod in vir-
tutibus non impendimus perit
et quasi pro nichilo reputatur sed hoc
solum habemus lucri quod in Christi no-
mine et amore consumimus Idem ad
Heliodorum in epitaphio Nepotiani
Xerxes ille rex potentissimus et que-
re infra de morte Idem ad Cyprianum
Illud egregie dictum est nullum
esse tam senem etiam si decrepi-
te senectutis constat ut non se
adhuc uno plus anno se vivere
suspicetur Idem ad Cyprianum pres-
biterum Nichil ita decipit homines
quam dum ignorans spa-
cia vite sue longiore huius secu-
li possessionem sibi promittunt unde
et illud egregie dictum est Bernhardus in
sermone Homo natus de muliere
et ideo cum reatu brevi vivens
tempore et ideo repletur multis mi-
seriis et ideo cum fletu et vere
multis quia simul corporis et anime
Idem in epistola Tu quod in brevi in
mundo non habitamus cum interi-
eris non sumes omnia que tecum
descendet gloria tua sed et breves
dies hominis sunt et tempus mo-
dicum et amor eius incertum est
Idem Cogita unde venis et eru-
bescas ubi sis et ingemiscas Natu-
ra tua cum tua est in unda laborio-
sa sed mors periculosa Idem in hac
vita quidem durat parum tibi vita
illam que semper durat et dum vivis
meditare morere mundo et post mortem
vivas in aspias vivere deo Idem dum
hic vivis illi vivas qui ut semper

vivens semel mortuus es est
vive illi cum si non vixeris mo-
riens Idem in sermone Quid in vita
humana certius morte et quid ho-
ra mortis incertius Honores cum no-
minentur et quere infra de morte
Idem non debet contristari in hiis que
agit qui nescit quomodo hic venit
vel quando hinc recedit Beda in omni
toto hominis vite tempore pro eter-
ne vite perceptione nitatur laborare
debemus Remigius super epistolam ad Phi-
lemonem Omne tempus nostre vite
comparatione eternitatis aut nichil est
aut hora brevissima Thomas a
ptus in legenda sua vita nostra in
qua nati sumus misera est et ca-
sibus subiacens et tam fugitiva
ut cum teneri putatur labefacta
diffugiat tollit cum eam tempo-
ribus cassus et ita fugit ut vix
teneri non possit Seneca in epistola
Nemo qui bene vivat sed quam diu
vivat cum omnibus possit conti-
gere ut bene vivant sed ut diu pla-
cere infra de mundo Idem libro 4to
de naturalibus questionibus Effugit tempus
et avidissimos sui deserit preci-
endo et magis est modicum suum
se eleganter Iulius Canius dicenti
hoc inquit annos habeo hos inquit
hos dies quos non habes Ovidius
libro 3o de arte Nec que preterijt iterum
revocabitur etas nec que preterijt
hora redire potest preterunt anni
more fluentis aque Idem in libro fa-
stis titulo labitur occulte fallitque vo-
lubilis etas Et celer admissis la-
bitur annus equis Ex parabolis
sapientum homo vite iocundatus
est non datus lex cui vitis est
que iubet et nasci et mori Itaque

male vivunt qui se semper victuros
sperant Plura que infra de mundo
Seneca ad lucill epistola lxxiij Nemo
nostrum idem est qui fuit pridie quid
quod videtis currit cum tempore nichil
quod cernitur stabile vel solidum est
et tamen nos ea cupimus tamquam aut
semper futura sint aut semper ea nos
habituri simus Bern Dormi Bernardo
carthusiensi que supra de afflictionibus
et flagellis Augustinus in quadam exhor
tatione ut non solum lingua sed et
moribus et opere laudetur deus Ergo
fratres non tantum ad sonum attendite
cum laudatis deum sed toti cantate
laudate et collaudate cantet vox
cantet vita cantet facta et si est
adhuc gemitus et tribulatio sugge
te tamen omnia transitoria spate die
illum victuro et venturo quo sine
defectu laudabimus sine fine vivemus
Ysid. Cum vite future et quere B
de adversitatibus Bern si sapis si
habes cor quere infra de contemp
tu mundi Ezay Cencta si placet de
unus annos et quere infra de con
temptu de mundi

De cantu ecclesiastico Gregorius in
viij moral in illa eterna
patria dum in choro mens
in contemplatione rapitur etiam lingua
in laudis cantico elevatur Idem super
Ezech vox psalmodie cum intente
tione cordis agitur per hanc omnipo
tenti deo iter ad cor paratur ut in
tente menti vel prophetie misteria vel
compunctionis gratiam infundat Idem
ad quedam epistolam componente gra
maticam in uno ore cum Iovis lau
dibus Christi se laudibus non capi
unt Idem in Registro Recte mentis
est deum non solum in prosperis sed
etiam in adversitatibus collaudare Idem
studeam ut ad aures dei veniam per
tibus et cantibus impetremus vi
gilancius studendum est ut voces bo
nis actibus adiuvent Idem et ha
betur xcij di ca. 1o Sicut qui deum
vocibus sequuntur sed moribus fugiunt
et cum blanda vox queritur bona
vita deserit dum cantor delectat
populum vocibus deum moribus stimulat
i. tamen se ex asperat Augustinus in lib. 9
confess Cum vel accidit ut me am
plius cantus quam res que cantatur
moveat penaliter me peccare confi
teor et tunc mallem non audire ca
tante Idem in lib. de decem cordis Can
tilenis delectati vanis canti
cis nulli rei profuturis ad tempus
dulcibus sed imposterum amaris talibus
turpitudinibus cantionum aures humanas
illecti enervantur et decidunt a virtu
te defluentes in turpitudine et per
turpias postea sentiunt dolores et cum
amaritudine surgunt quod cum
delectatione biberunt Idem in lib. soli
loquiorum Nichil magis sencio quam mag
ceparte virtutis deiciat animum virilis
sicut cantus et blandimenta dulcia
feminarum Idem in lib. de rectitudine
catholice conversationis Sicut vox
sine modulatione quod vox est pecoris
sic cantus et oracio sine devotione
est quasi mugitus bovum Idem super
illud psalmi Benedicam dominum in omni
tempore Semper laudandus est deus
donum sine blandiatur in prosperis sive
castiget in adversis Idem Cum incipit
hec tace in futuro mutus erit Idem
in anima Si non vales deum laudare
vocibus et cantibus lauda bonis
operibus assiduis orationibus et piis
cogitationibus Idem in xo lib. confessionum
Quantum flevi in ymnis et canticis suaviter sonantis ecclesie
suis sancte religiosius et arde
tius pennas movent animos nostros
inflammant pietatis et devotionis

tum ibi cantat qui si omnino non can
tarent quorum nescio qua occulta fa
miliaritate cum homine concitantur. Tu
autem nichil accedit et sicut. Augustinus Idem
in enchiridion Misericordiam et iudicium canta
bo tibi domine quia nisi per indebitam misericordiam
nemo liberatur et nisi per debitum iu
dicium nemo condempnatur. Idem libro ix
confessionum Cum iustina valentiniani re
gis et pueri mater hominem tuum Am
brosium persequeretur heresis sue causa
conturbat plebs in ecclesia mori parata cum
episcopo suo tunc ympni et psalmi ut
canerentur secundum morem orientalium par
tium ne populus tedio contabesceret insti
tutum est et ex illis diebus usque in
hodiernum diem retentum est multis
ac pene cunctis gregibus tuis domine
Ignatius anthiochie ecclesie tercius post
petrum apostolum episcopus qui et cum ipsis
degebat apostolis vidit per visionem quo
modo per antiphonas sancte trinitatis
ympnos angeli concinabant. Iste
quoque modum visionis anthiochene tra
didisse probatur ecclesie et exhoc ad
cunctas transiuit ecclesias Ambrosius libro primo
de officiis Vox ipsa non remissa non
fracta vel femineum sonans qualem
multi gravitatis specie simulare consue
verunt sed formam quandam et regu
lam ac sucum virilem reservans Idem
super beati immaculati Media nocte
ait propheta surgebam ad confitendum
nomini tuo super iudicia iustificationis
tue et tu surge vel media nocte ad
cantandum laudes dei si non potes
tota nocte in laudibus dei vigilare
Idem Pernoctabat in oratione dominus
Ihesus non indigens precationis au
xilio sed nobis statuens imitationis
exemplum Idem In noctibus since
rius cogitamus Idem in libro de of
ficiis Cum aves cum tubicinum
quodam pacto die lete ululare ethe

re consueuerint et velud sollempnes
surgente vel occidente die cantus in
staurant ut per nocturni temporis ac
diurni laudes suo referant crea
tori quod nobis incentivum devo
tionis est Quis enim sensum ho
minis gerens non erubescat sine
psalmorum celebritate diem clau
dere vel inchoare cum et aves mini
tissime sollempni devotione et dulci
carmine dierum ac noctium ortus et oc
casus singulariter prosequantur Glossa de
prologo psalterii Ympnus est laus
dei cum cantico Canticum est exul
tatio mentis habita de eternis in vo
cem prorumpens Ut igitur habeas
ympnum oportet ut habeas laudem
et canticum Crisostomus in sermone facto in
theatro Non solum vides res in
famias sed audis spurcaloquia et
corporis meretricis incessu et habitu mol
libus et auditu et cantu dyabolico
leduntur aures tue et undique pon
situr mens tua Iohannes de regu
la monachorum Monachi servantes
regulam apostolicam a glorificatione dei
laudes incipiunt in glorificatione
terminantes Idem ad rusticum mona
chum Nunquam de manu tua liber
psalterii discedat sic oratio sine
intermissione vigil sensus nec va
gis cogitationibus patens Idem
et habetur de con. di. v. Melior est
quinque psalmorum decantatio cum cor
dis puritate et sinceritate ac spiritu
ali hylaritate quam totius psalterii
modulatio cum cordis anxietate
atque tristicia Idem ad rusticum mo
nachum Dicas et psallas psalmum
in ordine tuo in quo non dulcedo
vocis sed mentis affectus et devo
tio queritur cordis dicente apostolo
psallam spiritu psallam et mente
Idem in epistola Cum psalmum dicis

C
2

tionis verbum loquentis agnoscere et
in compunctione magis cum quam
in tinnule vocis dulcedine delecta
re lacrimas psallentis deus ma
gis respicit quam vocis melodiam.
Idem iudeorum di. 2a legitur episcopus at
tis presbiteri qui filios suos etc. Idem
super epistola ad Ephesios et habetur in decreto
xcii di. Cantantes et psallentes
in cordibus vestris domino. Audiat
hoc dicit. Audiant hec adolescentu
li audiant hii quibus in ecclesia psal
lendi est officium deo non voce sed
corde cantandum nec in tragediarum
modum guttur et fauces medica
mine liniri ut in ecclesia theatrales
moduli audiantur et cantica sed in
timore in scientia et opere et scientia scripturarum
etc. Idem contra Iovinianum de c.
di. viii. Non mediocriter errat
qui magno bono preferet mediocre
bonum. Nomine vocabulorum dignita
tem amittit homo qui vel ieiunium
caritati aut vigilias preferet sen
sus integritati ut propter inusitatam
immoderatam atque indiscretam vel
psalmorum vel officiorum decantationem
aut amentie aut tristicie notam
incurrit. Nunquid verborum multitudi
ne flecti deus ut homo potest. Non
enim verbis tamen sed corde magis oran
dus est et laudandus deus qui propterea
melior est quam psalmorum etc. sicut
b. Idem prologo Iosue nos ad pa
triam festinantes mortiferos syre
narum cantus surda debemus aure
pertransire. Idem sic cantet servus Christi
ut non vox canentis sed verba pla
ceant que leguntur et cantantur. Ysid. li.
in Ethi. ca. xi. et habetur in decre
to di. xxi. clericos et j. lectores ale
gendo psalmiste a psalmis canen
dis sunt vocati. Ille enim predicat

-l. legunt populis quod serviant ipsi
isti canunt ut excitent populum et ani
mos audientium ad compunctionem
licet quidam lectores et cantores
tam in secularibus prominerent et canerent
ut quosdam ad luctum lamentationis
compellant. Idem etiam pronun
ciatores vocantur eo quod porro an
nunciant tanta et tam clara erit eorum
vox ut longe positorum aures ad im
pleant. Idem dicit. Cantor autem vo
catus est qui vocem modulatur
in cantu huius modi duo genera di
cuntur in arte musica sicut ea doctissimi
homines latine dicere poterant
precentor et succentor. Precentor scilicet
qui vocem premittit in cantu. Succen
tor qui subsequenter canendo respondet.
Concentor autem dicitur qui consonat
qui autem non consonat nec conci
nit nec concentor erit. Idem in li. 3
de summo bono. Bonum est corde semper
orare. Bonum etiam est et sono vo
cis deum spiritualibus ympnis glori
ficare. Nichil est autem sola voce ca
nere sine cordis intentione sed sicut
ait apostolus cantantes in cordibus
vestris domino hoc est non solum
voce sed corde psallentes et iterum
psallam spiritu psallam et mente. Idem
Sicut orationibus erigimur ita psal
morum studiis delectamur. Psallendi enim
utilitates tristia corda con
solatur et gratiores mentes facit fasti
diosos oblectat inertes exsuscitat
peccatores ad lamenta invitat. Bernardus
in epistola. Nichil superius cunctis ma
gis spectare libet vel summo regi ex
hibetur qui dum mani
bus pectora gemitibus pavimenta tu
duntur et pro forensibus causis can
tus spiritualibus sacra tecta resultant

Idem. Nichil interius tam proprie
reputat celestis habitacionis statum
sicut alacritas laudancium deum.
Idem. Si nox est in foro in choro
dies autem in foro et labia in psal
mo tunc pessime diuidit homo
quia folia dat deo fructum ipsum dyabolo.
Idem super Cant. Vel aliud dum
psallitis cogitetis nec solas dico
vitandas cogitaciones vanas et o
ciosas sed et ille vitande sunt illa
dumtaxat hora et illo in loco quas
officiales fratres pro communi necessitate
quasi frequenter admittere compelluntur
sed nec illa quidem recipere tunc
est que forte paulo ante in codici
bus legeratis. Idem ibidem. Moneo
vos dilectissimi pure et strenue
deum ut sicut reuerenter ita et ala
criter deo domino assistatis non
pigri non sompnolenti non oscitan
tes non parcentes vocibus non sibi
quodam balba de naso sonantes sed
virili ut dignum est sonitu et affectu
voces et cantus sancti depromentes. I
dem. Doleo aliquos vestrum in sacris vigi
liis et festiuitatibus grauiori
sompno nec celi principes reueri sed
in conspectu angelorum presencia quasi mor
tuos apparere cum tamen ipsi vestra alacri
tate permoti vestris interesse sollempniis
delectentur. Non licet dubitare ubi domi
ni corporis et sanguinis misteria sacra
geruntur supernorum ciuium adesse conuen
tus. Glossa super illud ysaie 23 Bene ca
ne dicitur hec esse musice natura quod
si letum inuenit leciorem facit si tris
tem tristiorem reddit. Glossa super illud
1 Cor xi propter angelos. Angelica presen
cia nobis adesse credendi sunt maxime
cum diuinis officiis mancipamur id est cum
ecclesiam ingressi vel laudibus sacris

iure accommodamus vel psalmodie
operam damus vel oracioni insistimus
vel missarum sollempnia celebramus.
Non enim dubitare licet ubi diuina cor
poris et sanguinis misteria geruntur
supernorum ciuium adesse conuentus. Glossa
super illud ps. Ascendit deus in iubila
cione. Iubilus est ineffabile gaudium
quod nec exprimi valeat nec taceri potest
et hoc etiam reputat in cantibus sollemp
nitatibus circa easdem voces varias
formas melodias sicut in natali domini
cantatur Tanquam sponsus quia non va
lens exprimere mentis aut cordis hyla
ritatem. Ex concilio tholetano. Psalmis
ta id est cantor potest absque sciencia episcopi
sola iussione presbiteri officium suscipere
cantandi dicente sibi presbitero Vide
ut ore cantas corde credas et quod
corde credis operibus comprobes. Item
ex synodo septima di. xxxiiii. Omnes
psallentes respondentes deo in iusti
ficacionibus tuis meditabor et non
obliuiscar sermones tuos. Item ex con
cilio Agathensi. Dyacones subdyacones
et deinceps di. xxxiiii. quere supra
de clericis

De cathecuminis. Bern. in libro de con
sideracione ad Eugenium papam
Ubi simile vel ab ore et ab aure
relegandum est procedere eum ad cathecu
menos nouerit sed fidelis mores

De cardinalibus virtutibus in tal
Greg. in mor. Prudencia tem
perancia fortitudo atque iusticia tanto
perfecte sunt singule quanto inuicem sibi
iuncte. Idem super Ezech. Unumquodque tamen
prudens est quantum temperatus fortis
et iustus tantum temperans quantum pru
dens fortis et iustus tantum fortis
quantum prudens temperans et iustus tan
tum iustus quantum iustus temperans fortis
et prudens plura que iusticia deuitabe

vi timus ubinam loquatur agnoscere
et incomparabiliter magis anima continetur
intelligibile veritatis dulcedine delectatur
Aug. de civitate. Illud quod ait plato
iusticia est in subveniendis miseris
quod prudencia in precavendis insidi-
is quod fortitudo in perferendis molestiis
quod temperancia in cohercendis delec-
tacionibus pravis non ibi erit ubi
omnino nichil mali erit. Idem in epistola
Iulian. Vita virtus est diligere quod
diligendum est id solum diligere pru-
dencia nullis inde molestiis averti
fortitudo est nullis illecebris averti
temperancia est nulla superbia iusticia
est. Idem de moribus ecclesie. Nichil aliud
virtute affirmaverim nisi summum
amorem dei unde temperancia est amor
integrum se prebens ei quod amatur
fortitudo est amor omnia facile tol-
lerans propter illud quod amatur iusticia
est amor soli amato serviens et
propterea recte dominans et bene imperans
ceteris que homini sunt subiecta. Pruden-
cia est amor bene discernens ea quibus
adiuvetur ab hiis quibus impeditur
et ea sagaciter eligens unde michi vi-
detur quod diffinicio brevis et vera vir-
tutis est ordo amoris. Idem in libro xix
de civitate ca. xix. In mortalis est
omnis iusticia nec in illa beatitudine de-
sinet esse sed talis ac tanta erit ut
perfectior et maior esse non possit for-
tassis et alie tres virtutes valeret
prudencia sine aliquo iam errore
periculo fortitudo sine molestia tolle-
randorum malorum temperancia sine repug-
nancia libidinum erunt in illa felicita-
te ut prudencie sit nullum bonum deo
preponere vel equare fortitudinis sit deo
firmissime coherere temperancie nullo
defectu noxie delectari nunc autem
quod agit iusticia in subveniendo mi-
seris quod prudencia etc. vide supra
Aug. de civitate. Idem libro primo de libe-
ro arbitrio c. xxvii. Prudencia est ap-
petendarum et vitandarum rerum sciencia.
Fortitudo est anime affectio qua omnia in-
commoda dampna rerum non in nostra potesta-
te constitutarum contempnimus. Temperan-
cia est affectio coherens et cohibens ap-
petitum ab hiis rebus que turpiter appe-
tuntur. Iusticia est virtus qua sua cui-
que tribuuntur. Plura que infra de virtu-
tibus. Ieronimus in epistola. Vis scire quales
querit dominus ornatus? habeto iusticiam
temperanciam prudenciam fortitudinem. Inclu-
sis ornamentis precinctus undique hac ge-
minarum varietate distinctus. Idem super
Naum. Quamdiu in hoc quibus pugna-
mus et regimur sunt quasi scuta virtu-
tum scilicet prudencia iusticia temperancia
et fortitudo sic econverso inimica sunt
stulticia, iniquitas, luxuria, formido
quibus ab hoste protegimur. Ysidorus li. ethi.
Prudencia est virtus qua a bonis ma-
la distinguntur. Fortitudo est qua equani-
miter tollerantur. Temperancia est qua
libido et rerum concupiscencia refrenatur. Ius-
ticia vero est qua recte iudicando sua
cuique distribuuntur. Bern. in li. de consyde-
racione ad eugenium papam. Iusticia
querit prudencia invenit fortitudo
vendicat temperancia possidet. Plura
quere infra de virtutibus. Macrobius
super sompnium cypionis. Plotinus philosophus
inter professores philosophie princeps cum pla-
tone in libro de virtutibus gra-
dus virtutum digerit et distinguit
ita dicens. Quatuor sunt genera vir-
tutum. Prime politice, secunde purgatorie,
tercie sunt animi iam purgati. Quarte
vero dicuntur exemplares. Et sunt po-
litice quia homo animal sociale animal
est homo secundum quas homo operatur virtu-
tes et secundum quas homo politicum animal

genitalia sicut illud digestus cibus
ructusque conuulsus Idem ad pammo
chium Uetus hostis antiquus magis
contemnere quam et mori esse certamen
facile enim alienatus est contra uictus habent
intestinum non bellum periculosius est
Idem Quid pulchrius anima casta que
dei filia nuncupatur et nullos extrinse
cus querit amplexus unde ps Audi
filia et uide etc. Idem Ingressus inne
rum fomenta libidinum et impudice
mentis indicia sunt Idem Speculum
mentis est facies et tacite oculi cor
dis archana fatentur Idem ad eustochium
Pudicicia aliter tuta esse non potest
nisi per abstinenciam Idem super illud amos
iiiº Audite uacce pingues Nullus
securus sum ipsam martirem dum tutus
est qui periculo proximus est Idem in iiº
libro contra Iouinianum Multa plurimum
reliquerunt frequenciam orbium ubi uul
te sunt oculorum amicus quam illecebre ne

plurimum et humidam nactam vero animi
fortitudo mollescit et mundi huius
impudicicia animus stupescit unde
et pitagorici frequenciam huius mundi
declinantes in desertis habitabant Idem
ibidem Platonici et stoici in templorum
porticibus versabantur ut honestiorum
habitaculi sanctitate commoti nichil aliud quam
de virtutibus cogitarent Sed et ipse Pla
to cum dives esset tamen ut posset
philosophie vacare villam achademiam ele
git procul ab urbe non solum deser
tam sed et pestilentem ut assiduitate
morborum libidinis impetus frangerentur
Idem in eodem Cheremon stoicus vir elo
quentissimus narrat de vita sacer
dotum antiquorum egipti qui omnibus
curis postpositis mundi huius semper
in templo fuerint et rerum naturas ac
raciones syderum contemplati sunt num
quam mulieribus miscuerunt numquam
cognatos et propinquos viderunt carni
bus et a vino semper abstinuerunt
propter tenuitatem sensus et maxime
propter appetitum libidinis refrenandum
et cubile de foliis palmarum habent
Idem in eodem Legimus quosdam pla
tonis discipulos sibi met oculos ef
fodisse ne per in spectum acuitate in placacione
philosophie revocarent Idem in epistola ad
Paulinum ama scientiam scripturarum et car
nis vicia non amabis Idem ad Ne
pocianum Solus cum sola secreto et
absque arbitro vel teste non sedeas
Idem eidem Caveto omnes suspicio
nes et quidquid contra te probabiliter fin
gi potest ne fingatur ante devita Idem
Crebra munuscula et sudariola et fas
ciolas et degustatos cibos dulces quoque
et blandas litterulas castus amor
non habet Idem ad oceanum devita
clericorum prima temptamenta clericorum
feminarum frequentes accessus quere
infra declinas Idem ad eundem E
go iudico si cum viris habitent femine
non deesse insidias dyaboli Certa
post temptacionem passionis antipho
thie prohibetur a paulo preter purgare
Idem in 2° libro contra Jovinianum Frus
tra quidam sibi blandiuntur salva fide
et pudicicia mentis se abuti posse
voluptatibus corporis cum contra
naturam sit corpus voluptatibus
perfrui sine voluptate mentis Idem
Libidinosa mens ardencius in ho
nesta prosequitur et quod non licet dul
cius suspicatur Crisostomus super Matheum De
virtutes vero sunt spirituales et ange
lice precipue tamen castitas vero est ange
lica per quam eciam solam purgantem
homines angelis comparantur et vin
cit naturam virtutibus Idem Illa est
gloriosa continencia non quam transgredi
non potest necessitas vel corporis debi
litas sed quam complectitur voluntas
sancti propositi Idem in sermone Sanctas
in theatro non solum vides res in
faustas sed audis spurciloquia et que
sunt de auribus et auditu Idem in
bro casto qualiscumque uxor bona videtur
Idem in libro de reparacione lapsi Illa
gehenne igne hiis que nunc te ex
agitant flammis libidinis oppone
Est enim hec mirabile medicamenti
genus ut ignis ignibus extinguatur
Idem in eodem Centum si placet de
mus annos deliciis carnis addas
et decies centum que erit collatio orbis
ad eternitatem comparacio vel compensa
cio Nam omne tempus huius vite
quasi noctis unius sompnium ad eternita
tis comparacionem videtur Esto ergo ali
quis ita demens qui ad hoc ut una
nocte videat sompnium delectabile

nota

castitatis eligat subire penas. Idem in eodem. Corporis decorem subactum quere supra de amore mulierum fugiendo. Idem in sermone. Prima cessit pugna carnis adversus animam et anime adversus carnem nec ultra insurgit ancilla in dominam nec sua superbit in liberam sed universa hec prelia ieiuniorum presidia conquiescunt. Ysidorus de summo bono libro 2° capitulo [illegible]. Amanda est pulcritudo castitatis cuius delectatio degustata dulcior invenitur quam carnis castitas est enim fructus suavitatis inviolata pulcritudo sanctorum castitas est securitas serenitas corporis sanitas mentis quia valet mundum esse corpore eum qui pollutus est mente. Idem. Angelus est uxorem ducere quam per libidinis ardorem perire unde Paulus melius est nubere quam uri. Idem in eodem capitulo 39. Quidam in iuventute luxuriose viventes in senectute continentes fieri volunt et tunc eligunt servire castitati quando libido eos suos habere contempsit. Idem. Nequaquam in senectute continentes vocandi sunt qui in iuventute luxuriose vixerunt tales enim non habent remunerationis premium quia laboris certamen non habuerunt illos autem expectat gloria quibus fuit certamina laboriosa. Idem. Quidam continentes sicut pane cum pondere comedunt sic etiam aquam cum mensura bibunt asserentes ad castimoniam carnis etiam aque abstinentiam querere. Idem. Libidinis ignes ciborum fomentis nutriuntur corpus autem quod abstinentia frangit temptatio non corrumpit unde et tres pueros abstinentes flamma babilonii incendii si tetigit non combussit. Idem in libro ethimologiarum. Continens non solum in castitate dicitur sed etiam in cibo et potu in ira quoque et in provocatione mentis et libidine detrahendi nam continens eo quod in multis se contineat vel abstineat appellatur. Bernardus super Cantica. Quid castitate decorius que mundum de immundo conceptum semine de hoste domesticum de homine facit angelum. Idem ibidem. Differunt quidem inter se homo pudicus et angelus sed felicitate non virtute. Nam et si castitas illius id est angeli felicior sit huius tamen id est hominis fortior est. Idem. Sola est castitas quo in hoc mortalitatis tempore statum quedam immortalitatis glorie representat. Idem in sermone. Continendum est in veritate quidam enim continent pro necessitate aut loci aut temporis aut persone aut ministrorum opportunitate quidam autem continent pro voluntate scilicet propter favorem hominum vel aliquod temporale quodam quidam vero continent in veritate soli deo placere cupientes. Cyprianus in libro de XII abusionibus. Pudicitia ornamentum nobilium est exaltatio humilium nobilitas ignobilium pulcritudo debilium prosperitas laborantium solamen merentium augmentum omnis pulcritudinis decus religionis defensio criminum multiplicatio meritorum dei filia [?] et amica plura quere infra de pudicitia. Pudicitia maxime mulieres ornat ff. in autentica quomodo oporteat episcopos § l. Si enim nichil est furore amoris vehementius quam rectitudinem perfecte philosophie est ff. quibus naturales efficiuntur legitimi § sed nichil. De castitate et caritate quere supra de caritate et continentia de castitate et abstinentia quere supra de abstinentia item infra de ieiunio.

De castitate et humilitate. Bernardus in moribus. Hic mente vere est pudicitia cingi ut tu sobrietate debeat in humilitate sustineri. Idem. Per

humilitatis custodiam servanda est
munditia castitatis si enim prec sub
dos spiritus premitur tunc illicite carnis
superbia non levatur Idem omelia
vij super .. Et cum virtus est humilitas
custos virtutis restat ergo ut omne
quod facit se sic mens deprimat ne quod
sibi congregat ventus elationis tol
lat tum ergo bona fecit agitis sunt
ad memoriam mala acta revocate ut
tum cave culpa conspicitur nunquam
de bono ope in caute animus letetur
que plus illud Aug. libro de virginitate
Sapientes virgines dicit ne lampa
des earum extinguantur et quamvis non
nisi alia sapientes sed humilibus conve
nientes Idem Ama pretiosa continentia
et maxime virginitas magnum bonum
est in sanctis dei ideo vigilantissime caven
dum est ne per superbiam corrumpatur Ide
Facilius sequuntur agnum et si non quoque
lent tamen certe quoque possunt humi
les coniugate quam virgines superbe Ide
Neque putare debet castus humilitate
sed cohibere putatio enim humilitatis ma
ior superbia est Idem super Johannem me
liorem esse virginalem castitatem quam
pudicitiam coniugalem quis dubitet et
si tu teneris superbiam et tua mater
humilitatem melior erit mater quam filia
Idem non dubito mulierem humilem pre
ferri virgini superbe Idem quoniam
in humana miseria quere infra de decep
tione Ambrosius super Lucam Decet ut
quanto castior est virgo tanto carior
sit humilior novit enim deferre senio
ribus si integra sit humilitas integra est
professio castitatis Bernardus super Missus
est Pulchra commixtio virginitatis
et humilitatis nec mediocriter deo placet
illa anima in qua humilitas commendat vir
ginitatem et virginitas exornat humili
tatem Idem Potes quidem sine virginitate

salvari non potes autem sine humili
tate Potest quidem deo placere humilitas
que virginitatem deplorat amissam
et sine humilitate audeo dicere nec ma uo
rie virginitas placuisset Idem super
Cant. Continentia non habet meritum
apud deum que gloriam querit humanam
Ideo quod maxime opus est intentionis
puritate qua soli deo mens nostra et
appetat placere et valeat inherere Plura
quere infra de virginitate et humilitate
De castitate virginali quere infra de
virginibus et virginitate De casti
tate viduali quere inferius de viduis
De castitate coniugali quere infra de
coniugio et coniugatis Item de matrimo
nio

De casu hominis in peccatum Greg.
in xj moralium Mens humana
mortalitatis sue pondere nisi insta
ti suo arta disciplina custodia tene
atur mox ad deteriora dilabitur et tu
ad meliora nititur quasi contra fulmen
vel fluminis ictum conatur sed sine la
bore ad yma revolvitur Idem in xx li. mo
ral. Nisi nos divina visitatio vel ad
amorem compungendo muniret vel
ad timorem flagellando restauraret re
petitus lapsu mens nostra funditus
tota destruitur que paulo ante in
novata videbatur Idem in mor. Se
pe committunt homines mala que feci
unt et ex dicto puniuntur cadentes in ma cet
la que nesciunt Idem in unoquoque
lapsu semper a minimis incipitur et
succedentibus deflectibus ad gra
viora pervenitur Idem auget reatum
et casum culpe sequentis premium
glorie perdentis quanto namque altior
tanto casus gravior et unusquisque
casus tanto maioris est criminis quanto
prius quam caderet potuit maioris esse
virtutis Idem Pravum quod prius non diluit
mox suo pondere ad aliud trahit Idem

in pastorali Si quod videtur bonum
gerendum, sollicita intentione non respicit
etiam id quod fuerat bene gestum
deperdit. Idem Dum fortiori studio
intenderit retro respicere conatur
si velut bonis amplioribus ad mi-
nora retorquetur. Idem in pastorali Cum
sua facta nimia flore ac decentiae ne-
gligit a statu iustitie non gradu repe-
te sed pronus totus cadit. Idem super
Ezechielem Sicut qui a fide recedit apos-
tata est, ita qui ad pravum opus quod
deseruerat redit ab omnipotenti deo
apostata iudicatur, etiam si fidem tenere
firmiter videatur. Plura quere infra
de peccato. Augustinus de civitate dei Audeo dicere
superbis esse utile cadere in aliquod apertum
manifestumque peccatum unde sibi displiceant
qui iam sibi nimis placendo ceciderant. Salubrius enim
Petrus sibi displicuit quando flevit quam
sibi placuit quando presumpsit. Idem in libro
de viduitate Plane non dubitaverim
dicere lapsas ruinas a castitate sanc-
tiore que deo vouerunt adulteris esse
deteriores. Idem in libro de verbis domini apostoli
Semper adde, semper ambula, semper
proficere, noli in via retardare, noli retro
redire, noli cadere. Remanet enim retro
qui non proficit. Retrocedit qui ad ea
relabitur unde iam recesserat. Et devi-
at qui apostatat. Crisostomus super Iohannem Et
habetur in decretis parte prima di. xl. Homo
christianus fortius cadit inspiciendo propter
duas causas aut propter magnitudi-
nem peccati aut propter altitudinem dignita-
tis. Idem in omelia dominica prima adventus
domini Cum habeamus autem peccatum
liberum habemus arbitrium si volumus
sequi voluntatem dyaboli an non. Quod
si simul peccantes obligaverimus
nos operibus eius, iam in nostra virtute
non possumus evadere sed sicut navis
fracto gubernaculo illuc ducitur quo tem-
pestas impellit, sic homo divine gratie
auxilio perdito per peccatum non quod vult a-
git sed quod dyabolus suggerit. Idem
ibidem Sicut primo in potestate populi
est sibi facere regem quem vult, factum
autem de regno pellere non est in eius po-
testate, quia voluntas ipsa iam commissa
est in necessitatem. Sic homo prius quam
peccet habet liberum arbitrium utrum ve-
lit esse sub regno dyaboli; cum autem
peccando ei subiugatur, iam per se non
potest ab eius potestate, quia voluntas
eius commissa est in necessitate. Et hoc
est quod communiter peccatores solent dicere: vel-
lemus esse iusti sed non possumus. Veri-
tatem dicunt sed non habent excusationem
a peccato, quia potuerunt primo non es-
se sub dyaboli potestate, de qua modo illos
eos potest eripere nisi solus deus. Idem
in epistola ad corruptam de dei virgine
Facta es corruptio sathane desponsa-
ta Christi, facta es corruptio scortum dyaboli,
ex venerabile de templo dei facta in
immunditie habitaculo spiritus sancti tugurium
dyaboli, que prius incedebas cum
fiducia ut columba, nunc lateris in tenebris
ut stellio. Ysidorus de summo bono Quem-
admodum ad virtutum intendentes cul-
men non a summis inchoant sed a modi-
co, ut sic sensim ad altiora pertingant,
ita et qui dilabuntur ad vicia non sta-
tim a magnis criminibus incipiunt sed
a modicis assuescunt et sic ad maio-
ra perveniunt. Idem ibidem Multis
insidiatur dyabolus arguentes eos quod
renunciant seculo ut eius se iterum
amori substernant, quamvis autem
illos corpus seculi fecit quos post
renunciationem mundi ad eius amorem
reduxit. Idem in libro sinonimorum Iusto dei
iudicio in reatum nequiore labuntur
qui sua peccata minime distinguere

nota

contemptum plura quere infra de
peccato Bernhardus super Cantica Septies in die
cadit iustus et septies resurget iu
stus si tamen cadat in die ut se cadere
videat et cecidisse sciat et resurgere
cupiat et requirat manum adiuvantis
et dicat Domine in voluntate tua prestitisti
decori meo virtutem averte faciem
tuam a me Idem Si proficere currere est
ubi vero non currere ibi incipis et de
ficere hinc plane colligitur quia nolle
proficere non nisi deficere est Idem in
epistola Beatus es si pugnando moriaris
quia mortuus mox coronaberis Vi
deat tibi decertando pugnare predis cum
victoria preter et corona Idem in ea
dem Habet Christus quod multos mili
tes qui fortissime ceperunt steterunt
et vicerunt paucos autem qui de fu
ga conversi rursus ingesserunt se
periculo quod declinaverant rursus
que fugaverunt hostes quos fugiebant
plura quere infra de peccato

De cataractis Glossa super illud psalmi
Abyssus abyssum invocat in
voce cataractarum tuarum ad literam Catha
racte dicuntur septem hostia nili que
latencia sunt tamen eorum origo ignoretur
dicuntur autem catharacte meatus qui
dam aeris celestes per quos ros et plu
vie de celo descendunt Unde in Ili
nis fontes et cataracte celi rupte
sunt Mistice vero catharacte dei di
cuntur doctrine prophetarum et apostolorum a qui
bus fluenta divine sapientie nobis ema
naverunt De Cathetismo quere supra
de baptismo De cautela quere infra de
circumspectione Item infra de consilio Ite
infra de discretione Item infra de pru
dentia De casu angeli quere infra de
demonibus

De cella Iohannes in epistola Habeto cel
lam pro paradiso varia scripturarum
poma decerpe in hiis utere deliciis
hiis fruere amplexibus Bernhardus ad fra
tres de monte dei Cella terra sancta
est et locus sanctus in quo dominus et
servus eius sepius colloquuntur sic
ut ad amicum suum in qua crebro fi
delis anima verbo dei coniungitur spon
sa sociatur terrenis celestia divinis
humana coniunguntur Si quidem sicut tem
plum dei sanctum est sic et cella servi dei
in templo enim et in cella divina trac
tantur crebrius autem et in cella Idem ibidem
Semper aliquid de pacta die
ta ad profectum mentis in thesaurum
cordis congrega nec ea die bonum
cellicola invenisse se reputat in qua
nichil eorum prefuit que in cella requiritur
recolit se gessisse Idem ibidem De
cella in celum sepius ascenditur vix
autem umquam a cella in infernum desce
ditur nisi sicut dicit psalmista descendat
in infernum viventes scilicet ne descendat
morientes hoc enim modo cellarum
incole sepe descendunt in infernum
Sicut enim assidue contemplando
amant et requirere gaudia celestia ut
ea ardencius appetant et sic et do
lores inferni ut horreant et refu
giant Idem ibidem Celle dignitas
et sancte conversationis secretum et so
litarie professionis titulus non nisi per
fectis convenire videntur Idem ibidem
O languide o egrote cella tua tibi
remedium est in qua curare temptasti
Iuventus patrum Vade sede in cella tua
et cor tuum docebit te omnia plura
quere infra de solitudine Item infra de
contemplatione Item infra de contemptu
mundi Item infra de fuga seculi Ite
infra de religione Item infra de re
ligiosis Item infra de monachis

De celo et celesti conversatione
Gregorius in moralibus exponens Iob

in celo superat unde hostis antiquus
antiquitus ad eum accedere non vale
bat Idem In hijs quorum conversacio
in celis est ac requiescit et residet
deus Idem Occasione leticie interius
positi celo perhennis dum super terram
ambulantes conversacionem in celis ha
bemus Idem Quanto quis magis
superius venerit tanto magis in celo
ac interius intrare Ambrosius in sermone
Est ergo sancte viventibus quedam
inter se cognacio continua atque societas
nec interest utrum in celis maneant
an in terris Conversacio enim
querit quos separat elementum ut di
versis licet corporibus dividantur
eisdem tamen actibus coniunguntur Bini
mores unum sunt pirum mores contra
hostes infesti. Armis ergo nos celes
tibus muniamus accingamur lori
ca fidei salutis galea protegamur
verbo dei velud spirituali defendamur gla
dio qui enim hijs armis et talibus
moribus instructus fuit nec pre
sentem perturbacionem metuit nec futu
rum iudicium pertimescit Fulgencius
in sermone Ille perfectus celestis est qui
erubescit mala que fecit qui lamen
tis semet ipsum punit qui per viam
humilitatis incedit qui candore uni
tatis appetit qui per iter virtutum cur
rit qui non curat de temporalibus
qui delectatur in spiritualibus qui cor
suum fixit in celestibus unde Pau
lus apostolus nostra conversacio in celis
Eusebius Cesariensis in sermone Qui vult
vitam celestem ducere hunc mundum
studeat non amare abiciat affectio
nes corporales et ardenter amet
delicias celestes pacienter sustineat
illatas iniurias et nulli inferat
contumelias Richardus de sancto Victore

Ille celestem habet conversacionem qui
dum sitit de deo loquitur et in deo vivit
qui in deo quiescit cui deus sapit cui
mundus desipit cui deus placet cui
peccatum displicet cui deus redolet cui
mundus fetet Bernhardus Qui ascensiones
in corde suo disposuit quere supra de ascensu
spirituali Idem Primus ceciderunt nichil
inspectaris zo quere infra de gustu spiri
tuali Idem contemplacionis species in[?] sunt
que infra de contemplacione Glosa deuteronomii
vij Septem sunt celi aereum ethe
reum Igneum Sydereum Cristallinum
empireum et celum sancte trinitatis
quod dicitur celum celorum Beda in
libro de naturis Celum est subtilis ac
ignee nature rotundum et a centro
terre equalibus spacijs undique col
locatum et interius secundum rotunditatem
habet formam quodammodo qua ad angelos
eius partem sunt continuam quo ad nos
Est autem mobile super axem immobi
lem et super duos polos motu circu
lari sempiterna et uniformi ab oriente
in occidentem volvitur secum vehit de
uno totum quod est inferius ipso usque
ad lunarem globum et ignem etiam
superiorem Probatur circumferencie virtus
quoque eius motiva se extendit usque
ad inferiora elementa omne quoque super
quod subiectum est obedit eius virtuti
motus ordine uniformi et imper
turbato et ne propter velocitatem motus
eius tota mundi machina dissolvatur
ordinato planetarum cursu retardatur
vel remoratur et moderatur motus
eius Turbatis ergo inferioribus et
velud casualiter ac sine suis ordini
bus fluctuantibus celum tamen et celes
tia sub tenore ordinis nec ad momentum
quidem aliquatenus delinquunt Idem
manifestum est igitur quod cum corpus
celi sit sphericum rotundum et continuum

et terra respectu celi non obtineat
nisi medium puncti cum terra sit centrum
celi patet quod in terra est maxima con-
gregacio virtutis luminis celi et lumi-
norum corporum in celo contentorum id est stella-
rum unde cum actio luminis celestis
sit generativa et productiva vegetabilium
et sensibilium naturarum manifestum
est quod terra medium tenetur obtinens
maxime congruit corpori generativo cum
in ipsa tamquam in centro radiorum celestium
virtute se contingencium maxima fiat
congregacio Idem celum autem empir-
reum quod est supra celum predictum
est corpus primum natura simplicissimum
id est decorpulencia habens minimum sub-
tilissimus et tamen solidissimum quasi ex-
fusum continuum et quantitate maxi-
mum qualitate lucidum figuracione spe-
ricum locali situ supremum amplitudine
insensibilium et invisibilium creaturarum in
se contentum et bonorum spirituum habi-
taculum Idem Damascenus autem ubi
quod sit deus tamen hoc celum maxime
sedes dei nuncupatum est quia in eo
facture mundi maxima est species et
gloria summis celi et manifestius relu-
cet in eo divine virtutis operacio Aristoteles
in libro de causis proprietatum elementorum et in
libro de celo et mundo Celum est elementum
quintum ab aliis iiii^or elementis natu-
rali proprietate et differencia distinctum ne-
que est leve neque grave Nam si esset
ex aliis iiii^or vel aliquo horum tunc inge-
deretur in ipsum corrupcio celi universaliter
vel particulariter Unde creator omnium pos-
suit ipsum celum causam et principium
generacionis et corrupcionis Idem ibidem
Est autem celum immobile et inquietum
et incorruptibile et inalterabile quia
non habet contrarium alterans vel cor-
rumpens et est finitum continuum ad loca
extensionum quia mensuratur in tempore et
spacio finito movetur autem naturali motu

sempiterno a motore infinito id est
deo glorioso et sublimi Idem in tercio
libro de celo et mundo Celum suo motu
circulari luminosorum continuo et sempiter-
no inflammat illud super quod movetur
Unde ether commotu celi ignitur et
tamen celum quinta essencia non inflam-
matur quia celum cum sit de quinta
essencia non recipit ab inferioribus
aliquas peregrinas impressiones vel
in mutaciones quamvis omnia inferi-
ora ab ipso naturaliter immutentur
Idem in libro de sensu et sensato Celum
quasi in natura splendidum est sed inter
partes eius est diversitas magis et minus
quia in stellis que sunt essencialiter
partes celi plus est splendoris et in aliis
partibus minus et ideo videtur lumen
stellarum sed non celi quamvis radius
celi sit coniunctus cum radio ignis
elementaris non tamen in unitate ipsi-
us [illegible] Thomas de aquino parte prima
summe questione lxviii articulo iiii C[illegible]
tum celum nominat totum corpus
mundi quod est super terram et aquam
Nam etiam aves que volant in ae-
re dicuntur propter hoc aves celi secundum
illud psalmi Et volucres celi comme-
derunt illud Et quia in isto corpore
mundi sunt multe distinctiones et
differencie propter hoc Basilius et Damas-
cenus et alii philosophi plures ponunt plu-
res esse celos ad distinctionem ergo et
locorum sciendum est quod celum in scripturis
dicitur tripliciter Uno modo dicitur celum
dicitur naturaliter et proprie et sic celum dicitur
corpus aliquod sublime et luminosum
actu vel potencialiter incorruptibile
per naturam et secundum hoc ponuntur quali-
tates celi scilicet celum primum et supremum
totaliter lucidum quod vocatur celum
empireum id est igneum non a calore sed
a splendore quia totaliter splendidum

est et lucidum quo vocatur celum
empireum id est igneum non a calore et
locus supremus sive sedes et habitacio dei
et spirituum beatorum Secundum celum est subcon
vexo totaliter dyaphonum et vocatur
celum aqueum sive cristallinum non
ab humore vel frigore sed a dyaphanitate
Tercium celum primum est dyaphonum et
primum lucidum actu quod est sub celo
cristallino et vocatur celum sydereum
et dividitur in novem speras scilicet speram
stellarum fixarum et septem speras vii
planetarum que spere possunt dici vii celi
Secundo dicitur celum in scripturis participa
cionem alicuius proprietatis corporis celes
tis scilicet sublimitatis et luminositatis ac
tu vel potencia et sic totum istud spa
cium quod est ab aquis usque ad orbe
lune Damascenus ponit unum celum
de quo intelligitur quod apostolus fuit raptus
usque ad tercium celum nominans illud celum
aereum et sic secundum Damascenum sunt
quatuor vel saltem tres celi corporei scilicet
aereum quod est infimum et sydereum quod
est medium et aliud supremus quod est tercium
celum sed quia totum illud spacium me
dium quod est ab aquis usque ad orbem
lune continet duo elementa scilicet elementum
ignis et elementum aeris et in utroque
notatur superior et inferior regio propter
hoc istud celum vel istud spacium quod
est ab aquis usque ad orbem lune dis
tinxit Rabanus in quatuor celos superio
rem regionem ignis nominans celum
igneum inferiorem vero regionem vocant
celum empireum olimpium ab altitu
dine cuiusdam montis qui vocatur
olimpus illud usque pertingens supe
riorem vero regionem aeris vocant ce
lum ethereum propter inflammacionem inferio
rem vero regionem aeris appellant suo
nomine celum aereum de quo dicitur
in ewangelio et volucres celi comederunt

illud et sic dum isti quatuor celi tribus
celis superioribus coniunguntur sunt in
universo secundum Rabanum septem celi cor
porei Celum eciam empireum non re
putabat corporeum sed spirituale quia ce
lum illud est habitacio spirituum beatorum vel
celum cristallinum quod est primum mo
bile et computabat cum celo sidereo
quod raptu primi mobilis circumfertur
Tercio dicitur celum in scripturis methaphorice
et sic ipsa sancta trinitas que dicitur
celum propter eius spiritualem sublimita
tem et excellenciam de quo celo exponitur
quod dyabolus dixit ascendam in ce
lum id est ad equalitatem dei quamquam eciam
bona spiritualia in quibus est thezaurus renum
veracio nominantur celum propter eorum
eminenciam unde dicitur merces vestra mul
ta est in celis Vt Augustinus exponit Di
cit quod non tria genera supernaturalium visionum
scilicet corporalis ymaginarie et intellectualis
tres celi nominantur de quibus exponit
Augustinus quod paulus fuit raptus usque ad
tercium celum

Certamen Gregorius in dyalogo
Sine labore certamine non est
palma victorie Idem non nunquam deus
in quibus magna dona tribuit parva
quedam reprehensibilia relinquit ut
semper habeant contra quod bella gerant
et devictis magnis hostibus mente
in superbiam non erigant quando eos ad
huc adversarii eciam minimi fatigant
Idem in registro Vos qui inter viam
contra frequenciam hominum ducitis tanto
maiora certamina pati necesse est quanto
ad vos plenius magis temptacionum ac
cedit Idem in moralibus Amor est vir
tus certaminis foris quempiam videre
mala que perficit et intus quod tollerat
non habere Idem Semper est ad certamen
adversarii animus erigendus et contra
occultas insidias cautela providenda

Idem Greg. q promissionis veritatis veru
dia plero qz germonis est certamis q
nostra pta prode qui non adnumera
mtat et vtrq qz malum quanto vo
lunstus videtur tanto humilius pro
ditur Idem labor preualet pugne
ut restat corona victorie Idem in
iniquitate concepti et in delicto editi p
vdice corruptionis molestias pugnam
hanc nobiscum deferimus qui tunc labo
re vincimus et tunc gloria coronemur
Idem ... hostis impugnationem
certaminis tunc nisi augent ... dua
tamus plura quere infra de pugna Au
gustinus in epistola Non debet qui placat
infringi qui vult post plura conari in
ves illo ... certaminibus qui
... in celestia ... victoribus Idem
in li. de vitus div ... baptizati sunt
omnis iustificati ... restat tamen ...
adhuc lucta tum carne tum mundo
tum dyabolo qui autem lucta aliquid fecit
aliquid ... alio ... punitur Idem
contra Julianum contra genitalia ...
que nobis ingenita est ... p...
vehementius vidua qui virgo decertat
et vehementius victrix dum casta esse
voluit qui que casta semper fuit con
fligit et tanto amplius in ea ...
da voluntas laborabit quanto maio
res ei consuetudo vires dedit Idem
... est ... abiungressi que
infra de consuetudine et conflictu de
pugna Idem in li. contra ... heretes
domabit certanti victoriam qui certandi
dedit audaciam Idem ... Eya fra
tres in ... certamine est feruet enim
opus vrget aduersarius ... parit
late temptat vincere ... Ambros. ...
lucam Corona ... subeunda sunt
certamina Nemo enim potest nisi vicerit
coronari et nemo potest vincere nisi prius

certauerit ... corone maior
est fructus ubi maior est labor pla
quere infra de pugna Item de miliri
bus ... in libro de ... cordis
... agimus tempus in quo ...
ti videmur pro visu penam habet lau
dem ... et pro tribulationi
bus salute confert Idem sup aggeo
... resiste tuis desideriis et tunc
intelliges quanto fortes sunt ...
desideriorum malorum qui te ...
hec est pugna periculosa et hec est vic
toria gloriosa qui ... odire
q amant et amare q odiunt Idem
in epistola ... sunt certamine co
natus est ... in ... salon
... et ideo forsitan ... pla
quere ... de ... Item sup
de afflictionibus Item infra de temp
tationibus Item infra de tribulati
onibus ... de summo bono li. ...
... senectute co
... sunt qui in iuu
tute ... tales enim
non habent ... quia laboris ...
tamen non ... illos enim ...
... gloria in quibus fuit certamen
laboriosa Bern. sup Can. Quamdiu
in hoc corpore manens ...
... si ... et ...
magis ... quia ... nobis
inter fines tuos habitat Jebuzeus
subiugari quidem potest ... non
non potest Idem Idem sup Cum habitat
in mundo quasi ... stadio
... ubi ... mortuus est
... ergo ... vel plagam
... pro ... non suscepit in fu
turo ... miles ingloriosus ...
plura que sup de accidia Item infra
de labore Item infra de ... Item
infra de temptatione Leo ... in ser...

nota

Vnum sibi factura est anima ut pal
ma laborum quam sibi subtrahi, nimi
rum minimus adimpacienter sentit
viribus contendat custe plura quere
infra de labore Item supra de bello Bo
ecius in iiiito de consolacione Cum sa
piens moleste ferre non debet cir-
cumfortune certamen addicitur addu
ci hoc enim virtus vocatur quia suis
viribus nitens non superetur ab ad
versis plura quere supra de accidia
Item infra de labore Item infra de
operacione Item infra de temptacione
Item infra de tribulacione Item infra
de conflictu De certitudine quere infra
de cognicione Item infra de sciencia
De cibo et ciborum provisione
quere supra de abstinencia Item
infra de gula Item infra de ieiunio
Item infra de luxuria Item infra
de temperancia Item supra de castitate
Augustinus de vera religione Alimenta car
nis corrupta .i. amittencia suam
formam in membrorum fabricam mi
grant Idem in epistola ad Vincent. do
natistam Cibus esurienti panis
tollitur si de cibo securus iusticiam
negligat quam esurienti panis frangam
ut in iusticie seductus acquiescat
et habetur in decret. ·v· q· v· non om
Ambro· in li· de officiis et habetur in
decret. lxxxvi· di· pasce fame
morientem Quisquis enim pascendo
hominem servare poteris si non paveris
occidisti Aris. in 2° de anima Ali
mentum nutrit inquantum est pote
ncia caro Constantinus in practica sua
Cibus assumptus et incorporatus in
membris quod nutrit et augmen
tat corpus superfluus autem calorem
naturalem temperat et deperdita re stau
rat et custodit corpus ne deficiat
Item Cibus assumptus in plenitudinem

corporis vertitur et in ipsius naturam
transmutat Unde iiii. requirunt
ur Primo namque precedit ipsius ali
mentacio Secundo requiritur eius mastica
cio Tercio in locum digestionis et pu
ri ab impuro separacio Quarto ipsius
puri attractacio per singula membra
Quinto requiritur eiusdem ad membra
assimilacio Septimo et ultimo sequi
tur ipsius tibi incorporacio et in naturam
corporis conversio Idem Quod talis
est et similium membro nutrimentali
transit in naturam carnis et sanguinis
quod non frigidum et siccum conviti
in naturam ossis Idem omnis cibus
de quo multus sanguis generatur
paucam habet superfluitatem Et econtrario
Cibus de quo paucus sanguis ge
neratur multam habet superfluitatem Idem
Secundum ciborum diversitatem disponuntur
et variantur singulorum corporum complexio
De cibo spirituali nes
Gregorius in omelia de hom. Cibus
mentis est verbum dei et quasi cibus
acceptus stomacho languescente rei
citur quod verbum auditum in ventre
memorie non retinetur Quisquis autem
alimenta non recipit huius perfecto vi
ta desperatur Unde ps. Omnem escam
abhominata est anima eorum Idem
super Ezech. Cibus et augetur in
nobis cibus vite spiritualis cum tempo
ribus predicare verbum dei Idem Qui
In quo iam cordis ore gustaverit
quae sit illa dulcedo celestium premiorum
quere infra de gustu spirituali Item in
fra de eukaristia Augustinus ad comitem
Iulianum Sicut corporalibus cibis ali
tur sic codicibus eloquiis et oracionibus
interior homo noster pascitur et nutritur
Idem in li° de vera religione quam diu sumus
in hoc corpore quere infra de gustu

spirituali. Gregorius super Johannem. Sicut cor-
pus indiget cibo cottidiano sic et
anima si non suscepit inbecillior fit
et turpior ne deficiamus ergo per
cunctos et quere infra de eukaris-
tia. Jeronimus super Matheum. Non in solo
pane vivit homo sed in omni verbo quod
de ore dei. Qui ergo non vescitur verbo dei non
vivit vita dei. Bernardus in libro de x. quod
debemus humilitatis. Primus cibus anime
humilitatis est purgatorius cum ama-
ritudine. Secundus est caritatis conso-
latorius cum dulcedine. Tercius est
contemplacionis solidus cum fortitudine.
Idem in sermone quodam de rogacionibus.
Credo nobis esse tres panes in cibum
anime nostre scilicet veritatis caritatis et
fortitudinis. Hiis enim tribus egeo.
Deficit enim ratio mea pro ignorancia ve-
ritatis languet etiam voluntas
mea pro inedia affectionis infirmatur
caro mea pro inopia fortitudinis. Idem
in epistola. Fratres tradiderunt michi in-
terpelans (?) Celestis enim hereditas et quere
infra de gustu spirituali. Idem in sermone
beati qui lugent et quere infra de
gustu spirituali. Item infra de eukaristia.
Fulgencius in sermone de nativitate domini.
Dies eternitatis Christus in celo satiat an-
gelos pascens dies temporis Christus
homines interna reficiens ut enim pa-
nem angelorum manducaret homo
deus angelorum factus est homo utros-
que pascens utrosque reficiens et tamen
integer permanens qui et angelos
per speciem de se ipso saciat in patria et
nos per fidem reficiat ne deficiamus
in via. Ille panis ille cibus. Quam bonus
panis quam bonus cibus qui semet-
ipsum dat angelis ad gaudium stabili-
tatis semet ipsum etiam dat hominibus
ad remedium fragilitatis et qui est an-
gelorum esca nobis factus est medicina.

Plura quere infra de eukaristia. Glo-
sa super illud psalmi centesimum primi. Omnem
escam abhominata est anima mea et
Est cibus corporalis unde dignus
est operarius cibo et est cibus spiritualis
et hic est multiplex cibus verbi dei
unde non in solo pane etc. Cibus sa-
cre scripture unde pasti mensam et
pasti cibum. Cibus operacionis sancte
unde meus cibus est ut faciam etc.
Cibus sacre eukaristie unde caro
mea vere est cibus. Cibus eterne glorie
unde et ego dispono vobis sicut dis-
posuit michi pater meus. Plura quere
infra de gustu spirituali.

De circumspectione. Bernardus in de [...]
tuo. Sine circumspectionis solli-
citudine cor meum destituitur periculis dubiis
undique patens aperitur quia talis
... hostis tanto liberius pectus meum
penetrat quanto magis undique a lori-
ca circumspectionis et prudencie dep-
rehendit. Idem super Cantica Sanctorum ac-
tio quodammodo parte circumspecta est bona
desiderabilis prudens mala relinquere
precavens sed hoc est laboriosius ubi
finis meus ingerat ne se ante ocu-
los mala sub specie bonorum falla-
citer abscondant. Idem ibidem. Via
est vita presens et tanto quisque
necesse est ut insidiantes spiritus cave-
at quanto maiora sunt dona que
portat. Tullius in rhetorica. Circum-
speccio est contra viciorum maiorum cau-
tela. Plura quere de consideracione.
Item infra de consilio. Item infra de
providencia. Item infra de prudencia.
Item de intelligencia. Item infra de
discrecione. Pauci vitam hominum
qui etatem in medio viro agunt
ad cavenda pericula cominus assidu-
a et ipse cottidiana oportet esse circumspeccio

precepto semper et intento ut est ad
letarum qui pancratii vocantur ut
sicut illi ad inferendos ictus sunt pe
riti sic et animus et mens viri prude
ntis adversus et percutiendas iniurias
omni loco atque tempore prospiciens de
bet esse erecta mens et ardua non
quiescens umquam aciem flectens con
silia cogitacionesque contra fortune
libera atque insidias iniuriarum con
manus et brachia pretendens ne
qua in re adversa et repentina incur
sio irrumpat et liberis oriatur Seneca
ad lucill epistola lxxxxi. precogitati ma
li mollis ictus venit de stultis
fortune credentibus omnibus videtur
nova et inopinata facies magna at
que celestis est apud imperitos mali no
vitas et ideo sapiens assuescit se
malis futuris et que alii diu paciendo
faciunt gravia hic facit levia diu
cogitando Idem Non dabis tibi li
beros impetus sed circumspicies quo
cum diu sit ei et quousque tibi indi
sibitum(?) sit sed totum ante prospicia
s

Occurrunt Glosa super illud psalmi
In circuitu impii ambulant
i. in cupiditate rerum temporalium Item
glosa ibidem Sathan a domino requisitus
unde veniret dicit Circuivi ter
ram et. Gregorius in moralibus Solet per gy
rum circuitus laboris anxietas
designari Sathan ergo perambulans
terram circuivit quia dum quieti
mole celestis stare contempsit ab illo
spiritualis potencie volatu corruens
malicie sue pressus pondere foras
ad gyrum laboris venit et hoc est quod
de membris eius per psalmistam dicitur
In circuitu impii ambulant quia du
m interiora non appetunt exteriorum labo
re fatigantur Glosa super illo verbo psalmi Ca
put circuitus eorum caput id est superbia
vel dyabolus a quo incipit omne pec
catum et est causa efficiens huius cir
cuitus eorum Omnia in circuitu impii
ambulant semper discurrentes et numquam
ad stationem virtutis pervenientes semper
talia querentes et numquam hiis finem
imponentes sicut numquam quiescentes
sed in rota mundi continue se volventes
omnia inchoantes et ante perfectionem
unius ad alia transeuntes unde versus
Nemo pagit(?) nullam sectorum inchoat
omnibus Unde et Augustinus Confitetur se
semper in circuitu semper fuisse et in labo
re antequam ad legem dei accederet in
quietem invenit et absolvi obstaculis
circuitus impiorum quorum caput cir
cuitus dyabolus eorum est qui circuit
querens quem devoret Glosa super
illud psalmi Circuibit et Iherusalem in ta
bernaculo tuo cum hostium vociferacio
nem Nota quia est circa circuitus
impiorum bonus enim christianus circuit
mentem et cogitaciones suas et deside
ria sua ne serpenti dyabolo pateat a
ditus intrandi ad similitudinem strenu
i militis castra sua fossatis et
vallo muniens psalmus non confunde
tur cum loquetur inimicis suis in porta
Secundo circuit opera sua mala usque ad
philateria ut de illis peniteat et
conteratur Unde psalmus Semper cogitabo
peccatum meum Tercio circuit opera satisfac
cionis et pene ut ea diligenter compe
nsatur(?) Unde psalmus Lectum meum lac
rimis stratum meum rigabo et Item
Recogitabo tibi omnes annos meos
Quarto circuit opera mea ut in illis
inveniatur Quinto circuit omnia dona
sibi collata scilicet generalia et specia
lia sed precipue dona gratuita et parum(?)
inclita redempcionis animarum nostrarum

ut in illis sanctificetur et pro omnibus
gratias deo agat Sexto creavit omnia
creata scilicet visibilia et invisibilia
ut in illis deum laudet qui omnia
ad laudandum deum invitant unde
in ps. opera que creabuntur laudabunt dominum
et in ypa^c firmamenti opera ipsum lau
dem meam narrabunt Septimo creavit
omnia flagella peccatoribus inflicta ut
alius sibi caveat et metum non
peccet Beatus enim est qui lavabit
manus suas in sanguine peccatoris fe
lix que faciunt aliena pericula cautum
Octavo creavit premia future vite ut
illa sumantur speret unde Credo videre
bona domini in terra viventium qui autem ha
bitant in terra morientium videbunt
bona in terra viventium Beatitudine
vocat terram propter suam stabilitatem
et infirmitate Est etiam specialis
creatura prelatorum unde ps. Convertentur
ad vesperam et famem patientur ut ca
nes et circuibunt civitatem scilicet totam
ecclesiam per bona opera alios ad fidem
invitando vel per totum mundum predica
do Canis enim habet latratum ad
arcendum lupos habet etiam lin
guam medicinalem qua lingit vulnera
et curat habet etiam rabidam fa
mem propter vehementem calorem stoma
chi naturalem per quem signatur fervens
caritas prelatorum Super hos omnes
creaturas precellit creatura creatrix sa
pientie increate de qua dicitur Syra
ch creatura sola

De clamore Super illud ps. Voce
mea ad dominum clamavi. bene
dicit voce mea. i. non aliena que vox
clamoris est clamor oris tantum et non
cordis vel que est per intencionem vel que
sit gravia questus vel que interrumpit
interioribus cogitationibus quibus oratio perdit

sanctitate unguenti hinc non vox
clamoris sine voce cordis quem
brutis et hominibus Unde et illud de
gestio tuo Clamate altius deus
est enim baal deus ut Est etiam cla
mor cordis sine voce oris de quo
sic dicit et quo moyses tacens et
anna et Susanna clamabat Est
etiam clamor cordis et oris et operis
unde ihesus clamavit clamore va
lido et emisit spiritum Item clamor
quandoque dicitur causa clamoris unde
vox sanguinis fratris tui abel
clamat ad me de terra. et sic passus
dicitur peccata nostra clamare ad deum et eu
charistiam clamare inter manus
indigni sacerdotis ut ipse deus vide
at et iudicet Sic etiam peccata sodomorum
clamabant ad deum Ille autem clamor
qui est cordis et oris vel cordis
oris et operis est oratio pura et im
maculata Est enim oratio purus animi
affectus ad deum plerosque in vocem
ne prorumpitur erumpens Ambrosius
Clamare dicitur sanguis qui effusus
est innocens non tam voce quam
causa et interpellare dicitur deum non
per certamine eloquium sed indignatione co
missi scelerum sed non tam accusare
criminibus quam conscientie illius clamare
constringit Conscientia enim sceleris
ventum tacitum semper sine contradictione
indicat et clamat Idem in libro de
incarnatione dominice corporis servorum ger
vasii et prothasii licet sanguinis
voce canora decelus ad terram per
venit clamat enim sanguis doloris
indicio clamat sanguinis operationis
pretio clamat sanguinis passionis
triumpho Idem clamor in oratione est
intenta meditatio cum fervente me
ditatione devotione Seneca timor cla

morem posuit et clamor timoris ostendit Greg. in xxiiii li. moral. sup illud Job xxxiiii Vnquid clamorem eius audiet deus cum venerit sup illum angustia clamore eius angustie tempore dominus non audit qui tranquillitatis tempore in precepti sui clamante dum non audivit Bern. in sermone Clamat xpus ego reficio clamat mundus ego deficio clamat dyabolus ego inficio Ad quem ergo crebius volumus vertere

De claudicatione glo. sup illud ps. Claudicaverunt a semitis suis Est aut claudicatio gratie culpe que est mala ut hic et est claudicatio gratie que est bona qua claudicabat Jacob postquam luctatus est cum angelo qui supplantavit iacob Cum enim angelus i. gratia dei pertetigit nervum femoris i. amorem [illegible] carnis tunc efficit homo claudus in illis et bene currit in virtutibus et gratiis Est etiam claudicatio nature sicut sunt quidam qui claudicant uno pede sed integritate corporis sed sepe contingit quod melius incedit claudicans quam utroque pede incedens De claustro et claustralibus quere infra de religione Item infra de religiosis bonis et malis Item infra de solitudine Item de monachis De caritate quere i. de caritate De caritatione quere infra de xpo

De clemencia Greg. in moral. Amor est virtus et tamen foris quempiam videre mala que supet et intus quod tollet non habet perfecte aut mansuetudinis et clemencie laus est adversa pati et potentius fortis et intus clemens Idem in xx moral. Primus siquidem mansuetudinis et clemencie modus modus est ut omnis quas pati potest contumelias animus hominis portat et redemptoris sui obprobria cogitans adversa se parat Hunc enim impetendus ab adversitate deprehenditur quam ab hoste dormiens invenit Secundus modus mansuetudinis et clemencie est ut cum aliorum excessus aspicimus nra delicta quibus in alios excessimus videamus Erubescat enim non parcere qui vel deo vel proximo se peccando recolit commisisse plura quere infra de mansuetudine Jeronimus Qui clemenciam non habet nec indutus est viscera misericordie et lacrimarum fonte quamvis sit spiritualis non tamen adimplet legem xpi [illegible] aut in decretis di. lxxxvi Plura quere infra de mansuetudine Item infra de ira Item infra de pietate Item i. de compassione Bern. in epla Non habet ulla omnis [illegible] perfecta virtus Perfecta enim virtus est morum possessio nec ulla est iracundia ubi est plenitudo caritatis plura quere de mansuetudine Item de pietate Seneca in li. de clemencia Clemencia est temperantia animi in potestate ulciscendi vel clemencia est lenitas superioris adversus inferiorem dici etiam potest clemencia inclinatio animi ad lenitatem in pena exigendum [illegible] hoc omnes intelligunt clemenciam esse que se flectit citra id quod merito constitui potest Huic contraria est Crudelitas aut opponitur clemencie que nichil aliud est quam atrocitas animi in penis exigendis crudeles enim vocantur qui puniendi causam habent sed modum non habent Idem clemencia aut vici

na est tunc habet cum aliquid tri-buit ex ea. Idem ibidem. Nullum ex omnibus clementia magis decet quam principem atque regem. Idem in libro de iiii[or] virtutibus. Res magne clementie est pocius indulgendo quam vindicando corrigere. Idem in libro. Scito honestum esse et magnum vindicte genus ignoscere. Idem. Alteri semper ignoscito tibi nunquam. Optimum est alteri semper ignoscere tamquam si tu ipse cotidie pecces. Idem in epistola. Nec principatum habere nec vulgarem quere infra de potentibus et potestate. Idem. Pestifera vis est ad nocendum valere. Idem. Tibi parcas tum videris alii parcere. Idem. Tam omnibus ignoscere quam nulli crudelitas est. Modium ergo tenere debemus sed quia difficile est temperamentum ideo in partem humanam humaniore preponderet. Idem. Magni animi proprium est placidum esse atque tranquillum et iniurias atque offensiones despicere. Muliebre autem est litigare et more ire sic gerere. Idem. Clementia non tantum honestiores sed tuciores prestat ac principis suo beneficio tutus nichil presidiis eget sed arma portat ornatum causa. Idem. Cui a tota civitate diligitur a tota defenditur et colitur. De quo quidem principe loquuntur homines eadem secreto que palam loquuntur. Idem. Clementia ut magnum inter regem et tyrannum discrimen sit. Idem. Nullum animal morosius est nullum maiore arte tractandum est quam homo. Idem in eodem. Servo imperare moderate laus est et mancipio cogitandum est non quantum illud impune pati possit sed quantum tibi permittat equi-

bonique natura que parcere etiam captivis et pretio comparatis iubet. Idem. Iracundie ac pro corporis captu pugnacissime sunt apes et aculeos in vulnere relinquunt. Rex autem apum sine aculeo est. Noluit illum natura sevum quidquam facere telumque detraxit iramque eius inermem reliquit. Exemplum autem hoc magnis regibus ingens est. Pudeat ergo ab exiguis animalibus non trahere mores cum tanto moderatior hominum animus esse debeat quanto vehementius nocet. Idem. Errat si quis existimat tutum esse sibi regem ubi nichil tutum a rege est. Salvum regem clementia in aperto monstrabit. Securitas securitate mutua paciscenda est. Non est opus in altum struere turres nec multiplicabus se muniis turribus que sepire. Unum est inexpugnabile munimentum amor civium. Quid pulchrius quam cunctis optantibus vivere quod audeat struere pro tuo aliquis ille sub quo pax et iusticia pudicicia securitas et dignitas florent sub quo civitas opulenta copiaque bonorum omnium habundat. Idem in epistola ad Neronem. Verecundiam peccandi facit ipsa clementia presidentis. Idem eodem. Clementem vocabo non alieno dolore felicem sed eum qui suis stimulis exagitetur non prosilit qui intelligit magni animi esse iniurias in summa potencia pati nec quicquam gloriosius esse principe impune leso. Idem in libro secundo de clementia. Rex lesus aut impietate habeat penam si tute potest donec. Si minus tute temperet longe quod sit in suis quam in alienis exorabilior iniuriis. Nam quemadmodum magni animi non est pro de-

alieno liberalis est sed ille qui quod
alteri donat sibi detrahit ita clemen
tem voco et ut supra Item Seneca
in tragediis Quo plura possis plura
patienter feras violenta imperia
nemo diu continuit moderata durant
Tullius in philippica 2a Nullum est
armatorum presidium sed caritate et beni
volencia civium oportet regem esse
septum non armis Idem in libro de
officiis Nichil est laudabilius nichil
est magno et preclaro viro
dignius clemencia et placabilitate
que tamen ita probanda est ut ad
hibeatur rei publice tanta severitas
sine qua civitas administrari non
potest Item quintus curcius libro vi. Ve
rum dunctaxat clemencia non tam
in corpore sed eciam in aliorum qui pacet
ingenijs sita est Plura quere infra
de compassione mansuetudine pie
tate mia et paciencia Item Tullius libro
de officiis Omnis admonicio et castigacio et
quere infra de correctione capitula
te Ovidius in libro 3o tristium Parcere
prostratis nobiles novit ira leonis
Quanto quis maior tanto placa
bilior esset

Dedicacio ecclesie Bernardus in omelia
et in pastorali Clericus amo
vendus est cuius sic vivat ut exem
plum vivendi ceteris prebeat Idem in re
gistro Nec virginum hij qui ordinati
sunt precant prudenter debet quales
sunt qui ordinantur ut primus appa
ratur si inter eorum conversacionis in annis
plurimis fuerit si studium leccionis
et elemosine dilexerint amore Idem
Procul dubio deus offenditur si ad sa
ture caret communione divinum est Idem
in oracione sua pro Marcello Ille fortuna
tus est cuius salute non minor pe
ne ad omnes quam ad ipsum leticia perveniet
Idem nichil ad indicandum est utile le
ticia perveniet Id nisi qui in que pro
pter quomodo enim potest uni prodesse
quod omnibus nocet nichil credo
non videtur sibi utiles esse posse
qui omnibus est inutilis Idem in
libro tercio de officiis Considera o homo etc.
que infra de homine Idem super Lucam
Vir est campum inopie nunc videri
avariciam et enim volatilibus celi pre
ca sine labore usus conbiberat
pabuli quia fructus sibi communes
ad escam datos spiritali quod ven
dicare negat dominii Idem Nam
iniustus est non negat alii quod

ad usum communiter omnibus datum
est Ieronimus in sermone Omne quod unum
est tunc magis unum erit si sit nob
comune cum fidelibus Idem Nunquam
quia ad quem utilitate uti oportet
hiis que sunt sine rapina sine pe
riculo sine dimicacionibus et non adinven
mentis censuorum Idem super Iohannem
Quales possumus imitatores fieri
nisi Christi ad communem utilitatem omnia
negociantes et non que nostra sunt qua
rentes Plura quere infra de singla
ritate de concordia de veritate Idem
Cogitis me etc. quere supra de dilectione
Augustinus in libro de plantacionibus In
illa prefata quere supra de beatitudine
Beda de conversacione Querimus inter
dispensatores ut fidelis quis inve
niatur ubi unitas viget corrupcibilis
est dispensacio laudabilis unitas
Unitas dico communis non propria Va
tum michi horum est plane non est
fidelis dispensacio sed crudelis dissi
pacio Idem in sermone Deus dominum
nostrum commune disciplina communi vita ci
bus studiis delectatur usque nunc
ergo diviciarum cupiditas et consola
ciones proprie voluntatis tanto la
bore quesitas tanto pudore mendi
cas et quod inquis faciam Ecce
ancilla et filia eius Idem in apolo
getico O quanta fiducia de communione
caritatis alius operatur nichil amans
et alius amat nichil operans Ille quod
opus suum istius non caritas et amor
nunquam confundit plura que infra de
singularitate Seneca in libro de vitabilibus
hominibus duas res dedit nobis que
validissimum facerent hominem scilicet racionem
et societatem Idem Duo alio mag

tuti sumus quam quod invicimus invicem
affectus plura queue infra de singu
laritate Item infra de concordia et
pace Augustinus Civitas non desidit
quod quemcumque est aliam sed quod
civium civilibus queunt plura que
infra de singularitate Expositor qui
dam super illud Johannis Thomas non
erat cum illis quando venit Ihesus quod
dicas amator singularitatis communia
loca communia opera communes orationes
quid querimus incurrum cunctos observancias
quid fastidis amas discordia quod
dulcia caritas Christus mortuus est
ut dei filios in unum congregaret Christus
nascens locum indiviso non habet
Christus moriens dualius aut habet in
de crucifixus medius autem Christus
resurgens in medio discipulorum stetit
Bernardus ergo moram communem diligas
communem regulam magistra communia et ma
iorum morum cumulentur exempla non
te sequatur Christus in tua dispersione
qui non conveniunt nisi deus colligere
ergo dispersi caveant dispersores pariter
aut hec est auctoritas Ysidorus de libro
de ortu et vita et obitu sanctorum.
Glossa Actuum iiii° Qui ita vivunt ut omnia
sint communia in domo tenebolite vocantur
que vita tanto felicior est quanto sta
tum futuri seculi imitatur ubi omnia
communia quia deus ibi est omnia in omnibus
et quia ibi est summa pax et securitas
et civium unitas in qua typus huius
vite precessit unde Iherusalem que vi
sio pacis dicta est plura que infra de
singularitate Seneca in epistula Non potest
quisquam bene degere in hac vita qui
se tantum intuetur qui omnia ad utilitates
suas convertit Alteri enim vivas op

tet si tibi vis vivere Idem in alia epistula
In hoc gaudeo aliquid discere ut aliis
doceam nec me res ulla delectabit
licet sit singularis et communis quam
mihi soli sciturus aut habiturus
sum Idem Sanctissime vivent homines
si duo verba tollerent scilicet meum et tuum
Glossa super illud psalmus vidi iniquita
tem et contradictionem in civitate
scilicet babilonia que est civitas
malorum in qua vidi iniquitates
i. perfidiam et ideo contradictionem
quia communitate litigant et contra
dictionem presserunt Hec communitate
erat vivum et anima una et omnia
communia sunt Est etiam civitas bo
norum scilicet celum unde glosa dic
ta sunt dicte civitas dei quilibet
etiam homo habet suam civita
tem scilicet mentem in qua videtur
iniquitas et contradictio et hec in
iquitas non est horaria sed die ac
nocte circundabit eam super muros
eius iniquitas et labor in medio
eius et in iusticia

De civitate Augustinus in epistula ad
Marcellinum Quid est respublica
nisi res populi Res ergo communis
res est utique civitatis dei quod est
autem civitas nisi multitudo hominum
in quoddam vinculum redacta concor
die Apud eum eos legitur Ita brevi
ius multitudo dispersa atque vaga
concordia civitas facta fuit Idem
in libro de ordine Anima quid aliud
quam unum esse conatur et quanto
magis unanimes tanto magis
anima sunt Ysidorus Unus una civi
tas est cum periculosa dissensio quid
est autem dissentire nisi non unum
sentire quemvis multitudo ea unus

vivit quo magis in uno erit eo
ipsa tocius in uno tunc nominat
quam tociens Et quod amor omnis non
ne unum vult fieri cum eo quod amat
et si contingat unum cum eo fit
ambrosius in sermone Caritati non in
super tunc peccato infertur concedam
desine ergo peccare et caritas non
pellit ut quid ergo fugis patriam
si vis salvus esse tua potius pec
cata subterfuge si tu peccare desie
ris victus est inimicus hec est pri
ma captivitas caritate patriam
non habere unde Gregorius tunc plena
est cordis nostri compassio cum ma
lum inopie pro proximo suscipere
non metuimus ut illud a passione libe
remus Idem in storo anime et que
infra de gloria eterna Idem vera iu
sticia compassionem habet quere infra
de iusticia Idem in xxx li. moralium
illud Job xxx. Flebam quondam su
per eum qui afflictus erat et compa
tiebatur anima mea pauperi plus
aut non minus esse dicimus compa
ti concorde quam rem dare quia quis
quis perfecte indigenti compatitur
minus estimat omne quod datur Idem
ibidem super afflictum quippe com
paciendo plangimus cum aliena
peccata nostra deputamus et culpa
delinquencium nostris mundare fleti
bus non cessamus Prosper in poli
tica Caritas non desiderat hoc con
queniencius est alicui sed quod omni
bus plura quere de concordia et pa
ce

De compassione Gregorius in moralium
li°. xxx. super illud ad hebre
um x° temptatio aut per omnia et ipsa

gis est concorde compati quam elemo
sinam dare Nam qui concorde com
patitur de suo dat qui vero largitur ele
mosinam non minus de suo sed de alie
no largitur Idem minus non compatitur
qui quod uere est proximo negat Ide
ideo dominus cum quem perciperem et
tle sic sue fati disponebat eadem p
mysit ut corpus fragilitatem cognosceret
quantum aliis compati debuisset
Idem in moralium tanto quisque perfectior
est quanto perfectius dolores alienos
sentit membrorum enim perspicum non
dolet Idem cum aliene infirmitati
compatimur tanto valencius a vita
roboramur plura quere infra de pie
tate Augustinus in epistola ad Sebastianum pa
tristica est et etiam si dici potest mi
seria alicuius mens tribulari vel
implicari meden vel habere dolore com
passionis contrahi vel amore at
trahi Idem in epistola ad Iohannem sermone 1°
apostolus frater sum videns tamquam videns
et Ouie ubi dicit apostolus de compas
sione me non simulatione fallacie
dicit sit eius tamquam egrotus qui mi
nistrat egroto non qui se febres habere
mentiatur sed cum animo condolentis
aut compacientis cogitat quomodo ad
modum vellet sibi ministrari si ipse
similiter egrotaret et sic aliis egro
tantibus ministrando compatitur
Gregorius in omelia Duobus modis crux
christi tollitur scilicet cum aut per abstine
ciam corpus affligitur aut per com
passionem non flectitur plura que
infra de mia Augustinus in li°. soliloquiorum
Nichil magis facit aliis compati
vel aliorum onera sic portare quam cu
cogitamus quanta pro nobis pertulit deus

vel cum cogitamus nos in eodem
malo fuisse vel esse potuisse vel
cogitando quod nullus est si aliquid bo-
num non habeat quod nos non habemus
etiam si lateat Bern(ardus) Neminem vidi
nō homines compassivos et misericordes
male fine perire Ysid(orus) de summo bono
Plus male agentibus quam patien-
tibus compatiendum est Fulgentius
ad arcem contemplationis facilius ascendit
qui per compassionem aliorum infirmi-
tatibus condescendit Hugo de sancto
victore super illud 2a Cor(inthios) xi. Quis
infirmatur et ego non Beata anima que com-
passionem habere potest omnibus quidem pa-
tiuntur sed paucis compatiuntur Pauci non
possunt impii compati cum non
possunt nisi pii plura que supra de ira
et pietate Glo(sa) super illud 1o Regum
Predicatores debent esse pii ut pro-
ximis compatiantur per caritatem a via
dei non exorbitent per compassionem
plura que infra de ira Item de pietate
Item super de clementia

De compunctione Greg(orius) in mor(alibus)
Si nos virtus compunctionis
in interius omnis strepitus male
nō suggestionis obmutescit Idem
ubi libro xxiii. Quatuor sunt qua-
litates quibus viri iusti mens in compunc-
tione afficitur scilicet cum aut malorum
suorum reminiscitur considerans ubi fuit
aut divinorum iudiciorum sententiam metuens
considerans ubi erit aut cum mala
vite presentis attendens merens cogi-
tat ubi nunc est aut superne patrie
bona contemplando lugens conspicit
ubi non est Idem super Ezech(iel) omel(ia)
x. plus aliquando nos exempla quam ro-

tiuidorum verba compungunt Idem ibi-
dem Quidam peccatores compuncti et co-
puncti ut fletibus iam iustus esse
incipit cum cepit accusare quod fecit
Cur enim iustus non sit qui contra
iniustitiam iam per compunctionis
lacrimas ferit quere infra de contritione
Item in libro de imagine Compunctio
est qua cor consideratione malorum suorum
interno dolore tangitur et movetur Idem
in libro de ulus dei Bene ut columba
quanto magis homo sua mala cog-
noscit tanto amplius suspirat et
gemit meditando si quando parit suam
sententia non compunctionis compunctio
aut devotionis devotio non commendat
orationem plura quere infra de contri-
tione et pena Ambro(sius) in libro de penitentia
su. sacri Non solus dolor compunc-
tionis lacrimas habet sed et letitia
lacrimas suas et pietas fletum ex-
citat et oratio stratum rigat Idem in
sermone Pater in nobis est deus
cum bene agimus iudex aut in est
cum peccamus Cogitur non deus a
nobis dum compellitur quodammodo
precibus compunctionis lacrimis suam sen-
tentiam immutare cum iniqua faci-
mus dominum non minus provoca-
mus sed compunctionis lacrimis exorando
non blasphemando per supplicium sed
merendo per humilitatem Vilitas volun-
tas que non indignatione pervertitur
sed ira condonatur plura que infra de
contritione de dolore bono de lacri-
mis de pena Idem in sermone Demus
illi compunctionem de peccatis emenda-
tionem pro primis suis afferamus
illi cor suo timore confixum pro
clamoribus reddamus illi palmas

perseverantie cum alapis suis Crisostomus libro
2° de compunctione cordis Sola
est cordis compunctio que sicut de
vorat anime adiungit et purificat compunc
tione peccatorum flammas ut fluminis in un
dantis extinguunt et sicut pulvis
non potest stare a facie venti ita nec
compunctionem Idem ibidem Sola compunc
tio cordis que facit animam purpuram
desiderare ... amare lacrimas fu
gere risum Idem in eodem Hec est
humilitas cordis vera compunctio mag
na agere et humilia loqui iuste facere
et semper tremere ac timere Idem ibidem
Solet merorem inmictas si perturba
tus incubuerit consumere vires
anime proinde modus est observandus
Non ergo flendum et nichil aliud agen
dum Idem ibidem Sicut impossibile
est ut ignis inflammetur in aqua sic
impossibile est compunctionem cordis
vigere in deliciis Contraria enim
sibi sunt et contrariorum peremptoria
Hec enim mater est fletus ille vero
risus ista cor constringit ille vero
cor dissolvit ista volare facit inte
llectum ille vero plurimum pondus imponit
et demergunt corpus et animam in
infernum Idem in eodem Non solum
flendum et nichil aliud agendum sed
oportet recordari priorum delictorum
etiam illorum de quibus veniam
consecuti sumus ut amplius deum
diligamus atque cum his corde com
puncti consideremus quod nisi dei mise
ratio subvenisset tam et tam mag
num illud pondus peccatorum nostrorum ad in
fernum nos supplicia sine dubio de
mersisset Idem ibidem Hec ergo cau
sa est quod malis nostris addimus deteriora
dum priorum malorum memoria non
permanet nec dolor aliquis aut com
punctio intrat in nobis pro commissa
mali quamvis sed hinc est quod nec ad con
fessionem descendimus quoniam cum con
fitebimur ea quorum nec quidem memo
riam retinemus et sic consuetudine
contemperandi despectus nullus dolor
est aut compunctio facilius malis
supervenientibus totum damus Idem
in eodem Si animus ex anima nostra sti
mulus aufferatur doloris et compunctionis
et cuncta sibi securitas fiducia labe
tur quis eam post hec terrebit
aut quis eam a desperatione revoca
bit et quid prohibebit ubi nichil me
tuitur nichil verecundie nichil pu
doris ut non in omnis peccati fo
veas demergatur Idem Prophete
ergo et huiusmodi lugent et plangunt
dolent sancti et gemitus compunc
tionis conferunt et lacrimas fundunt
in conspectu dei nobis autem satis
et inmo tentalibus sufficiat ad compunc
tionem cordis recordari iusticia dei
et operum nostrorum bonorum operum gloriam
non nobis assignare sed deo qui est
omnium bonorum principium summa et coro
na Idem in 4° 1° de compunctione cor
dis Non requirit deus a nobis talia
onera pondus neque concludi inter
angustias cellule nec in obscuris
antris aut tenebrosis inhabitare latibulis
latibulis Sed hoc solum est quod
postulat a nobis ut semper recordemur
et ad animum nostrum revocemus peccata nostra
et omnium gestorum nostrorum faciamus
in memoria nostra propheta supplicemus
deo et gehennam ponamus in conspectibus
nostris et angelos qui in die in

dicit disturbunt ubique et congregat ex omni orbe terrarum eos qui tradendi sunt in gehennam ac eterno igni super plicis cruciandi. Idem. Ponamus etiam illud ante compunctionis oculos quanti doloris est excludi et privari de regno celorum quod ut michi videtur ipsa gravius est gehenna. Nam et si ille infernalis non arderet et immortalis illa pena non esset hoc tamen solum quod alieni efficimur a Christo domino deo meo et excludimur a perpetuis altis et bonis eternis nimirum omni pena terribilius dicitur. Exempla patet de fatuis virginibus exclusis a thalamo sponsi sui propter defectum olei et est nec aliquis ita lapideus qui hoc exemplo non moveatur ad compunctionem et timeat ne similia incurrat. Idem super epistolam ad Hebreos et habetur de penitentia di. in Tullia invenitur delectorum tale remedium sicut cordium tum amaritudine compunctionis continuata memoria. Plura que infra de contricione. Item de lacrima. Item de penitencia. Ysidorus de summo bono libro 2o capitulo xii. Quatuor sunt qualitates affectionum quibus mens iusti tedio salubri compungitur scilicet memoria facinorum preteritorum recordacio penarum futurorum recordacio consideracio peregrinacionis sue in huius vite longinquitate desideracio superne patrie quatenus ad illam valeat quantocius pervenire. Idem ibidem capitulo xxiii. Apud iustos recordacio facit tedium et compunctionem animi qui non luxurie et avaricie sunt subditi superbia contumacia et decepto pro opere gloriantur unde propheta ait letantur

cum male fecerint etc. Idem ibidem. Vanus penitens qui culpam agnoscit et non deflere. Idem in synonimis. Compunctio cordis est humilitas mentis cum lacrimis exoriens de recordacione peccati et timore iudicii. Idem ibidem. Lumus eis et inaudem velleris et ideo nunc lugens semper merens semper suspiria cordis emittens. Idem. Ingemiscendum est iugiter. Et quere infra de satisfactione de contricione de lacrima de penitencia. Bernhardus in libro de consideracione ad Eugenium papam. Quid est cor durum? Ipsum est cor durum quod nec compunctione scinditur nec pietate mollitur nec movetur precibus nec minis cedit sed flagellis induratur ingratum est ad beneficia infidum ad consilia ad iudicia sevum inverecundum ad turpia sine timore ad humana temerarium ad divina preteritorum oblitum presencia negligens futura non providens. Idem super Cantica. Absciendum ferro acute compunctionis ulcus inveterate consuetudinis. Idem in libro primo opus fidei per dilectionem operans est cordis compunctio in qua plane abluntur crimina dormiendum cum ab affectu cordis eradicantur peccata. Plura quere infra de contricione de lacrima de penitencia de oratione bona. Ysaac in Collacionibus patrum quere supra de oratione bona.

De concordia. Gregorius in moralibus super illud Job. Qui facit concordiam in sublimibus. Exinterne pacis causa agitur ut ea que sunt exterius in concordia disponantur. Idem. Peccatores unitas dum corroborat temperat et tanto magis incorrigibiles quanto magis

gcordes fiant. Idem xxxi. moral' sup
Iob. Concordia fratrum non pot nisi
patiam fuit roborata. Idem nichil
poss(umu)s deo querere infra de discor
dia de pace. Aug(ustinus) in li(bro) de conflictu
viciorum et virtutum. Concordia frat(er)
na videt invidie si ceteros virtu
tibus antecellis tu(n)c in infimo
loco q(uam) in supremo te pon(ere) cons(ider)a
bis sempe(r) de alto peior sit ruina
que infra de conflictu. Idem de verbis
dei. Non potest h(ab)ere concordiam cum
xpo qui discors fuit cum xpiano.
Idem li(bro) 2o confess(ionum) et habetur in de
cret(is). Turpis q(uia) est omnis pars
que suo universo non concordat.
Idem in li(bro) de civitate dei. Testam(en)
tum dei et hereditas est pax et co(n)
cordia fratrum ut a concordibus co(n)
sortibus possideatur non ut alter
cantibus dividatur. plura que infra
de pace. Item infra de unitate. Sen(eca)
et senectu(te). Concordia parve res cres
cunt discordia vero etiam res ma
xime dilabuntur. plura quere infra
de discordia. Item de pace. Crisost(omus) sup(er)
Iohem. Est et mala concordia est
et bona dissonancia. plura quere
infra de discordia. Item de pace. Cy
rillus. Firmat domos et regna
concordia. plura que infra de discor
dia. Item de pace. Greg(orius) Nazazen(us).
Sicut in malis discordia utilis
ita in aliquibus est cordia p(er)niciosa.
plura quere infra de pace. Hugo
de sancto victore. Concordia ad facien
dum peccatum mala est. Concordia vero
ad faciendum bonum et sectandum iusti
ciam ad serviendum deo bona est. Idem
in expositione regule. Hic est verus
ordo vivendi. Primum ut unum sit
voluntas una deinde concors unita

sciatur eum qui vult cum aliis con
cordare. unde primus debet p(ro)prios mo
res relinquere ne sit superbus in ordi
natus incompositus indisciplinatus
ne asperitate sua ceteros p(er)turbat de
inde sit omnibus debet actus suos li
brare ut concordare possit secundum
eum illis quibus vivit. Idem ibidem.
Oportet si nos in uno loco sumus co(n)
gregati corporaliter ut simul habeamus spi(ritu)
aliter. Non enim prodest si nos con
tinet una domus et separat diu(er)
sa voluntas. plura enim attendit deus
unitatem et concordiam animi qua(m)
loci. plura quere supra de amicicia. Item
infra de discordia. Item de pace de u
nitate de caritate de dilectione. De
contubitu que infra de coniugio et co(n)
iugatis de luxuria de adulterio de ma
trimonio.

De concupiscencia. Greg(orius) sup(er) Ezech(ielem)
omelia xviii. plus concupiscencia qu(am)
necessitas petit et sepe dum caro ius
inopie satis facere voluntas voluptas
concupiscencie surripit et modum excedit.
Idem xxxi moral'. Non debet intu
eri q(uod) non licet concupisci. Idem ma
gna securitas cordis est quere
infra de timore malo. Idem in moral(ibus).
Concupiscencie carnales hostia dum co(n)
sensus aperit ad innumerabilia corrup
tionis mala nos p(er)trahit. Idem in
xxxi moral(ibus). Si ad terrena concupis
cenda cor nostrum in hiat securus tu(n)
quillum q(ue) esse non potest quia illuc
hic illucque quia quibusdam fluc
tibus volutatur. plura que supra
de appetitu. Item de carnalitate. Item
supra de carne humana. Item de volup
tate. Aug(ustinus) sup(er) illud Ro(manos) vii nam pec
catum occasione accepta etc. Quod
concupiscitur dulcius sit dum vetatur

Ex prohibitione namque si caritas
dei desit concupiscentia mali crescit et
quod prohibetur dulcius fit unde Ori-
genes sine titulo Quod liber ingratum
quod non licet acrius urget plura que
supra de appetitu de carnalitate de car-
ne mala Item infra de voluptate Item
de temperantia Item contra genitalem
concupiscentiam et quere supra de delectatione
Idem Quid humana miseria quere in-
fra de temptatione Idem libro 13 de trini-
tate 3o Romanos et et quere infra
de conjugiis Bernardus in sermone nulla est
his qui sunt in Christo Ihesu damnatio
si concupiscentie sensus sit absque consen-
su plura que supra de appetitu de car-
nalitate de carne humana de volupta-
te de temperantia Item infra de volun-
tate mala

De confessione Gregorius in mora-
libus Hec sunt testimonia vere hu-
militatis scilicet et iniquitatem suam
corde cognoscere et cognitam voce con-
fessionis integraliter aperire Idem con-
fessio est detestatio peccatorum et vinculo
vulnerum spiritualis Idem xxii libro mora-
lium super Iob Non minus admiror in Iob
confessionem humilitatis peccatorum quam
tot sublimia gesta virtutum Quoniam enim
quod per infirmitatis peccatum verecundia plerosque
grauiorum est retinens peccatum con-
fitendo prodere quod non ad ipsa ne-
gare Usitatum humani generis vitium
est et labendo peccatum committere et com-
missa negando abscondere et convic-
ta defendendo multiplicare Ex uno
enim lapsu primi hominis hec augmenta
nequitie duximus in communione Idem ore
suo minus parcit qui confiteri cu-
bescit Cum pro eo suo confitetur
et veniam petit et iam quasi pro
delicto propinus dedit Idem nequaquam
os ad confessionem panditur nisi cum
consideratione districti iudicis pena

more spiritus coangustabitur Idem
pignus delictoris est confessio pro
peccato plura que infra de com-
punctione Item infra de contritione
De penitentia de satisfactione Augustinus
in libro de disciplina christiana Erube-
scamus silere et confiteamur et pec-
tora tundamus non ut supra pecca-
ta pavimentum solidemus Nam
qui tundit pectus et non corrigitur
peccata solidat et non tollit Tun-
damus ergo pectus in confessione
et reddamus nos ipsos et corriga-
mur diabolus ne ille nos postea re-
dat qui inimicus noster est Idem Con-
fessio est per quam morbus latens spe
sub spe venie aperitur Idem Quanto plu-
ribus sub spe venie confitebitur tan-
to citius veniam consequatur Idem
quanto homo peccata detegit deus per-
dit Cum autem homo per contritionem et con-
fessionem agnoscit deus detegit unde
propheta Aspicito meo nuda me quod
iniquitatem meam ego cognosco et
Idem Hinc causa celatur quam ipsi in-
venimus in confessione pandere si non
vadunt peccatorum contendat evellere
Idem consideret ergo peccator qualita-
tem criminis in loco in tempore in perseve-
rantia in varietate et quere infra
de pena de satisfactione Idem erubes-
centia confessionis magnam habet
partem remissionis et quia verecun-
dia magna est pena ideo qui eru-
bescit pro Christo dignus sit venia Idem
caveat peccator ne verecundia ductus
dividat diversis sacerdotibus velit manifes-
tare peccata hoc est enim se laudare
et ad ypocrisim tendere Idem neque
enim facilius abluimus nos delicti
in quam cum eum prosternimus supplica-
do intimani nec vehementius eum pro-
sterni quam cum humilitate demum
sequimur nec atrociores ei dolores

inflixim(us) quam cum plagas pec-
catorum nostrorum confitendo et penite-
do sanamus. Idem Iam donum spiritus
sancti habet qui confitetur et penitet.
Oportet enim penitentem confiteri si tem-
pus habet et tamen antequam sit con-
fessio in ore si votum confessionis
sit in corde prestatur remissio pec-
catorum. Idem Fit veniale per confes-
sionem quod erat criminale per operacionem.
Idem Qui confiteri vult peccata ut in-
veniat graciam querat sacerdotem
scientem ligare et solvere ne cum ne-
gligens circa se extiterit negligatur
ab illo et ambo in foveam cadant.
Idem Assidua peccata et quodammodo
quotidiana assidua lavantur confessione
assidua et restaurantur tribulacione.
Idem Tanta vis est confessionis
ut si deficit sacerdos confiteatur
proximo suo. Idem Utiliter ac salubri-
ter admonemur ut peccata nostra debeamus
iugiter ac humiliter non solum deo
sed etiam sanctis et deum time-
ntibus confiteri. Idem Qui confitetur
sacerdoti meliori quam potest et ponat
se penitens omnino in iudicis potestate.
Idem Sine pena sunt peccata sine ma-
gna gracia impunita esse non possunt
quia vel homine penitente vel deo perc-
uciente vindicantur. Cessat autem vindicta
divina si confessio precurrat
humana. Idem in libro confessionum Tibi do-
mine cuius oculis nuda est abissus hu-
mane consciencie quid occultum esset
in me etiam si nollem confiteri
tibi te enim absconderem michi non
me tibi. Idem ibidem Obsecro te deus
meus me ipsum michi indica ut con-
fitear oraturis pro me fratribus me-
is quod in me saucium est. Quod pec-
catum plura quere infra de pena

Item de satisfactione. Idem Cum accu-
satur et confitetur sua peccata cum deo
facit pactum quia confessio peccatorum
invitat medicum sanaturum. Idem Vi-
vis esse pulcher coram deo confite-
re te fedum esse. Inicium enim bonorum o-
perum confessio operum malorum. Ambrosius super
Lucam Pater inquit filius prodigus
peccavi in celum et coram te. Hec est
prima confessio apud auctorem nature
presulem misericordie arbitrum culpe. Sed et si
deus novit omnia vocem tamen
tue confessionis expectat. Ore enim
confessio fit ad salutem et accusato-
ris concludit iniuriam qui accusa-
torem preveniunt confitendo. Iustus
enim in principio accusator est sui. Idem
Illa confessio nos liberat a culpa
cui penitencia fuit subsecuta. Idem super
Lucam Lacrimis confitetur delicta. Quere
infra de lacrimis et fletu. Idem super
Lucam Culpa in confessione lavantur.
Idem in libro de paradiso Confessio a mor-
te animam liberat paradisum aperit
spem salutis tribuit. Non enim mere-
tur graciam iustificari qui non vult
peccata sua confiteri. Idem in libro de pe-
nitencia Cum iaces in tenebris con-
sciencie et delictorum tuorum sordibus
quasi in vinculis carceris exi foras delic-
tum proprium prode ut iustificeris. Ore
enim confessio fit ad salutem. Crisostomus in
libro de compunctione Cur peccare non
erubuisti et confiteri erubescas. Dici-
to peccata tua in hac vita ut in alia
vita requiem habeas. Idem Habes accu-
satorem diabolum et inimicum pre-
veni ergo eum et obtura os eius
ipsa tua sponte confitendo peccata tua.
Idem Fonte ipsum lacrimarum relinque-
re malorum rivulos purgare curemus

Idem in 2° li° de compunctione cordis oportet non solum scire et confiteri quia multa in nobis delicta sunt sed etiam unumquodque peccatum et malus et unusquisque in libro sit in corde suo descriptum scire ea que frequenter recensere atque ante oculos ponere et tamquam tamen hec admissa fuerint lugere ut eum anime sue vindicamus frangimus et cautela nobis acrior nascetur ne ulterius in delicta vel eadem vel similia incidamus Idem hec ergo causa est et quare supra de compunctione Idem in sermone Confitemini domino quoniam bonus Opus scius medelam purgandi facinoris obtulit dum qualiter iram deus placaremus ondit non vult nasci qui instruit sanitati consulunt qui medelam volentibus suggerit inspirat quia vero consilia salutis tribuit vult ut confessione vivat qui precepta contempsit ut periit Confessio enim primum monstrat primam satisfactionem ondit satisfactio non nemam sibi consiliat Idem ibidem O veneranda pietas dei peccamus et parcit delinquimus et ignoscat offendimus et adhuc quod placatus consistit monstrat dulcem se erga peccatores ostentat nec peccator iam potius corrumpi qui leges contempsit ne delinquet et confessionis remedia amplecti nolunt ne periret Confessio enim affert illi salutem cui contemptus attulit mortem Idem in eodem Consilium ad salutem datum amplectere et peccatorum indulgentiam instanti confessione mereare quia enim horreres fateri quod libens ac presto commisisti cur confunderis dicere quod non confusus es perpetrare cur vereris domino indicare quod ipso presente non es veritus committere aut numquid cum ignorare que fecimus putas insi nobis confitentibus discat Idem ibidem Peius est confiteri nolle quam legem contempnere peius est commisso peccato penitentiam spernere quam mandata de divina despicere peius est divinam divina offensam satisfactione nolle placare quam peccando dei bonitatem offendere Denique ninivite confitentur et vivunt sodomite obdurantur et perierunt pereunt filii israel quotiens peccant hostibus traduntur quotiens non peccasse se confitentur de ipsorum manibus liberantur Idem in eodem sermone Confitemini inquit domino quoniam bonus qui bonum ostendit confiteri persuadet peccatorem cum bonus absolvit iustus condempnat bonus indulgentia tribuit sed iustus merita peccatorum compungit Idem in sermone apud iudicem bonum confessio est mater indulgentie apud iudicem vero iustum debitum est pene unde fit ut qui bonum iudicem sentire voluerit confitendo iustum iudicem sentiat reticendo liceat ergo confiteri cum peccare non licuit confessio reddat quod peccatum detraxit curet pena quod macula peccatorum sordidaverat serpentium morsus satisfactionis antidoto retineretur peccatorum venena penitentie instantia depellantur ut qui peccatis nostris sunt offensus confessione una nobis miseris reddatur et plus 139 super carnes si erubescit egrotus vulnus medico confiteri quod medicus ignorat medicina non sanat Idem in omelia super matheum et est in omelia de sabbato penthecostes Cristus rogatus non ultro curat egrotos ostendens se contra maiorum passiones et precibus fidelium semper annuere et ea non negare que ipsi non intelligunt vel intelligenda dare vel pie petentibus non intellecta dimittere Idem

nū

ad Hebreos. Sane nescio an aliquis
possimus leve peccatum dicere quod in dei
contemptum committitur. Est ergo prudentis-
simus ille qui non tam considerat
quod minimum sit quod admittit quam illius qui ius-
serit nec quantitatem imperii sed impera-
tis cogitat dignitatem. Ysidorus in libro ethicorum 2o
Confessio est erroris confessio pro-
fessio desinendi. Desinendi ergo aper-
tatis est dum quis confessus est. Idem
confessio antecedit et remissio sub-
sequitur peccatorum. Idem in sermone. Con-
fessio sanat, confessio iustificat, pec-
cati veniam donat. Omnis spes et ve-
nie locus in confessione est. Idem. Perfecta
confessio purgat a sordibus maiorum.
Plenissima enim debet esse confes-
sio ut plenissima indulgentia conse-
quatur. Idem. Dum integre confitetur
mala que fecit consequetur integram
remissionem et consequenter recipiet bona
que non meruit. Idem. Intra cordis
tui venula perimas cogitationes tuas
illico manifesta peccatum enim proditum
cito curatur, dum vero occultum tacen-
do ampliatur. Idem de summo bono libro 2o
capitulo xiii. Ex eo unusquisque iustus esse
incipit ex quo sui accusator extiterit.
Querite inquit dominum dum inveniri potest. Simo-
tate cum dum ipse est et ubi potest in-
veniri nisi in hac vita in qua etiam
ipse est omnibus invocantibus eum.
Nam tunc longe erit quando dicet
Ite in ignem eternum modo enim non in-
detur et ipse est et tunc videbitur et
ipse non erit quia et videri poterit et
non inveniri. Idem. Augustinus capitulo xxxiiii. Quo-
niam tacui et quia non sum confessus
inveteraverunt omnia ossa mea. Quid ergo
tacuisse se penitet nisi confessionem
peccatorum quod clamasse se dolet nisi
defensionem malorum. Cum ergo peccatorum
suorum defensor extiterit vere ut penitendo
per confessionem accuset quod prave

supplicando commisit. Idem ibidem. Verecun-
dia tanta debet esse verecundans cum
amaritudine peccati ut ea que gessit spe-
cialius latius confiteatur. Plura quere in-
fra de penitentia. Basilius in epistola. Anima confes-
sionem si amas decorem verum ubi con-
fessio ibi pulchritudo ubi decor. Si peccata
sunt in confessione lavantur. Si bona opera
sunt in confessione emendantur. Bonum
enim anime ornamentum confessio est que
et peccatorem purgat et iustum reddit
purgatum purgatiorem. Nam absque con-
fessione et iustus iudicatur ingratus
et peccator mortuus reputatur. A mortuo
quippe tanquam qui non est perit con-
fessio. Confessio namque peccatoris est
vita sed iusti gloria. Idem. Quotiens con-
fiteor michi videtur plus non esse con-
fessum. Idem. Humilis ac verecunda debet
esse vera confessio qua debet emen-
dari vera superbia et transgressio. Idem.
Cum mala tua confiteris sacrificium
est deo spiritus contribulatus. Cum deo lau-
des dicis immolas deo sacrificium lau-
dis. Idem. Non vult deus mortem meam
et ego non libenter offeram vitam meam.
Idem. Cum mala tua confiteris sacri-
ficium est deo. Sunt qui confitendo
sicut fabula peccatorum suorum narrant
hystoriam et egritudines anime sue
sine compunctione et verecundia denun-
ciant et ideo nichil de consolatione
reportant. Ille vero cito lacrimas in-
venit et resolvitur ingemitus com-
punctionis qui semper habet dolorem.
Idem. Unde quod recordet remordet
constanter confitebor libenter humiliter
fideliter et discrete. Idem. Impurissima
magna ab illo pudet et inquinari
non pudet. Plura quere infra de pe-
nitentia. Idem in sermone. Confiteor
tibi pater celi et terre. Hic confiteor
dicit spiritus a quo longe est omne

peccatum non ergo solum peccatoris est
confessio sed etiam aliquando laudatoris
Confiteamur ergo sive laudantes sive
accusantes nos ipsos Est ergo utraque
confessio et cum te reprehendis qui
non es sine peccato et cum deum laudas
qui non potest habere peccatum Glosa super
illud psalmi Beati quorum remisse etc. hic
te conteras pro peccato ne in futuro per
eo conteraris hic tege peccata per con-
fessionem ne in iudicio pateant hic am-
puta per satisfactionem ne in futuro im-
putentur per eternam dampnacionem
Idem ibidem super illo verbo Delictum
meum cognitum tibi feci id est ad hono-
rem tuum tibi aperui ut tu operires
tibi detexi ut tu tegeres ego agnovi
ut tu ignoscas Glosa ibidem super illo verbo
dixi confitebor adversum me etc. Mag-
na commendatur hic gratia dei que propo-
situm confitendi preveniat et in ipso pro-
posito statim ante confessionem etiam
peccata dimittit Glosa ibidem Et nota quod
dixit Confitebor adversum me non
me tamen nec contra sic fatum nec contra
stellas non contra deum non contra me
dium non contra hominem nec contra
consuetudinem se excusando et ita
refundendo culpam in demum ut ada
sed contra semet ipsum ut sibi ipsi impu-
tet peccatum suum Unde alibi dicit Et
peccatum meum contra me est semper. tibi
soli etc. Glosa super illud psalmi Confitebimur
tibi deus confitebimur Repetitur con-
fessionis verbum ad ostendendum quod duplex
est confessio Est enim confessio peccati
que fit tripliciter scilicet corde ore et opere
Corde unde dicitur Corde creditur ad ius-
titiam Voce cum peccata sacerdoti re-
velamus secundum illud Confitemini alter-
utrum peccata vestra Opere cum facimus dig-
nos fructus penitentie Explicacio cum delictis
complicacio complices est opere Humili-

est confessio laudis et hec etiam duplex
Est enim confessio laudis consistens
in tranquillitate pacis prima confessio
martirum est Et dicitur melius professio
id est alicuius singulare studium in quo quis
celler indicio sui et aliorum Unde dicit
Dum me confessus fuit etc. Secunda con-
fessio sine persecutione est qua nos
utimur cum dicimus Credo in unum deum etc.
et utraque istarum confessionum laudis
fit etiam corde ore et opere Glosa
super illo verbo psalmi centesimi quarti Con-
fitemini domino et invocate nomen
eius Adiuncta sunt confessio peccati
et confessio laudis sed precedit confes-
sio peccati quia non est speciosa laus
in ore peccatoris Unde postquam dicit
Confitemini domino sequitur et invo-
cate quia peccator non potest invo-
care nomen domini id est verum nomen Glosa
super psalmo 30 Est quedam confessio te-
palis et ad horam que quidem prodest
scilicet perturbacio animi respicientis
peccata sua et conspeccione horrentis
ipsa peccata et confusione corrigentis
ipsa peccata quia si respiciunt et non
corrigunt tunc amplius augmen-
tantur Glosa Apostoli ii Melius est
hic erubescere coram paucis quam in
futuro coram omnibus Glosa super
illo verbo psalmi centesimi quinti Confi-
temini domino quoniam bonus etc. hic in-
vitatur penitens ad confessionem peccati
in qua maxime laudatur deus dicit
ergo Confitemini domino scilicet peccata
tua vera quoniam ipse est bonus
in natura quia in seculum misericordia eius
et multus ad ignoscendum peccata Idem
ibidem Nota quod confessio peccati debet
esse discreta humilis et devota Dis-
crecio vero attenditur in duobus scilicet
ut confiteamur et frequentia vice scilicet
ut confiteamur omnes circumstantias

enygmaticatis ipsum peccatum humilitas
exigitur ne cum superbia et cum qua
dam iactancia et gloria confiteamur
peccata devocio exigit ut confessio sit
lacrimosa et inquantum accedere ut si
potest fieri quamquam sanguinis a
nime exeat per fenestras oculorum
meorum unde exitus aquarum deduxe
runt oculi mei quia non custodierunt
Glosa Math 3o Confessio peccatorum
testimonium est consciencie timentis
deum qui enim timet iudicia dei
non erubescit peccata confiteri Prosperus
eum timor solvit omnem pudorem sic
perfecta caritas foris mittit omnem
timorem Idem iubemur confiteri
peccata ut erubescencia erubescere patiamur
pro pena Calixtus papa Melior est
in malis factis humilis confessio quam
in bonis superba gloriacio Eusebius Emi
senus Caritatis peccata non potest
per erubescencia sed ex cordis nascitur
superbia Seneca Eumpuin navare
vigilantis est et meum (?) sompnum confiteri
sanitatis indicium est Expergiscamur
ergo ut errores nostros redarguere
valeamus de commendacione virtutum. que
infra de virtutibus

De conflictu viciorum et virtutum
Aug. in eodem libro sic intitu
lato Quoniam amarius est superbie cogni
sus que est angelos de celo precipit
hominem de paradiso minavit Super
bia dicit Certe multis immo pene
omnibus melior sum verbo scientia divi
ciis honoribus et cunctis que corpora
libus aut spiritualibus proficiunt ca
rismatibus cunctos ergo despice
cunctis ergo temet ipsum prepone vel
superiorem attende. Humilitas videt
Memento quia pulvis es quia pulvis
es cinis es quia vermis et putredo
es quamquam si aliquid es tanto magis
te humilies quanto magnus es et si
non consideras quid es prodes ero quod
es nunquid tu clarior quam primus an
gelus nunquid tu splendidior in terra quam
lucifer in celo quod si ille de tanta subli
mitate per superbiam cecidit quomodo
tu ad tanta celsitudine superbiendo
de ymis ascendes Plura que infra
de superbia Item infra de humilitate In
anis gloria dicit Age bonum quod vales
ostendis bonum cunctis quod facias ut bo
nus a cunctis dicaris ut dei elec
tus voceris ut nemo te contempnat
nemo despiciat sed universi debitum
honorem persolvant Timor dei Si bonum
agis hoc non pro transitoriis sed perpetuis
honoribus agere debes nec ad tuum
sed ad dei honorem omnia facere et co
gitare occulta que agis inquantum
vales sit in animo tuo occultandi volun
tas et non erit de ostentacione ulla
temeritas nec erit cuiusquam alicuius
illud quodque manifestare quod celatum
semper velles habere Simulacio dicit Fin
ge te foris esse quod intus esse non cu
pis seu appetis ne cunctis detes
tabilis habearis Vera religio videt
Immo magis satage esse quod non
es hoc omnibus ostende quod non es
quid aliud quam dampnacio est Con
temptus aliorum dicit Numquid tu ut
tibi prepositis obtemperes tibi de
terioribus et vilioribus famulatum
exhibeas te magis quam illos decue
rat imperare qui tibi non possunt
ingenio vel industria coequari Obe
dientia ergo solius dei imperio et non sit
tibi cure de aliquo alio Subiectio de
vota videt Si dei obtemperandum est
imperio eciam humano subdi necesse est
magisterio deus cum dicat prelatis vica
riis suis Qui vos audit me audit
et qui vos spernit me spernit Itaque

quis aspicit si talis esset qui loco
dei imperat sed non est talis per quem
deus imperat. Sed audi apostolum contra
dicentem tibi. Ait enim apostolus: Omnis po-
testas a domino deo est. que autem a deo
sunt ordinata sunt. Itaque qui potestati
resistit dei ordinacioni resistit. qui
autem resistunt sibi dampnacionem
ipsi acquirunt. Et petrus apostolus
ait: Subditi estote in omni timore
non tantum bonis et modestis sed etiam
dyscolis. Quales ergo esse debeant
hii qui imperant non est a subditis
discuciendum. Invidia dicit: in quo tu
illo vel illo minor es? Cur ergo eis
equalis vel superior non es? quanta
vales que illi non valent. quot et
quanta scis que illi non valent num-
quam didicerunt. Non ergo tibi superio-
res vel equales esse debent. Concor-
dia fraterna videt. Si ceteros virtu-
tibus antecellis tucius in infimo
loco quam in summo te ipsum conservabis.
Semper enim de alto fit peior ruina.
Quia si tibi asseris quidam superiores
vel equales sunt quid te ledit quid
tibi nocet. Caue prius ne dum
aliis locum celsitudinis invides illum
imiteris de quo scriptum est: Invidia
dyaboli mors intravit in mundum. Imi-
tantur autem illum qui sunt ex parte
ipsius. Odium dicit: Absit ut illum
ames quem in omnibus contrarium ha-
bes qui tibi detrahit qui te dero-
gat qui tibi insultat qui te con-
viciis exasperat qui tibi peccata tua
improperat qui te dictis factis et
honoribus semper prevenire festinat
nisi enim et ipse tibi invideret nequa-
quam se tibi sic preferre curaret. Di-
lectio vera dicit: Utique hec que nar-
ras odio habenda sunt in homine.
Natura non est amandus homo qui
dei ymago est sicut christus qui in

cruce positus inimicos suos
dilexit et ante crucis tormenta
admonuit dicens: Diligite inimi-
cos vestros. eius ipse amicum amari-
tudinem cordis eius et quo pac-
to vos inveneris caritatis dulcedinem
pone. Nichil enim illa suavius
nichil beatius. Plura quere supra
de caritate. Detraccio dicit: Quis
potest sustinere quis silencio va-
leat tegere quanta vel ille vel illa
perversa committat nisi forte qui con-
sentit libertas iniste increpacionis
videt. Nec tacenda sunt mala pro-
ximi nec tamen manifestanda sed caritate
fraterna proximus est redarguendus
non in dubio etiam errata proximorum
de lingua non ad tempus silencio
tegenda sunt aptiori tempore corri-
gantur. Ira dicit: que ergo te agun-
tur non possunt equanimiter perferri ymo
paciencius portare peccatum est quia si
non eis tam magna exasperacione
resistitur contra te deinceps sine ea
pace mensura cumulant. Paciencia si
passio nostri redemptoris ad memo-
riam reducitur nichil tam durum est
quod non equo animo toleretur. Christus
enim ut ait petrus pro nobis passus
est nobis relinquens exemplum ut
sequamini vestigia eius. Sed quanta
sunt hec incomparabiliter illorum que
nos hic patimur. Ille namque contume-
lias irrisiones alapas et obprobria
sputa spineam coronam crucemque sus-
tinuit atque mortem. et nos miseri
peccatores ad iram uno sermone pro-
vocamur et ad vindictam uno verbo
deducimur. Plura quere infra de paciencia.
Superbia dicit: Utique insultes inimicis
in persona et ventis amabilibus
bona verba et non magis aspera ut

tales debet cum delinquunt obiur
da sunt Mansuetudo videt Non
tua in hijs persuasio sit sed apostoli con
sequenda preceptis Remove te ne in
crepaueris et Rursum Seruum domini
non oportet litigare sed mansuetum
esse ad omnes Est videlicet malum pro
tinus deterius ad hoc subditis quod
prelatis nocet Respondens cum contingit
ut leniter et cum claritatis dulcedine
prelatorum correpcionem subditi spernant
et econtra contra humilitatis verba de
speccionis et contemptus iacula remit
tant Plura que infra de mansue
tudine Timor mentis dicit Certe
habes domini moclis non sit tibi cure
quod dere homines supplantent Satis
facere debita videt Non est danda
detrahendi occasio non suspicio su
surrandi sed si aut sint que corri
gantur manifestanda aut certe si
desunt protestacione neganda Tor
por et ignauia dicunt Si lectioni
et labori continuato studio semper insis
tis oculorum caligine incurris si in
desinenter lacrimas fundis ipsos eciam
oculos amittis si prelatis vigiliis
psalmorum tecum prolixius insaniam
cum capitis acquiris si cottidiano
labore te consicis ad opus spiritua
le quod consurges Exercicium boni res
pondet Quid tibi ad hoc prescendam
tam longa temporis spacia promittis
unquam scis si die crastina viues an
non vel si eciam unam horam in
hac vita facias An forte de tua
mente excidit quod saluator in eu
vangelio dicit Vigilate quia nes
citis diem neque horam quia propter
dispute corporis inertiam semper quod me
mento quia regnum celorum non tepi
di non molles non desides sed vio
lenti unque facientes diripiunt que

infra de ocio et labore Cupiditas
vel auaricia dicit valde sine culpa
est si quedam habenda concupiscis quia
non multiplicare concupiscis vel appe
tis sed egere pertimescis et alius male
male retinet tu melius conpendes
Mundi contemptus videt Ista nec a
pud homines seculares sine periculo
perueniunt quia quanto quis amplius
hic cepit tanto magis hic concupis
cit sitque ut modum in concupiscen
do non habeat dum in unius huius
seculi cursus de fine festinat Si ergo
secularibus minus ita periculosa res
cupiditatis industria quanto magis
periculosa est illis qui iam huic et
conuersacione seculares esse desierunt
quibus totum quod viuunt quod sunt
quod habent deo domino deuouerunt
Sed dicis forte Ideo aspris religio sis
quod viris plura sunt habenda ut me
lius ab ipsis qui a pluribus sepe frau
pibus exiguntur et ego consencio
sed prelatis non autem subiectis ita co
uenit dispensacio temporalium Obedi
encia sine tenacitas dicit Si ea que
possides egentibus tribuis unde
tunc te siluquas conpensos absque pe
nuria uictricus Misericordia videt
Memento quid purpurato diuiti con
tigerit qui non ideo dampnatus
est quod aliena rapuit sed quod egenti pau
peri lazaro sua non tribuit et tamen
in inferno positus ad petendam an
mam aque guttam peruenit qui hunc
eciam pena negauit Plura que re
infra de uinea Ventris ingluuies di
cit Ad esum dedit deus omnia munda cre
auit et qui saturari cibo respuit
quid aliud quam muneri donantis con
cessio vicijs et ingratus contra
dicit Abstinencia vel laborum pertinacia
videt unum corporis horas que dicas

Verum est ne eciam fame moriatur ypo-
dens anima nimia carent ad esum
sed ne comedendi mensuram excedet
abstinencia impiant et inter ceteras
sui mala nativitate saturitate pa-
nis Sodomam periit qua iuxta sicut ex-
egri ad medicinam sic ad sumendas
dapes debet quisque famelicus acce-
dere nequaquam in illas voluptate appetens
ut ingratus sed necessitati succumbens
ut dei famulus Ille vero ad plenariam vi-
cium gule superat qui in sumendis da-
pibus non solum parsimoniam tenet
ut sed refectionem corporis querens i-
pse vero etiam alternaciones et lau-
ciores epulas excepta corporis infir-
mitate et hospitum susceptione contem-
pnat plura quere supra de abstinen-
cia Inepta leticia dicit Ut quid gau-
dium cordis intus abscondis egrede-
re letus in publicum dic aliquid iocus
unde vel tu vel proximum rideant et
letentur fac eos tua leticia letos illud
apostolum impleas Gaude cum gau-
dentibus Mencie moderatrix videt
Unde tibi tanta leticia cordis in est
nunquam iam dyabolum vicisti nunquam iam
de exilio ad patriam venisti Sed forte
tibi venit in oblivionem quod deus ipse
dicit Mundus gaudebit vos autem
contristabimini sed tristicia vestra vertetur
Comprime ergo vanam tui cordis leti-
ciam donec mundi penam evaseris
erumpnam nemine apud omnes homines
insanus iudicatur qui carceralibus
tenebris reclusus gaudere conatur
Multiloquium dicit Non reus ille tene-
bitur qui plura quidem sed bona loquitur
sed ille reus tenetur qui saltem vana
sed mala loquitur Deprecata taciturnitas
videt Verum est quod dicis sed dum mul-
ta bona proferri videntur sepe contingit
ut a bonis locucio inchoans ad pra-

va derivetur et hoc ipsum sacra scrip-
tura innuit quia in multiloquio
non deest peccatum Ac forte vix innu-
mera verba declinantur innoxia sed mi-
nus declinari poterunt in utilia vel
ociosa de quibus etiam racio in futuro
erit reddenda Tenendus est itaque
modus in loquendo atque ab ipsis non
nunquam utilibus verbis est parcendum
plura quere infra de multiloquio
Corporalis fortitudo dicit Cur te vo-
luptate tua modo non delectas cum
te quid sequatur ignores Accep-
tum tempus indeperditum perdere non
debes quia quandoque preterit vernus
Si enim deus hominem in carnis
voluptate uti non vellet ipsum
genus humanum ex coitu masculi et fe-
mine non fecisset Carnis mundi-
cia videt Nolo ignorare te quia fugias
quod post hanc vitam recipies Si
enim pie et caste vixeris tunc sine
fine gaudebis Si autem impie et
luxuriose tunc eternis incendiis
subiacebis Unde autem magis caste
vivere debes Unde quamvis tempus
cupiat ignorare te dicis et infra
O quam pura est continentis hora in
qua percipitur vita futura Ysidorus de
summo bono li. 2o ca. 3a Adversus
impetum maiorum viciorum virtuti-
bus est pugnandum contra luxuria-
cia est cordis et carnis mundicia
adhibenda contra odium est dilectio
preparanda contra iracundiam est paciencia
provocanda sequitur singule virtutes
nascencia contra se vicia resistunt
ac temptacionum motus virtute
divine caritatis extingunt libidinem
cum abstinencia domat ita gutturis
corpus medica frangit tantum mens
ab appetitu illicito revocatur Idem

ibidem Quedam vicia cu(m) virtutibus
ad utilitate(m) hominis confligunt ut
s(ed) ip(s)o certamine vel mens hominis exerce-
atur vel ab elacione superbie compressus
animus restringat(ur) Idem ibidem ca(pitul)o 24 Que-
dam vicia speciem virtutum p(re)ferunt
Ideo q(uia) p(er)niciosius suos sectatores
decipiunt quia se sub velamine virtu-
tum tegunt Nam vicia que statim
virtutibus contraria patent cito dum
in palam veniunt emendantur propter q(uod)
p(er)petrates detestabilibus o(mn)ibus exhibe-
ntur ecce interdum sub specie ius-
ticie crudelitas agitur et putatur
esse virtus q(uod) viciu(m) est Sic et re-
missa segnicies mansuetudo creditur
et quod agit negligencia torpens
putatur agere indulgencia pietatis
Idem ibidem c(apitul)o 28 Apud quosdam
ex virtute viciu(m) gignitur dum quis se(se)
de castitatis et abstinencie meritis
gloriatur Nam et qui elemosinam
vane glorie causa tribuit ex virtute
p(ro)fecto viciu(m) facit s(ed) et eis qui de
corum Venerem quippe spem seculi reli-
queram et quod esse potui nolui e-
legi enim abiectus esse in domo dei
Meus etiam qui diligunt seculum
secernerem me et eis qui presunt populis
non me coequarem nec in convivio do-
mini superiorem locum elegi sed humilem
et abiectum esse et placuit illi dicere
michi ascende sursum Idem ibidem A-
deo autem timebam et contempnebam
episcopatum ut quia iam ceperat aliquantus
esse momenti fama mea inter servos dei
non illo accederem in quo loco sciebam
episcopum esse sed hoc cavebam et agebam
inquantum poteram ut in illo humili lo-
co salvarer ne penitus in alto periclita-
rer Idem in sermone quadragesimali Quia vanitas
est contempnendus mundus quia preterit ille ipse

mundus sicut contempnunt auctorem Idem
in sermone de oratione dominica Dicta mundi
quantos decepisti quantos excecasti
qui dum fugis nichil es dum videris
umbra es Dum extolleris fumus es
dulcis es stultis sed amara sapientibus
Igitur contempnenda es fugienda es quia
fumus es et umbra. brevis es et
periculosa es falsa es curre ergo cur-
re sapiens fuge qui fugis sic enim
est homo in hac vita quasi sit in do-
mo aliena nesciens quando dicatur surge re-
cede Idem in sermone Omnis mundi amator
amarum habebit et Quid stupes mun-
de in mundo quod stupes quod arcere
conaris tenere nos fugiens quid faceres
si maneres quem non deciperes dulcis si esset
amarus blandimenta dulcia dum mentiris
Idem de verbis domini non sunt mali dies
quos agimus in huius mundi corrupte-
la et inter tot et tantas difficultates
ubi semper est falsa voluptas et nulla
gaudii securitas sed timor torquens
avida cupiditas et arida tristicia
ecce quam mali sunt dies huius mun-
di et tamen rogant homines dominum
ut diu vivant in hoc mundo quid est
autem diu vivere nisi diu torqueri Idem
in xxii. li. de civitate dei Quot et quan-
tis malis genus agitetur humanum in
hoc mundo quis ullo sermone digerit quis
ulla cogitacione comprehendit de ipso cum
corpore hominis tunc conferunt morbi
ut nec libris medicorum omnia possint
comprehendi In quorum pluribus ac pe-
ne omnibus ipsa medicamenta etiam
sunt tormenta ita ut homines a
penali exitio penali curatione depelli
o plura quere supra de adversitatibus
de afflictionibus de amore mundi de
brevitate humane vite / de miseria vite
humane de mundo. de morte de tribulacione

nibus Idem in epla Vincula huius
seculi quere sup de amore mundi
Idem in omnibus doloris quere in
de pena Idem quid prodest quere sup
de avaricia Glo sup illud ps Con
tricio et infelicitas in vijs eorum Ni
chil in hac vita etc quere infra de con
tricione Ambros in sermon Nemo un
quam sollicitus de mundo potuit esse
solicitus de xpo quia dum lucris
domus sue providet potuit utilita
tibus anime providere Idem in epla
ad constantium Quid in hoc mundo
prosunt divicias super flua cum et in
hijs nulla sunt adiumenta nascen
di nec impedimenta nec moriendi
nam et sine tegmento in hoc mundo
nascimur et sine viatico mundi disce
dimus et sine hereditate sepelimur Idem
ad eundem Vane sunt spes hominum
in hoc seculo que ea quo non sunt
tamquam ea que sunt possidenda arbi
trantur Itaque vane sunt et inanes
vero spes tamquam enim in sompno
venerunt abierunt astiterunt eva
nuerunt et tamquam fuisse dispersa sunt
teneri videntur et non tenentur dein
de fugit potestas abijt cura patrimonij
ferme vetustas studium honorum et
dignitatum Hec enim omnia sunt
sompnia quibus non movetur qui
vigilant corde sed dormientes ex a
gitantur Caduca sunt ergo hec omnia
et contempnenda quia sine lucro
sunt Illud autem solum est lucrum
ubi est fructus perpetuus ubi est et
ne mercedis quietis Idem sup Mate
Hunc mundum quasi stadium vite gi
lutum cauco quasi vnatorum gtep
no Idem Qui vult deum possidere
renunciet seculo ut sit illi deus bona
possessio hic ante renunciet seculo
quem teneri possessionis non de

lectat amicicia Idem in li de xij
patriarchis Cum istum mundum tan
to tempore desideramus in quo quis
quanto diucius fuerit tanto ma
iorum peccatorum sarcina pregravatur unde
Jacob ait Dies mei pauci et mali non
quod mali sint dies ipsi sed quia mali
actus ipsi dierum cottidie malitie et mi
serie cumulantur Idem Tantis mal
etc quere sup de brevitate humane
vite plura quere sup de amore
mundi Item infra de miseria humane
vite de mundo de morte Crisostomus sup
illud Math Qui portavimus pondus
diei et estus etc quia mundus iste in
principio sui bonis omnibus prospe
rabatur ideo qui tunc fuerunt
in mundo cum maiori difficultate
tristiciam senserunt quia mundi pros
peritas impedimentum est anime in
iusticiam operanti nunc autem senescens
mundus in omnibus adversitatibus
premitur unde minus contempnendus
est Idem sup illud Math vij Spa
ciosa est via etc Spaciosa quidem
quia omnia que sunt in hoc mundo
scilicet uxor filij parentes et amici
aurum et argentum honores et
dignitates et quicquid in hoc seculo
consistit quod sensus corporales de
lectat via perdicionis et etiam dampna
cionis est Idem sup Math O
infelicissimus mundus et infelicissimi
sunt qui sequuntur semper eius opera
mundialia excluserunt homines
ab eterna vita ipsa eius felicitas mun
dialium vero magnum impedimentum
est anime ad iusticiam faciendam
Idem sup Johem Vincamus mun
dum curramus ad inmortalitatem
sequamur regem nostrum statuamus
velut ipsius tropheum et non est

opim' laboribus disponamus ad certu
et metus est mundus munusque et
si non comprimeris mundu metus
est mundus si deseris cum superatus
est Idem ibidem Cum paucorum compe
tentiam deserunt et contempnunt
hii maxime sunt qui deum ut
oportet diligunt Idem Summa ani
ditate et querere superi de amore mun
di Item sup(er) de brevitate huius
vite De miseria vite mundane de
mundo De divitibus et honoribus
Ier' li. 2o cont' Iovinia' hereticum
et contempserit mundu Multi philosophorum
reliquerunt frequentias urbium et co
tempserunt mundu preter ortulos sub
urbanos ubi ager irriguus et ar
borum come et susurrus avium fon
tis que speculum et rivus i murmure
rivus et multe oculorum animumque ille
cebre sunt tollite ne per luxum et
habundanciam copiarum animi
fortitudo mollesceret et eius pudici
cia constupratur Inutile quippe est
crebro vide(re) per que quondam captus sis
et eorum te experimento committere quibus
difficulter careas Sed et pictagorici
huius frequenciam mundialem declinantes
in solitudine et desertis locis habita
bant Platonici quoque et stoici in
templorum locis et porticibus ver
sabantur et ad montem angustioris
habitaculi sanitate nichil aliud quam
de virtutibus cogitarent Idem ibi
dem Sed et ipse plato cum esset dives
et thorum eius dyogenes philo
lutulentis pedibus conculcaret ut
posset vacare philosophie elegit achade
miam villam ab urbe procul non
solum desertam et pestilentem ut
cura et assiduitate morborum libidi
nis impetus frangerentur discipuli

que sua nullam aliam sentirent nisi
voluptate nisi eorum illarum rerum quas
discerent Quosdam philosophos etiam legimus
sibi effodisse oculos ne per eorum visum
a contemplacione philosophie avocarentur
Idem ibidem Socrates et ille thebanorum
proiecto in mari non parvo auri pon
dere Abite inquit pessime male cu
piditates ego vos mergam ne ipse
mergar a vobis reputans non simul
esse posse virtutes et divicias pos
sidere Idem in eodem Cheremon stoi
cus vir eloquentissimus narrat
de vita antiquorum egipti monacho
rum et sacerdotum quod omnibus mun
di negociis contemptis prius omnis vo
luptatibus semper in templo fuerunt
et rerum naturas causas ac si
derum motus contemplati sunt numquam
se mulieribus miscuerunt numquam
cognatos propinquos sed nec liberos
quidem viderunt ex eo tempore quo
cepissent divino cultu deservire a car
nibus et vino semper abstinuerunt
propter tenuitatem sensus et vertiginem
capitis quam ex parvo et superfluo ci
bo paciebantur et maxime propter ap
petitum libidinis edomandum et pane
raro vescebantur ne stomachum one
rarent et si quando comedebant tunc
simul propter ysopum sumebant in ale
gria ut esset eam graviore illius calorem
decoquerent Quid loquar inquit de
volatilibus cum ova quoque sicut
carnes vitarent et lac quoque aliud
carnes liquidas aliud sanguinem
esse dicebant colore mutato Cubile
eis de foliis palmarum erat scabel
lum acclive ex una parte ablignum ad
terram pro pulvinari suo capiti sub
ponebant biduum triduumque mediani
sustinentes et humores corporis qui

na sumpt coccio et commansione v-
nius loci innuma vitus castigatione
sociabant Idem Jovinianum in eadem
li° 2° contra Jovinianum refert quod Saty-
rus qui illustrium virorum scripsit
hystorias quod Dyogenes ille famo-
sissimus qui fuit potentior rege
Allexandro et humane nature victor
pallio duplici usus fuit propter frigus
et quod peram pro cellario habuit et senectu-
tis portamentum clavam ob corpusculi fra-
gilitatem qua iam senex membra
sustentare solitus erat vocitus a
quolibet et accipiens cibum habitavit
autem in portarum vestibulis et porti-
cubus civitatum cumque se torqueret
in dolio volubilem se habere domum io-
cabatur et se cum temporibus immuta-
tem frigore enim os dolei vertebat
ad meridiem estate vero ad septentrio-
nem et quocumque se sol inclinaverat
diogenis simul pretorium vertebatur quo-
dam quodam tempore haberet calicem ligne-
um ad potandum vidit puerum quendam
cum manu concava bibere detorvere
et statim elisit calicem ligneum dicens
Nesciebam quod natura calicem inclusi
preparant Idem ibidem Hec sunt que de
philosophorum argumentis exemplis quod dis-
serui ut formosule tue et teo sile que
sumus nixo pedibus ab umbrantes
vestigia quorum verba in pugnis sunt
et silogismi intercalatus qui pompo-
sitate philosophorum et tenuis duricie aut
nesciunt aut contempnunt mirentur
saltem gentilium paupertatem Idem in
epistola ad Julianum Difficile immo im-
possibile est ut et presentibus et futu-
ris quis perfruatur bonis ut et hic
ventrem et ibi mentem impleat ut de
deliciis transeat ad delicias ut in utro-
que seculo primus sit et in terra et in ce-

lo quibus appareat gloriosus Non potes
te iungas et in mergas terrene
felicitati si desideras eterne beatitudi-
ni sociari Idem ad Nepocianum Quo-
tidie morimur que supra debemuta-
te huius vite Idem Quidem v(ero) sa-
nus in rebus huius seculi libere
de deo non possumus cogitare Idem
Licet sparso crine scissis quam vesti-
bus ubera quibus te nutrierat
mater ostendat licet in limine pater
iaceat per calcato patre perge siccis
oculis et ad vexillum crucis evo-
la solum pietatis genus est in hac
re crudelem esse et veniet postea
dies illa qua victor revertaris ad pa-
triam Idem in questionibus ad Algas-
iam Qui deponit et contempnit
veterem hominem cum actibus suis
negat se ipsum mundo dicens vivo
ego iam non ego vivit in me
Christus tollitque crucem suam et
mundo crucifigitur cui autem
mundus crucifixus est sequitur
dominum crucifixum Idem ad Paulinum
Nemo renunciaturus seculo bene
potest vendere ea que contempsit
ut venderet Crisostomus super Math. xxi
Vides arborem fici secus viam que
infra de religione Idem in libro de
reparacione lapsi Centum si placet
donemus annos deliciis carnis et
mundi delectacionibus addas et
his decies centum que erit cum his
ad eternitatem comparatio unquam non
omne tempus huius vite quam noc-
tis unius sompnium ad eternitatis
comparacionem esse videtur Est ergo
aliquis ita demens qui vel una
nocte videat sompnum delectabile
velit et eligat subire penas eter-
nas Idem ibidem Corpori decoris

suba et que sup de amore mulierum
fugiendo Idem Que stulticia est que
supra de avaricia Idem superhabundancia
verum plerosque magna inopia invenitur
Idem sup Math Mundus iste mul
ta delectabilia ondit hominibus ad
seducendum sicut homo malignus si
viderit aliquem orphanum subam here
paternam ducat cum frequenter ad pran
dium donet m° dum etiam ei aliquod
preciosum indumentum loquitur etiam
illi dulces sermones donec tollat eius
facultates eius sic dyabolus videns
hominem habentem in se thesaurum celes
tem i. animam immortalem et celeste
sapiam mittit terrena vaga porcat
ondit illi aurum et argentum et con
cupiscibilia ornamenta cibos etiam
delicios et honores glorios ut
p(er) hec subiugans cum voluptati
bus suis auferat salutem anime eius
et corrumpat et destruat gratiam cor
dis eius Idem sup epistola ad hebre
os Centupla milies tu et eo am
plius addas mundo sed neque minimo
bono celesti comparandum est plura q
re infra de mundo Item infra de mi
seria vite humane Item sup de amore
mundi Item infra de divitiis Ysid
de summo bono li° 3° c. 62. Cum vite
future et quere supra de adversita
tibus Idem in 3° ethicorum Mundus
est et quere infra de mundo Idem
et 3 glo sup illud ps ego autem
vite spiam Nutrix aliqua ponit
amarum sup mamillas suas quibus
offensi parvuli ablactandi resiliat
ab uberibus et currant ad mensam
patris sui sic etiam inter cetera
mutius xpianorum aliquas pressuras
et corporales et amaritudines suum
tit ut contemptis mundi delectacionibus
redeunt ad dominum deum suum Ysid

de summo bono li° 3° ca° xvij. Generaliter
vite est ut quem mundus odit diligat
adeo Idem ibidem ca° xviij. Bonum est
corporaliter esse remotum a mundo sed
multo melius voluntate utrosque at
est viri perfecti Idem ibidem ca° xxi
Multis argumentis insidiatur dyabolus
eis qui renunciant seculo ut eius se
uterum amori subiiciant quoniam ad
illos seculi gemmas fecit quos po
renunciacionem ad amorem mundi redu
xerit Idem in synonimis Semper inter
na quiete fruetis si te a strepitu
tirenarum actionum subtraxeris Idem
nullus dei sapiam plene recipit
nisi qui ab omni actionum gotiorum
cura abstrahere se contendit plura
quere sup de adversitatibus Item
de afflictionibus Item sup de amore
mundi Item de brevitate huius vite
de miseria vite humane de mundo de
morte Virg sup Math Homo ad
tor corporalium spirituum vel numerorum vel
aliarum rerum concupiscibilium vel istius
vite carnalis potest vere dicere quod
ihi mundus crucifixus et ego mundo
Beth in li° in epistola Vilis est et adum
chlu utilis mundialis consolacio que
supra de consolacione falsa Idem
homo natus de muliere quere de
de brevitate huius vite Idem in li°
de consideracione Quot et tegimus
que infra de miseria vite Idem hor
rorem mortis quere infra de mor
te Idem in epistola Si papis corde ten
est tunc oculorum tuorum despice iam
despice ea sequi que te inferius ef
ficiunt Despice iam despice ea sequi
Beatus enim est qui post illa non
abit que possessa onerant amata
coinquinant amissa cruciant quod si
tas sanguinis preceritas corporis
elegans forma decor inventus p

dia multa pallacia magna supplex
in mensa. Insule quoque dignitatum
addas etiam totius mundi sapientiam
Nomine de mundo sunt hec omnia et
mundus quod suum est diligit sed quo
usque non solum non semper ut qui
non semper erit sed nec diu quod diu
si quid mundus ista mente habere non
potest et tu quidem in brevi mundo
ipso non fruituris qui cum morieris
non sumes omnia neque descendet
tecum gloria tua Breves etiam di-
es hominis sunt et tempus incertum
et annorum eius numerus est. Idem in
epistola Falleris o fili falleris si putas
inveniri apud mundi amatores suavitatem
illam quam soli discipuli Christi id est mun-
di contemptores dei invenire asserunt
Idem in libro de contemptu mundi Ecce
nos reliquimus omnia bene et optime
et non ad insipientiam tibi Petre na-
et mundus transit et concupiscentia eius
et hec relinquere magis expedit quam
ab eis relinqui sed nec in utilis commu-
tacio prorsus qui super omnia est omnia
reliquisse Omnia sane dixerim quia
non tam possessiones sed etiam cupidi-
tates et ea maxime Idem Beati
simus te invenire quia exul-
tavit ut gygas ad currendam viam
suam nec cum curreret sequi po-
teris oneratus Idem qua pudicitiam
castitas melior & quere infra
de religione secularis Idem Stultum
et extreme dementie est ea semper
querere que nunquam neque satis tem-
perant appetitum hominis Idem Si
mundus transibit et concupiscentia eius me-
lius est relinquere mundum quam relin-
qui et contempsi mundo Idem tu o
onustus es auro et argento putas
te Christum sequi posse qui exultavit
ut gigas ad currendam viam suam

Idem de contemptu mundi Hec est ut
hic mundus evanescat et flos eius
pereat contempne ergo mundum quia
in obscuro non est claritas in dolo-
so non est veritas in vano non
est stabilitas nec in misero potest
esse felicitas Idem divitie mundane
mendacia sunt quere infra de divi-
tiis plura que supra de amore mun-
di De brevitate huius vite Item
infra de miseria vite mundane De
mundo de morte de solitudine de fu-
ga de religione Seneca ad Lucill. epistola
xvij Discedent aliquo ista insidiosa
et sperantibus meliora quod si quid
in illis tamen sentientibus esset solidi
si quid veri aliquid implerent nunc
autem haurientium excitant et non
satiant Idem eidem epistola xviij Divi-
tiarum possessionem tibi non interdico
sed nolo ut illas intrepidus posside-
as quod uno modo consequeris si te
etiam sine illis beate victurum persua-
seris Idem ad eundem in epistola xxij
Quod male implicuisti solvas po-
tius quam abrumpas dummodo si alia
ratio solvendi non erit tunc ab-
rumpas nemo enim ita timidus est
ut malit semper pendere quam semel
cadere Idem ad eundem epistola lxij
Contempnere aliquis omnia potest
nemo autem omnia habere potest Itaque
brevissima ad divitias per contemp-
tum divitiarum via est Idem Spine
que cor ipsum lacerarent que si aliter
contrahi nequirent etiam ipsum cor
cum divitiis evellendum esset Idem
in epistola lxxxvij Aut ista bona non
sunt que vocantur bona aut homo
felicior est deo quidque parata sunt
nobis deus non habet in usu nec
quam enim cum opes neque epularum lectica

nec quidquam corporis ad deum pertinet
Idem in epistola lxxxiij Relinque volup-
tates que molliunt et enervant animum
quere infra de voluptate Idem ad eundem
epistola xviij Prius hec animo si sapis ym-
mo ut sapias et ad bonam mentem
magno cursu totis viribus si quid
autem est quod teneris ad compedias
aut incidas Idem in epistola xx Non
licet divitias in sinum proicis contemp-
ne ille vir ingenuus enim est qui divi-
tias sibi circumfusas diu multumque
miratus quod ad se venerint videt su-
as quia magis audit esse quam sentit
Idem in libro tercio de naturalibus questionibus
pusilla res est homo nisi se supra
est contemptus mee hanc qui contemp-
serit securus videbit maria tur-
bari securus aspiciet horridam fa-
ciem celi fulminantis Quid enim ad
me quam magna sunt quibus pro
eo ipsum enim preste. Non magnum est
plura quere infra de solitudine Idem
libro vi Contempne mortem et que
infra de quiete spirituali Item de pau-
pertate Maximus in sermone de capite
ieiunii Inane est hominum seculo pere-
unte deficiens adiutum non turpe
sit eternam Lactancius in libro de falsa
sapientia Magni et excelsi animi est
contempnere et calcare mortalia Idem
ibidem laudantur de mortuis qui agros
suos relinquunt cessitque pascua publica
fieri passi sunt probare quidem ego
si donassent sed adhuc illo tollabilior
fuit qui patrimonium in pecuniam re-
dactam effudit in mare Ergo enim du-
bio utrorumque vesanus fuit ac demens
socrates videlicet ille thebanus A
luce magis in profundum male cupidi-
tates ego vos mergam ne ipse mer-
gar a vobis si enim tantus petarum
contemptus est fac inde beneficium fac

humanitate largire pauperibus potius
enim tamen hoc quod perditurus es multis
succurrere et peccatum effugere et tamen
bene collocare quia sanum est quod
quod pluribus prodest Auctor de spiritu
et anima Anima mea per contemptum tem-
poralium crescat in desiderium eternorum Tul-
lius in tusculanis questionibus libro v Non sunt
ista ducenda bona neque habenda qui-
bus habundanter licet licet esse miserum
Seneca ad lucillum epistola viij Vitate de-
lectamenta quecumque vulgo placent et ad
omne fortuitum bonum suspiciosi pavi-
dique subsistite Feram et piscis et fera
aliqua spe hic oblectante decipitur mu-
nera ista que fortune putatis insidie
sunt quisquis ergo tutam vitam agere
volet ista inscitata beneficia devitet Pre-
terea cum tempus iste deducit
et humus conmiscis mee corporis eadem
est Auctor in libro de vegetabilibus Tam
sunt ut ait Empedocles in tota rerum
varietate propria sed nobilis afflu-
ere contemptus fulture felicitatis ap-
petitus et mentis illustratio quorum
primo nichil honestius Secundo nichil fe-
licius Tertio ad amborum adeptionem
nichil efficacius Dydimus ad allexan-
drum magnum Non enim sumus incole
huius mundi sed advene neque ita in
orbem terrarum venimus ut in eo libeat
consistere sed transire properamus enim ad la-
rem proprium nullis delictorum ponderi-
bus pregravati neque aliquibus ille-
cebrarum habitaculis ignorantes
neque flagiciis campanibus obligati
nichil indecorum pene contingimus quod pro-
pe quem nuda fronte pergimus ut
compedita et facilis spacium possit de-
currere itineris Boetius de con-
solacione Dulcedo felicitatis humane
multis amaritudinibus est respersa
De contemptu pro morum quere supra
de conflictu morum et virtutum Item supra
de avaricia Item infra de super-
bia

De contencione et contumelia
et contencioso Greg. in mor. Cul-
pabiliores esse solent hii qui loqui
in contencione inchoant quam qui res-
pondent Idem si filii dei vocantur qui
pacem faciunt procul dubio sathane sunt
filii qui contendunt Idem in mor. li.
xiiii Superborum proprium hoc esse solet quod
mala sua per contencionem bona ingerunt
priusquam de eis veritatis attinguntur
et dum metuunt increpari de hiis quae
faciunt adversantes suis proclamationibus
iustos haec facere protestantur Idem De
reprehensionibus dum suae virtutis fortitudinis
ignorant audent aliorum rectitudinem
laceraverunt Cumque contra bonos sibi
auctem increpationis arripiunt aut
ea bona proferunt quae non videndo
sed audiendo didicerunt aut ea mala
aliis mencientes ingerunt quae ipsi
commiserunt Idem in omel. Malo sal-
va fide alicuius intellectum comprehendere
quam contencionibus desinire Idem
saepe qui inquietatione sunt ad subiectorum
passim contumelias erumpunt et
hoc quod invigilantes regimini fuerunt
per linguae procacitatem produnt in-
feriori sub hac rectitudine verba indiscrete
pensantes quia qui sine causa fra-
trem fatuum dixerit gehennae se igni-
bus addicit Idem Cum signis semina
do et quere infra de iurgio Idem in
pastorali quere infra de iurgio Aug.
Contencio est impugnacio veritatis
cum confidencia Idem Illius contende-
re non est curare qualiter error
veritate vincatur sed quomodo diccio tua
diccioni alterius preferatur Idem in li.
de natura boni Multi studio contende-
di vel contradicendi amiserunt sen-
sum Idem in li. de xii abusionibus
Ne contendas ne abusive in ceteria
opinionis constans Idem in regula
Contumeliam cum vel maledicto vel
eciam criminis obiectu alique leserit

meminerit satisfactione quantocius
curare quod fecit et ille qui lesus
est sine disceptatione dimittere Idem
ibidem Iras aut nullas habeatis
aut quam celerrime ne ira crescat
in odium et trabem de festuca faci-
at et animam faciat homicidam Idem
ibidem Quando vobis ad vos invicem
verbis prave quae si cum ipsa fuerunt
eodem ore non pigeat eodem ore
proferre medicamina unde facta sunt
vulnera Idem Prima dicit quae fuit
de conflictu viciorum et virtutum Am-
bro. super illud 2a Thimo. 2o Noli ver-
bis contendere Contencio impugnatio sta-
bilitatis saepe generat scrupulum mentis
Solent enim in contencione talia op-
ponenti eliminare malivolencie argu-
menta ut moveant animos insipi-
encium sicut fieri non potest quin con-
tencio contorqueat aliquid quod di-
catur contra conscienciam ut victus in
animo perdat et fortis victor accedat
Nemo enim libenter patitur se vinci
quamvis sciat esse vera quae audit
Collacio ergo inter servos dei debet
esse non contencio vel altercacio I-
dem Amoris ad concordiam semper tenden-
dum est vincas dum cedis Cyprianus in
libro de xii abusionibus cordis Contume-
lia est probri commissio sermonis
manifesto tendens in proximum nocu-
mentum Idem ibidem Nichil est
contumelia molestius Idem lenis dya-
bolus est in contumeliis et con-
viciis delectatur Idem de ira odium
nascitur de odio contumelia generatur
Idem in glo. super illud Prov. xi v
bi superbia ibi et contumelia et iterum
in superbis semper iurgia sunt Super-
bi proximis contumelias ingerunt
ab odio ergo sicut ab immediato prin-
cipio nascitur contumelia sed a superbia
sicut a principio mediato Nam ira
est filia superbie secundum beatum Greg.

Idem de suspicione cordis. Cum qui
ciatus tibi fuit aliquis intellige quod
supplicio torquebitur eterno. Unde non
solum non habebis iram super eo sed
etiam et lacrimas fundes pro illo. Si quis
enim febricitantem nullus accusat sed
potius miseretur et similiter adversus
quiritantem non debet aliquis acuere sed
magis miserandum sine patientia quia debe
quiescere. Idem ibidem. Si vindi
care vis sile et funestam plagam ei
dedisti. Si vero quiescis quiescas et
ignem secundum accendisti. Idem. Putat
ille qui multa quiritatus est se victorem
esse sed revera ipse ignominie victus est
a vilissima passione que ante fecit vi
lius hic superavit et vicit. Idem. Bene
factum quasi dixerunt que infra de ma
ledictione. Jeronimus in epistola. Nichil si
milius actibus demonum quam conte
dere et litigare. Idem. Cum maiori con
tendere et certare periculum est cum pari
ambiguum est cum inferiore turpe et in
honestum est ergo cum nemine contendere
esse iudico. Idem in alia epistola. Rex quisquis
sibi decorem castitatis supplantet
cum dentibus odiose contendere locuta fue
rint homines redditur sunt timere
pro eo in die iudicii. Ysidorus. Cum vel
homicidii sit reatus quere infra
que supra. Idem in synonimis. Conte
ctio facit odiosum accendit partem cor
dis contingunt et concordiam rumpit. I
dem in glosa super Romanos. Contencio est im
pugnacio veritatis per confidenciam cla
moris plurima. Quere infra de iurgio.
Item infra de maledictione. Item supra
de advocatis. Bernardus in epistola. Ego pla
gis conscientie mee nulla video ac
commodarius medicamentum, peiorus et
contumeliis non est ergo quod premere mo
veat. Ego homicida cum obprobrio dig
nus et despectione. Seneca. Irasci
inter competitores. Quintilianus in 3°

verum. Rare est contenciosus loquatur
quidquid probare non possit et affir
macionem non sumit contentione quia
non habet cognitionem. Idem de institucione
oratoris libro vi. In verbis aptis ta
stulta est sic argumentum quam mala
in opere mortale lumen afferre.
Quod enim altius vel illustrandum
na assumunt clarius esse debet eo
quod illuminatur. Jeronimus in epistola. Fre
quenter accidit ut homines pugnas
legis non ob desiderium veritatis sed
propter iactanciam glorie moveant. Dum
apud eos qui audiunt docti volunt
estimari aut certe qui contra hoc turpia
sectantur lucra. Quid enim prodest pre
mentibus labiis et latratu canino
garrire cum simplex et moderata
vestra aut posset placere si vera est
aut si forte falsa fuerit leviter a te
posset et placabiliter emendari. De
contemptu mortis quere infra de mor
te. De contimencia gustus quere supra de
abstinencia. De continencia tactus
quere supra de castitate. De continencia
auditus quere supra de auribus
et auditu.

De continencia visus. Gregorius in
moralibus libro xxi super illud Job. Si
secutus est oculus meus cor meum
Sic quedam lubrica in cogitacione v
seruus prudentium nobis est quia non
debet intueri quod non licet concupis
ci. Idem. Sancti viri cum se sinistre
cogitacione delectare pulsari sentiunt
ista per que forme species advenientem
ingrediuntur summa disciplina magisterio
iam restringunt ne prave cogitacionis
lenocinia visio famuletur. Idem. Reo
te fit tribulacionis consciencie ut qui
cocion oculo negligenter utitur vicio
cori non impuste oculo consciencie. Idem
ibidem. Plerumque vero quelibet innate
ti mente conspicit si in eo conspectu

animos gladio concupiscencie confodit
Non enim dauid vre gingem ideo sen
dusse respicit quia concupiscerat
sed potius ideo concupiuit quia intuen
te respexit Idem super Ezech. Oculi
sapientis etc. quere infra de oculo Idem
despiciendi sunt oculi tamquam quidam
raptores ad culpam plura quere in
fra de oculo Idem in moral. xxxi super
illud Job xxxi Pepigi fedus cum o
culis meis etc. valde namque fortiter
caro nos inna non deorsum pertrahit
ut semel species forme feminee ad corda
nostra per oculos alligata vix magni
luctaminis manu soluitur accordi
mus ut ergo munda mens in cogita
cione sinctur a lasciuia voluptatis
sic despiciendi sunt oculi quidam rap
tores ad culpam August. in regula non
dicatis vos animos habere pudicos si
habetis oculos impudicos quia impudici
enim oculus impudici cordis est
nuncius hoc habetur in decret. Idem
ibidem Oculi vestri et si iaciantur in ali
quam feminarum in nulla figantur ne
que enim quod procedentes feminas videtis
prohibemini sed appetere vel ab ipsis velle
appeti criminosum est Idem in lib. de prima
Cohibeat se aliquis et appetitus
secuti qui perstare volt consequi gratiam
remissionis Nam si se dina cohibuis
set si inter suos remansisset ab extra
neo raptore corrupta non fuisset
Idem in lib. confess. Resisto seductionibus
oculorum meorum ne implicentur pedes
affectus mei quibus ingredior viam
tuam deus meus et ad te erigo in
visibiles oculos meos et tu euelles
de laqueo pedes meos Idem in x. con
fess. Oculi sunt insensibiles principes
ad hortendum et admonendum Ambros.
super illud Luc. Si oculus tuus fuerit
simplex etc. Quod non videris non

amabis sed ubi caro concupierit tam
paciencie quoque anima constancia
defacit et mox amoris corporeo
inflectitur Idem in lib. de offic. Est
in oculis verecundia ita ut nec vide
viros femina pudica nec videri ve
lit Idem prima adultere tela sunt
oculorum secunda verborum Idem super beati
immaculati Qui timent te vide
bunt me et letabuntur etc. Magna vir
tus est modestia etc. que infra de oculo
Idem in exameron plus est quod
probatur apertum etc. quere infra de
visu Idem in sermon. vidisti meretricem
etc. quere supra de amore mulierum fu
giendo Crisost. in lib. de reparacione lap
si Corporei decoris pulchra etc. quere
supra de amore mulierum Ieronimus
Nichil prodest virginitate corporis
custodire si oculorum concupiscencias
volueris evitare plura que infra de
oculo Ciprianus carthaginens. Adul
terium dicit dum videtur etc. quere supra
de adulterio Idem in sermonibus tolle oc
casionem peccandi aufer maciam
delinquendi si vis esse a fornicacione
tutus esto corpore et visione discer
nens Idem ibidem Pro pudore ocu
los tuos attolle erubescere procede
abiecto vultu humiliato ore deposi
ta facie Idem in lib. spectaculorum Prima for
nicacionis tela sunt oculorum secunda
verborum Idem ibidem Prima concupiscentia
mulierum est intro oculorum plura
quere infra de oculo Ieronimus in 2o
libro contra Iouinianum Per quinque
corporis sensus quasi per quasdam
fenestras ad animam viciorum introi
tus est sic impletur illud propheticum
Intravit mors per fenestras Et iterum
Oculus meus depredatus est animam
meam Bernh. in epistola Ut te ipsum semper

aspicias ab omnibus oculos auerto
Idem in libro de xii gradibus ut quid
audes oculos leuare ad celum qui pec-
cando in celum terram intueri ut cog-
noscas te ipsum ipsa te tibi reputabit
quia terra es et in terram ibis Qua-
lis tamen de tempore inculpabiliter ocu-
los leuas ut feliciter petas auxilium
adeo uel impendas proximo plura que
infra de oculo Glosa super illud Judicum
xii Portas oculorum intrat affectus
concupiscentiarum Unde dominus dicit Cum
uiderit mulierem ad concupiscendum
eam Eugenius Agathensis et habetur in
decretis distinctio xxxii presbiter diaconum
et subdiaconum uel deinceps quibus
uxores ducendi licencia non est e-
tiam alienarum mulierum caueant co-
minus uel oculis inspiciant ubi cau-
tiua que super de auribus et auditu
Seneca in libro ad remedia fortuitorum Intelli-
gendum est plerumque innocencie esse ce-
citate oculi enim sunt irritamenta
maiorum ducesque scelerum Ouidius in
libro tristium Heu michi cur uidi cur
noxia lumina feci Idem in libro eodem Infelix
qui tamen uiderunt lumina plectorum
parum quod oculos est habuisse meum
Quintilianus libro primo tocius hominis
libertas est oculos perdidisse Oculi ei
sunt per quos paupertatem scire non possu-
mus Oculi mei tota mea luxuria hii
nos in omnia mala cottidie precipitant
inuitant ad amant concupiscunt ut
sacculos impleas cum satietate Agel-
lius libro noctium atticarum Quidam
uomere abderitus fuit et ditissimus
qui omne patrimonium suum relinquens
ciuibus suis athenas profectus est
et dixit oculos sibi eruit tamquam fideles
impedimentum bonorum studiorum et in-
uestigatores cogitationes habet Tertu-
lianus dicit democritum se ipsum exce-
casse eo quod mulieres sine gracia uide-

non posset plura quere infra de oculo
Item infra de uisu De continencia et
abstinencia quere super de castitate Item
supra de abstinencia Item infra de ieiu-
niis De continencia et castitate quere
de castitate et castitate De continencia et
humilitate quere supra de castitate et
humilitate

De contricione Gregorius in moralibus libro xxx-
iii Quatuor sunt qualitates
quere supra de compunctione Idem ibi-
dem libro xxxiii Dignum est ut ipse homo
semper merores inueniat qui delicto cre-
atore suo semper inquietudine gaudia pro-
querebat Idem contricio est humilitas
spiritus adnichilans peccatum Idem in moralibus
In amaritudine anime sunt omnes
electi quia plurimum flendo non desinunt
que deliquerunt uel grauem se merore
afficiunt quia longe absunt conditoris
ubi huc proiecti sunt et ad huc in-
terne patrie gaudiis non intersunt
Idem Anima sancta intus doloris sui
gemitus tolerat sed eo refectionis pabu-
lum percipit quo ius amoris pro contri-
cionis lacrimas iam erumpit Idem in
moralibus libro ix Sicut contricio modera-
ta lacrimas exprimit sic inmoderata
subducit Idem luctu suo sancta ani-
ma pascitur cum ad superna gaudia subli-
mius sublevatur et mens lacrimis bap-
tizata deum in contemplacione clarius
intuetur Idem dicit nisi arcatu cul-
pe quo nos iniquitas ligauimus
in ordine dimittamus Perfecte flere non
possumus hoc quod in nobis lamentabi-
liter iam dolemus Idem Quo uberius
culpa defletur eo altior cognicio ue-
ritatis attingitur quia ad uidendum intimi
luminis pallida dudum consciencia mens
baptizata lacrimis renouatur Idem Ge-
nus uirtutis compunctionis que supra
de compunctione Idem in Registro Illa

que conspectus delicta fletu dele(re) non
debito in conspectu dei veniam obtinere
quia nullus peccatorum veniam absque lacrimis de
sperat ille qui peccatores redimere luctos
venit Idem in pastorali Duas pus
in aqua lutosa se involvunt qui post
fletus contricionis mentis mundiciam
subtrahit et iterum post primas munda
tam amicam sordidam peius faciat
Idem ibidem Qui admissa plangit
nec tamen deserit tanto graviori cul
pe se ingerit subiecit quanto et ipsam
quam flendo potuit impetrare veniam
iam contempsit Idem super Ezech(ielem) Mala
que nos egisse meminimus fletibus
puniamus ut pro lamenta presentis pre
maneamus ad gaudia mentis ne si affligi
puniendo modo nolumus postea sine
fine penalia sentiamus Idem ibid(em)
Quolibet peccator commisit et conpunctus
et querere super deprecacione Aug(ustinus) in
sermone dici in monte Tres sunt peccatorum
differencie scilicet in corde in facto in
consuetudine Sunt ergo triplici mor
bo triplici remedio subvenitur scilicet
contricione confessione satisfactione
Idem in libro de penitencia Contricio est dolor
remittens peccata Idem ibidem Non est
considerandum tantum quid peccator fecit
sed pocius quem offendit quam bonus
quam benignus quam benignus quam
pius et propicius est ille qui nos sua
dulcissima pietate creavit et ab ipso
initio nostro ad sanctum baptisma perduxit
et ut filios educavit ad quorum gau
dium et consolacionem celum et terram
creavit quibus etiam angelos in au
xilium et servicium misit propter quos etiam
antiquum inimicum fortiter debellavit
propter quos et crudelissime pati sus
tinuit filium eius unicum dominum nostrum Ihesum
Christum Talem ergo ac tam patrem et dominum

offendere qui tam misericorditer dignatur
nobiscum conversari hoc quam crudele
et quam impium est Idem Non vult deus
sacrificium trucidati pecoris sed contriti
cordis Idem in libro de pe(nitencia) et habetur in
decretis de pe(nitencia) di(stinctio) iii(a) Recte penitens
quasdam sordes post purificationem contra
xit baptismatis oportet ut abluat
saltem lacrimis mentis sed satis est
dummodo cum dolore mentis oculi cor
poris non declarant Et sciat se crudelem
palude durus qui deflet dampna
corporis vel anime mortem et dolorem
peccati vel anime mortem in lacrimis non
ostendit Ubi enim dolor finitur deficit
de penitencia ubi vero finitur penitencia nil
nichil relinquitur de venia Quo ergo pe
nitet semper doleat et de dolore gau
deat et se non semper doluisse do
leat et dolorem si potest lacrimis ostendat
Idem in libro de ymagine Contricio est
quando cor ex consideracione malorum suorum
intimo dolore tangitur et movetur Idem
in libro de meditacione Si non sum dig
nus oculos ad celum orando levare
certe non sum dignus eos vel sal
tem peccando plorare Idem in confess(ionibus)
Da michi domine in hoc exilio pa
nem doloris et lacrimarum quem cupio
super omnem copiam deliciarum Idem
ibidem Est prima contricio et amari
tudines mentis mee continuus dolor
insaciabilis terror mentis mee Idem
in libro confess(ionum) Amore tui amoris dulc
facio istud recolens vias meas ne
quissimas in amaritudine recogita
tionis mee ut tu domine dulcescas
michi dulcedo non fallax sed secura
colligens me a dispersione in qua frus
tratim discissus sum dum ab uno
te aversus in multa evanui Idem
in libro de pe(nitencia) Cum se bene cognoscit

sicut semper peccavit ita semper ploravit
ineffabili vita sua que est temptacio super
terram Idem ibidem Nunquam dominus
aliquem sanavit quem non omnino vel
totaliter liberavit totum enim hominem
dominus in sabbato sanum fecit quia corpus
ab infirmitate et animam ab omni pec-
cati contagione mundavit per hoc pe-
nitentem debere simul cum omni contri-
cione dolere Idem aut contritum dolores
cruciabunt penitentem mitam mea
aut eternum cruciatus reparabunt pu
mendam animam meam plura quere
supra de compunctione Item supra de con-
fessione Item infra de penitencia Item
in libro de ubris dominum Bene ut tabu-
la et tunde pectus et tundendo cor-
rectus esto ne videaris non constanter
tundere sed pavimentum mutare solidiorem
reddere non correctiorem plura quere
infra de lacrimis de satisfactione Am-
brosius super lucam Nemo diffidat nemo
veteres conscius delictorum premia divi-
na desperet novit deus mutare sentenciam
si tu noveris per veram contricionem
emendare maliciam Idem super Beati
immaculati Causa medicus emendare
contricionis est ut in quadam rede
at primitie spiritalis etatem que vi-
as erroris ignoravit Idem in libro de pe-
nitencia Facilius inveni qui veram
innocenciam servaverunt quam qui veram
contricionem de peccatis gesserunt Idem in
sermone Pater noster nobis est deus etc
que supra de compunctione plura quere in-
fra de lacrima De pena de satisfacti-
one Idem in simone Demum illa co-
ntricione etc quere supra de compunctione
Crisostomus libro de compunctione cordis primo
Non requirit amplius deus filiorum
pondus neque conclusi etc quere supra
de compunctione de lacrima de pena de
satisfactione Ieronimus ad rusticum mo-

chum Vide quanta sit contricionis
et fletuum magnitudo ut aquarum dilu-
vio comparetur quas qui habuit sta-
tim in illo complebitur illud et vitas ab-
manavit sibi etc ut sit iusticiam quam
servat et nunc et postea servavit ad salu-
tem Idem ad Celenciam Hanc nostro
cum possimus leve aliquid peccatum dicere
quere supra de confessione Ysidorus de su-
mmo bono libro 2o capitulo xii quatuor sunt
qualitates etc quere supra de compunctione
Idem in synonimis Contricio cordis
est humilitas generans cum lacrimis
de recordacione peccati et timore iudicii
Idem ibidem Timor est etc que supra
de compunctione Idem de summo bono libro
2o capitulo xv Iugiter flendum est in
quantum et post peracta securitate lugendum
ne dei secreto et iusto iudicio desperat
et perdendus iniquitate demonum relinqua-
tur nam venia quem deus deserit
hunc demones suscipiunt Idem ibidem
capitulo xvii Multi lacrimas indesinenter
fundunt et tamen peccare non desinunt
quere infra de pena Idem melius pe-
ius quam culpam agnoscere non de-
flere plura quere supra de compunctione
Item infra de lacrima De pena de sat-
isfactione Bernhardus libro primo de consideracione
ad eugenium papam Quid est cor durum
quere supra de compunctione Idem ibidem
libro iiiio Nam vel tam durum quod durio
ri non cedas Sicut enim clavus cla-
vum compellit ita sepe recordacio ar-
doris vehemencia extinguunt ardorem
luxurie Idem super Cantica Alta suspiria
testantur tristiciam cordis amorem Idem
ibidem Dies mei sicut umbra declina-
verunt et sine fructu pierunt et michi im-
possibile est ut revocem illos placeat
ergo tibi domine deus meus ut recogite

illos in amaritudine anime mee Idem
in sermone Equum indomitum flagel
la domat et animam peccatricem domat
contricio spiritus et assiduitas lacrimarum
Inordinabis ergo quod operibus tuis memo
rare novissima etc Idem Contricio cor
dis est humilitas mentis cum oriens
cum lacrimis de recordatione peccati et
horrore iudicii Idem imperet anime tue
qui nisi deum tibi insistere lava per sin
gulas noctes lectum tuum lacrimis tuis
stratum tuum rigare memento si compa
teris tibi ipsi si laboras ingemitu
penitencie primus enim hic gradus
vite est et sic adeo utique unam con
sequeris Idem in sermone Si non pla
gis plane non sentis anime tue vulnera
contricte lesione sed nec futura patrie
gaudia conspicis si non cotidie pos
tis ea cum lacrimis Idem de xii gra
dibus humilitatis Lacrimas invitas sibi
innotescere ac prior inlescere faciat nec
est ut cuncta sordescant et ipsa anima
vescant Idem de contemplacione Felices
lacrime etc quere infra de lacrima Idem
in sermone Cum ceperis dolere de peccatis
tristicia implebit cor tuum sed si per
severaveris tristicia tua vertetur in gau
dium plura quere infra de lacrimis
de pena de satisfactione Cassiodorus
super ps. xxx letus et lacrimis sic
abligat hominem peccato sed spiritus contri
bulatus est sacrificium quo peccata sol
vuntur Glo. super ps. xxx. Est quedam
contricio et confusio temporalis que
quidem est ad horam et prodest homini
talis perturbacio animi respicientis
peccata sua et ex respectione perhorrescentis
et ex horrore erubescentis et eru
bore contingentis Glo. apok. 2o Melius
est hic conteri et dolere et erubescere
coram paucis quam in futuro coram
toto mundo plura que infra de gemitu

de lacrima de pena de satisfactione Glo.
super illud ps. l. Sacrificium deo spiritus
contribulatus bene primus contritum
et post humiliatum quia non potest
humiliari nisi prius contritum contri
tum quidem per penitencie amaritudinem
et humiliatum cum timore de peccato per
humilitatem confitendo peccatum nec ex
cusando Ecce quantum condescendit in
fidelium paupertati Lex enim moysi pre
cepit adminus offerri par turturum
aut duos pullos columbarum sed gracia
christi adveniens tunc offerri deo postu
lat contritum cor facile consequitur
penitens pilos caprarum et pulverem
et cinerem quod si non potest sufficiat
ei cor contritum offerri deo suo ad mi
num habet quod satis est plura quere
infra de lacrima de pena de satisfactione
Glo. super illud ps. Contricio et infe
licitas in viis eorum et viam pacis
non cognoverunt. Contricio quantum ad se
infelicitas eo quod aliis nocent in viis
id est in operibus eorum malis hec autem
contricio et infelicitas est eis cohor
quia viam pacis id est christum et eius e
vangelium cognoscere noluerunt vi
am autem pacis non cognoverunt
quia non est timor dei in oculis
eorum deum enim non timent qui
vilium eius contempserunt Idem ibidem
Contricio et infelicitas in viis eorum
est contricio penitencium ut ibi Cor
contritum et humiliatum deus non
despicies Est contricio peccatorum ut
ibi Que est ista que ascendit per
desertum sicut virgula fumi ex aro
matibus mirre et thuris et univer
si pulveris pigmentarii pulverem enim
ibi contricio peccatorum et humilitatis signifi
catur Est enim contricio malorum
ut ibi duplici contricione contere eos
domine deus meus Idem ibidem Electos

seculares huic mundo dediti conte
runt et conturbantur turbis et so
licitudinibus inter prosperis et adversis
saepe tranquillitate nequaquam perfrui
possunt Idem ibidem glo super illud
ps Contricio et infelicitas in viis e
orum et cetera Recte autem impleri super prec
scripture locus vita secularium ma
lorum mari conturbatur quia diu
procellosis actionum motibus concu
tiuntur alieni a vere quiete et sta
bilitate disiunguntur quo circa bene
per prophetam dicitur Impii que requiescere
possunt mens ipsi super silentem et qui
etum et tuente deum simones me
os diterrenis autem mentibus tan
to longius spiritus sanctus fugit quanto
apud has quietem non invenit hinc
est ergo quod de quibusdam pravis tam
dictis deus Contricio et infelicitas
in viis eorum et cetera a qua nimirum contur
acione perturbacionis nos deus revo
cat dicens Venite ad me omnes qui
laboratis et onerati estis et ego re
ficiam vos tollite iugum meum
super vos et discite a me quia mitis
sum et humilis corde et invenietis
requiem animabus vestris nichil enim
in hac vita laboriosius quam ter
renis estuare desideriis et nichil
in hoc mundo quietius quam huius
mundi nichil appetere

De conturbacione Glo super illud
ps Anima mea turbata est valde Anima mea
conturbata est Memor ero
tui et cetera Est conturbacio gracie sine
pene penalis sicut ibi Anima mea
turbata est valde hec conturbacio
bona est quia sanat tali conturba
cione fit dolor penitentis sicut dolor
parturientis Est etiam conturbacio
pene penalis de qua sequitur peni

tens et hec est triplex Aut enim est
ex suggestione dyaboli aut ex sugges
tione carnis aut ex persecucione mundi
quia sicut mundus premit corpus
inficit dyabolus quocumque modo fiat
ipsa conturbacio tamen ab ipso homine
fit qui conturbacioni consentit plura
quere supra de adversitatibus et pres
suris Item supra de afflictionibus
et flagellis Item infra de tribulacioni
bus

De conversis Greg super Ezech Nul
lus qui ad bonum propositum co
nversus et adhuc teneritudine viner
sus est compellitur de superat quia
frumentum ab herba incipit ut gra
num fiat Idem in registro quisquis
divina inspiracione compunctus secu
laribus relictis actionibus ad divinum con
verti festinat cum omni caritate sus
cipiendus est et blandis per omnia
consolacionibus refovendus ut in
ea quam elegit deo inspirante con
versacione modis omnibus perseverare de
lectetur Idem in xxiiii mor super Iob
In conversacionis inchoacione inveniunt
blandimenta dulcedinis qua conso
lentur in medio quoque tempore temptacio
num certamina que animos exercitant
ad extremum vero perfectionis plenitu
dinis que confirment Unde et ipsa
hebrea plebs arrazo inter primos ac
cepit blandimenta signorum postremus
autem cuncta temptacionibus in he
remo exercetur postremum vero pro
bata interra promissionis virtutis
plenitudine confirmatur Quod divina dis
pensacione actum est ne amaritudine
temptacionum territi redirent ad quod
evaserunt unde scriptum est Non edu
xit primam et cetera Conversus ergo quietis
pacem perfruitur quia post augmenta
dulcedine tanto iam tollerabilius

temptacionum certamina sustinet quibus
in deo alacrius cognoverit quod amet
Unde et petrus primus claritate trans-
figuracionis domini contemplatur et post-
ea ab ancilla temptari permittitur ut per
temptacionem factus sibi cognitus conformita-
te constitutus ad id flendo et amando
curreret quod indixisset Idem in moralibus
Compunctorum vita bonis moribus ma-
lis quoque permixta sunt quia nova iam
vita per intencionem agitur et vetus
adhuc consuetudine retinetur Et
Gregorius super illud Math. iiii° Cum ieiuna-
vit usque in finem etc. Consueverunt ini-
cia compunctorum in principio compunctionis
esse ferventes sed in medio et in fine
remissi Due autem utilitates sequuntur
primus fructificacionem et postea thales-
terum plura que infra dicemus
Ysid. de summo bono li° 2° ca° viii In-
choantibus compunctis premium promit-
titur sed perseverantibus datur Math. x°
Qui perseveraverit etc. Tunc enim placet
deo nostra compunctio quando bonum quod incho-
amus perseveranter complemus Idem
ibidem Triplex titulus describitur compun-
cionis scilicet conversi profectus primus scilicet
corrigendi a malo Secundus faciendi bo-
num Tercius consequendi boni operis
premium Ibidem idem ca° viii Bimodum
est genus compunctionis ad dominum incho-
antibus cum dulcedine meditacionis
cum labore et perfectionis cum requie
Sed tamen plerosque incipiunt quidam in-
cipiunt compuncta cum dulcedine quidam
vero cum temptacionum amaritudine pri-
us enim lacrimis purganda sunt
vicia que gessimus et tunc munda-
ta mentis acie id quod querimus con-
templemur ut dum antea flendo pec-
catorum talium detergitur maculis cor-
dis oculis super celestia libere videant
Non enim poterit quisquam ad contem-

placionem dei proficere nisi primus se
studuerit bonis actibus exercere Idem
ibidem Primordia compunctorum blan-
dis refovenda sunt modis ne si
cum asperitate incipiant conterriti
ad priores lapsus recurrant Dum
enim compunctum sine lenitate erudie-
ris compassione quem corrigere volunt
Idem Compunctus quisque ab opere prius
corrigendus est postea vero a cogita-
cione ut ante refrenet pravum ac-
tum deinde appetitum Idem Primo
necesse est cum compuncto timore conver-
ti ad deum ut metu futurorum penarum
carnales illecebre deuincant deinde
de timore post posito ad amorem
vite eterne transire Notandum est enim hoc
compuncto ut post timorem consur-
gere debeat ad amorem dei quia filius
ne semper sub timore iaceat quasi
servus tunc ad amorem vere compunc-
tionis credimus si deum verum ut
patrem diligimus quem prius ut
te servuli quasi dominum formidabamus
Idem Cum vita compuncto adhuc
pristine vite compunctione habet
Idem Compunctus quisque districtiore iam vi-
ta cor esse cepit caveat de acceptis
constitutis virtutibus ne gravius per
vanam gloriam corruat quam pri-
us per lapsum viciorum iacebat Idem
Multos remissa compunctio in pris-
tinos reducit errores ac vivendi
tempora resolvit horum exempla quis-
quis compunctus devitat ne dum timo-
rem dei abiecerit rursus in
dampnis criminibus immergatur Idem
ibidem ca° ix Tunc magis compuncta
vi se quisque impulsu viciorum agnos-
cit dum ad cognicionem et sanctitatem
dei magis accedit viciaque et
peccata ante compunctionem homines quasi
alexandria una scintilla fuit sed
quia non statim oppressus est totum
orbem eius pestifera flamma depo
pulata est Idem super Ecclesiasticum Ne
mo corripere vel accusare audet ma
iores quere supra de correctione Bona
Bern. de consideracione Mira res satis
quod stupenda quod episcopi plures ad manum
habent quibus animas hominum credant
sed tamen suas committant facultates
ne inueniunt optimi scilicet estima
tores qui magnam de minimis puta
ant nulla de rebus maximis cura
gerunt sed cotidie liquido datur intel
ligi quod pacienter ferimus iacturam
christi quam nostram Idem de precepto et
uno parum est iustius cottidiana
dispensacio sed admodum raro tu
per sancte celebratur collacio de peccatis
plurimorum cadit enim asinus et asina
et est qui sublevet eam cadit periit
et moritur anima et non est qui re
putet sine tunc nec minor cum nec
minus assiduos senciamus defectus
Idem impunitas et correctio peccatorum
quere supra Idem impunitas ausum
parit ut supra Idem in sermone Ab qui
ad reumpprus agendum quere infra
de scandalo Innocencius tamen in de
cretis di. lxxxiii Error cui non re
sistitur approbatur et veritas cum
minime defensatur opprimitur Neglige
quippe cum possis perturbare peruersos
nichil est aliud quam fouere nec caret

scrupulo societatis occulte qui ma
nifesto facinori desinit obviare. Am
bros. Facilitas venie incentivum tri
buit delinquendi xxiij. q. iiij. Est
iniusta misericordia. Simile ff. de offic. pre
sidis l. observandum. extra de iuniore (?) tam
in decretali contra depositum. Et ita
iuxta canonicas sanctiones quedam
sunt culpe in quibus culpa est vela
re vindictam. Idem ibidem. Nichil
obedientia prodesse videtur humilibus si
contumacibus contemptus non obest.
Idem xxiij q. iij. Hec sit fides tua
quod non opem fert qui ad malum ad
vertit. Leo papa di. 86. Inferiorum cul
pe ordinum ad nullos magis referen
de sunt quam ad desides negligentesque
rectores qui multam sepe nutri
unt pestilentiam dum austeriorem ad
hibere dissimulant medicinam. Idem
Odio habeantur peccata et querere sunt
decoratione bona. Idem in decretis
di. lxxxiiij. Facientis proculdubio
culpam habet qui quod non potest
corrigere negligit emendare. Glossa super
Math. Ita peccat qui videt fratrem
peccare et tacet sicut qui penitenti
non indulget. Plura que infra de ne
gligentia prelatorum. Symachus papa
di. lxxxiii. Mortem languentibus
probatur inferre qui hanc cum po
test non excludit. Glossa j. Thimo. v. pro
illo verbo. Non communices peccatis alienis.
Communicat quis peccatis alienis si ea pal
pat et cum corrigere posset corrigere
negligit. Glossa super illud Luce vj. Ypo
crita eice primum trabem de oculo tuo
si que in aliis reprehendis te prius emenda.
Nam si in veritate arguens ut sal
vares prius te ipsum salvares tunc
potes alteri benivolencior esse quam
tibi. Qualiter ergo in oculis alienis

vides tam parva et intus magna
dissimulas. Si temetipsum magis dili
geris quam proximum quare ipsum punis
et tu temet prius non salvas. Si autem
te temetipsum contempnis manifestum
est quia non est pietatis quod alium vindi
cas et te contempnas sicut ydropicum
corripit cum tuus digitus tumet et que
sui ventris est immemor. Si ergo malum
est sua peccata non videre duplex malum
est alios iudicare. Non enim prohibet dominus
corrigere et arguere sed sua contempnentem
alios iudicare et hoc peccatum gravius
est trabe. Hylarius dicit vix invenit
aliquis absque vicio alienus quia unus
quisque sine incuria facilius aliena faci
le reprehendit et aliena graviter tol
lerando que sua sunt auctorem argue
di sine exemplo sue emendationis. Eze
chiel ibidem. Unus sacerdos si vult docere
populum doceat semetipsum et ideo dicit
ypocrita eice primum trabem de oculo tu
o et tunc perspicies ut educas festucam
de oculo fratris tui. Non est enim pe
ritus ydoneus doctor aliis mederi qui
non dum se ipsum sanavit. Unde Luce
iiij. dicit Medice cura te ipsum. Greg.
in pastorali. Ipse debet quisque colligere
qualiter aliene imbecillitatibus oporteat in
servire ne contra infirmitatem proximi
si ad increpationis noctem frequens rapi
piunt oblitus esse videatur. Plura
quere de negligencia.

De cordis puritate. Aug. li. de per
fectione iustitie. Distat inter mundo
corde et recto corde nam rectus cor
de in ea que ante sunt extenditur ea
que retro sunt obliviscens ut recto
cursu i. recta fide atque intentione per
veniat ubi habitat mundus corde. Quis
enim ascendet in montem domini aut quis
stabit in loco sancto eius. Innocens manibus

et mundo corde Esse quia rectus
et innocens corde Ascendet sed im-
mundus corde stabit plura quere infra
de mundicia Item infra de puritate Ide-
lex veritatis oritur de fonte pietatis
Bern. ad eugenium Cordis puritas in
duobus consistit scilicet in querenda gloria
dei et utilitate proximi ut in omnibus
actibus vel dictis suis nichil querat
homo suum sed tantum aut dei honorem aut
proximorum salutem aut utrumque Nec
enim pure valet quicunque vel dei vel
proximi lucra querere qui propria non
contempnit Ambros. li. de virginitate
Si non amas cordis puritatem non
gustabis dei suavitatem ubi enim puri-
tas ibi suavitas dei degustatur Idem
Perfectus candor puritatis mentem sub-
levat ad contemplandam pulcritudinem
maiestatis Iohannes ad helyodorum Fon-
tem vite non bibunt nisi qui cordis
puritate senciunt Beda in omel. Si de-
sideras iocunditate frui studeas cor-
dis firmitate puritate frui hic
et retribue ubi enim puritas lucet ibi
iocunditas demulcet Basilius in
exameron Casta consilia et altu
superiora et celestia desideria de fon-
te puritatis emanant Ibi vera pax
et verum gaudium in sola cordis purita-
te consistit Paschasius in simone
Redolemus deo si nostri cordis parie-
tis floret lilium puritatis rosa carita-
tis viola humilitatis malagranatum
sapie celestis hic enim fructus dul-
citer deo sapit flores hos flores
libenter colligit et suaviter odorat
Ysid. de summo bono li. 2o ca. xxiii
Nulla fuga potest homo preter cor suum
non potest a se quisquam recedere Idem
eiusdem ca. xxvi Corde male loquitur
qui interius cogitationes noxias

meditatur linguis male loquitur qui et cor-
de male cogitat et male refert co-
gitata Crisos. in li. 1o de compunctione
cordis Sola cordis est compunctio que
facit etc. quere supra de compunctione Plura
quere supra de contricione Item de
complacencie Bern. Primum est cor durum etc.
quere supra de compunctione Plura quere
supra infra de mundicia De cordis tran-
quillitate quere de conscientia bona
Item infra de quiete De cordis com-
punctione quere supra de compunctione
De contricione De cordis occupacione
quere infra de curis mundialibus Item
de occupacionibus De cordis mutabi-
litate quere infra de mutabilitate
Item supra de constancia vel insta-
bilitate

De cordis evagacione Interior
est custodia cordis que ser-
vat exterius ordinate membra cor-
poris ergo qui statum mentis per-
didit subsequitur eciam foras inconsta-
ciam inacionis fluit atque per exterio-
rem evagacionem ostendit quod nulla interius
radice constancie subsistat Idem in
mor. Dum cor nostrum in adipiscendis pro-
speris et in prosperis formidat ad-
versa huc illucque quasi quibusdam fluc-
tibus impellitur et vagatur ac per mo-
dos varios versa alternancium muta-
bilitate dispergitur Idem in registro
Si laudibus aliorum letamur et ali-
orum increpacionibus frangimur gloriam
nostram non in nobis sed in aliorum ore
ponimus Bern. in sermon. Dum cor
et cogitaciones suas in alienis la-
biis ponit modo magnum modo par-
vum modo nullum sunt sed adulacionum
linguis vel increpancium placitum vel
laudant Aug. in xi. li. confess. Quis
tenebit cor hominis et affliget illud
ut paululum stet et paululum rapiat
splendorem semper manentis eternitatis

Idem in 9° confess. Fecisti nos domine
ad te et inquietum est cor nostrum donec
requiescat in te Idem Soli°. de meditat.
Heu me tante infelicitatis tante
prediaciones dum cum hec retro sunt
obliviscens ad anteriora me extendere
volo subito nescio qua miseria me
retrahens ad vana et noxia conspicio
et corde concupisco Idem in epla. Ad eu-
stochium virginem De agmine columbarum
crebro separat accipiter unam quam
statim invadat et laceret ex cuius
cruore et carnibus saturetur et oves
morbide suum relinquunt gregem ut lu-
porum faucibus devorentur et dina fi-
lia iacob et soror patriarcharum eua-
gando constuprata fuit Idem sup
illud Gen. iiii° Egressus cayn a fa-
cie domini habitavit in terra quod in-
terpretatur fluctuacio quicunque cum ceciderit
recedit statim fluctibus seculi agi-
tatur et vagatur Idem cohibeat se
a ludis et spectaculis seculi qui perfecciam
vult consequi graciam remissionis pec-
catorum Nam si dyna se cohibuisset
et inter suos remansisset ab extraneo rap-
tore corrupta non fuisset pelagius
Dum frequenter egreditur et multi-
tudini admiscetur sue professionis
propositum obliviscitur et vulnera crebra cor-
dis suscipiet Bern. in li°. de xii. gradi-
bus Monachus cum sit negligens
quere infra de monachis malis
Idem nichil turpius etc Idem ibidem
Ex insolenti corporis motu vagus aie
morbus deprehenditur Seneca i epla
Frequens mutacio corporis instabi-
lem animum est coalescere ocio non
potest nisi desinat prospicere et erra-
re Idem ut animum possis continere primum
cordis et corporis tui fugam et eua-
gacione siste deinde plurima remedia
contraria proficient Idem ibidem primum
argumentum composite mentis existi-
mo posse consistere et secum morari
Idem non convalescit planta que sepe
transfertur nec aliquid tam utile est quod
in transitu prosit Idem avarior et am-
biciosior et luxuriosior redeo crudelior
et inhumanior redeo quia inter homines
Idem Nusquam est qui ubique est Idem
vitam in peregrinacionibus vagis agen-
tibus hoc evenit ut hospicia quidem
habeant multa set amicicias nullas
Idem epla. prima hoc tibi satis et quere
infra de solitudine plura que infra
desunt De Inconstans animi oculus
vagus instabilis pes Sunt homines
sine dextro michi nulla boni spes
De cordis quere supra de compunccione
Item sup. de contricione Item infra de
obstinacione De cordis cecitate quere
sup. de consciencia mala Item infra de ig-
norancia de invidia de ira De iudicio
temerario Item sup. de amore privato
De corporali creatura quere infra de
creatura De corporali fortitudine quere
infra de fortitudine De corporali pulcritu-
dine quere infra de pulcritudine et sup.
de carnalitate De corpore humano quere
infra de homine Item sup. de cura
cura Item de carne humana De corpo-
ris ornatu quere infra de ornatu et de
habitu. de muliere De corpore xpi quere
infra De eukaristia De corrupcione
quere sup. De creatore quere infra
de deo De creatura quere supra de an-
gelis de anima Item infra de deo et de
hominibus

De creatura corporali Aug. in li°. de fi-
de ad petrum presbyterum Creatura
ergo ista ita esse dicitur a deo non ut eo
de natura nata sit vel processerit
set ex illo ipsa dicitur quod ipsum auctorem
habet ut sit non ita ut ab illo nata
sit vel processerit set ab illo creata et
primum quidem ex nulla alia i. de nichilo ex
nichilo sicut celum et terra vel vim

ipsa tamen mundo creata materia primi
no corporalia iam creata materia per atque
proponite materia naturam sicut vir de li
mo terre mulier autem de viro vel ex
parentibus quilibet homo creatur vel ex
corpore sicut vel creante vel concedente vel
cooperante non autem gignente vel pro
ducente de se ipso Idem in libro de fide ad
Petrum Spiritus omnium animalium quibus non
est intellectus quia quod corpus de terra
quod de aquis originem ducunt tales dum
spiritus sunt qui dum in corporibus vivunt
animam quippe que tantum capax non est
cum carne sua et vivit et desinit vi
vere quia cum corpore initium non habuit
et nec etiam ipsa vivit Idem in libro xx
de civitate dei Pulcritudo et utilitas
creature corporalis que homini divina lar
gitate concessa est celi tamen in aere
lucendo in solis lumine splendido in
augmento lune atque defectu in varie
tate stellarum atque cursu Quid de tali
bus terra in nemorum floribus in fruc
tuum suavitatibus in pratorum rivulorum
que amenitatibus omnium que animalium voci
bus in organorum musicorum que cum
tus multis cantibus postremo in omnibus
celi terre maris que varietatibus et
utilitatibus Quid grata vicissitudo
diei noctis que alternantis aurarum que
quam blanda temperies Quid tanta ciborum
copia contra famem et quanta saporum
varietas contra fastidium nature
diffusa non cocorum arte que
sita et hec omnia miserorum sunt dap
natorum que ac dampnatorum solacia non
premia beatorum Quid ergo quantum vel qua
lia dabit illis deus quos predestinavit
ad vitam eternam si tot et tanta dat eis
quos predestinavit ad mortem Idem in libro de sep
tem gradibus anime et addit ibidem
dicens Cogitemus predictis beneficiis augent
amor secundum quod mundus iste sit parvulus
diligendus sed amor celestis patrie sit
videt Si tanta est istius pulcri quanta

erit domus pallatium et patria si ta
lia sunt que incolunt pauperes peregrini
in qualia sunt et erunt que possidet
filii Idem in vii de civitate dei Quid
igne flammante urgente vel lucente
pulcherrimus quid igne calefaciente
curante coquente utilius quamvis
eo nichil sit urentius molestius
plura quere infra de sole Idem libro xii
de civitate c° xxxiii Universas creaturas
et corporales et spirituales non quia sunt
ideo novit eas deus sed ideo sunt
quia novit Non enim nescivit que
fuerat creaturus quia ergo sci
vit creavit non quia creavit scivit
nec aliter scivit ea creata tamquam
creanda Idem libro 3° de libero arbitrio
ca° 22 de creatura si quid aliter quam
se res habet censemus divino adiuto
rem precognito precepto quo teneamur
nullum periculum est Non enim ad creaturam
iubemur tendere ut efficiamur beati sed ad
ipsum creatorem de quo si aliter quam opor
tet ac se res habet nobis persuadeatur
pernicioso errore decipimur Idem in eod.
Creaturas ergo deus etc quere infra
de deo Idem in libro de civitate Unumquodque
nascendo ad oculos nostros exeunt ex
occultis seminibus accipiunt primordia
progrediendi et debita magnitudinis
incrementa distinctionesque formarum ab
originalibus tamquam regulis sortiuntur
Idem in omelia de verbo super illud Iohannis
primo Omnia per ipsum facta sunt Attende
fabricam istam mundi unde que sunt
facta per verbum et tunc agnosces qua
le sit verbum Attende hec duo mundi
corpora celum et terram quis poterit
explicare verbis ornamentum celi quis
verbis explicet fecunditatem terre quis
digne potest collaudare vices temporum
aut quis digne collaudat seminum vir
tutes Idem in 2° libro de civitate per
subiectam ut sepe diximus creaturam

exhibentur hec omnia visibilia et
sensibilia ad significandum invisibilem atque
intelligibilem deum non solum patrem
sed et filium et spiritum sanctum. Idem in iiiº
de civitate dei. Quemadmodum crassissima
sive grossiora corpora et inferiora per sub
tiliora et potenciora quodam ordine re
guntur. Ita omnia corpora per spiritum vite
racionabilem spiritum et iustum et ille per
ipsum deum spiritum supremum ac sic universa
creatura per creatorem suum, ex quo et in
quo et per quem condita est et insti
tuta ac per hoc voluntas dei est et
prima et summa causa omnium temporalium
mocionum. Idem ibidem. Nichil ergo fit
visibiliter et sensibiliter quod non de in
visibili ac intelligibili in quantitate
quasi aula summi imperatoris aut iubeatur
aut permittatur secundum ineffabilem insti
ciam premiorum atque penarum graciarum
quoque et retribucionum in ista tocius
creature amplissima quadam ac im
mensa re publica. Idem in eodem. Om
nium vero que corporaliter visibiliter quasi nascuntur
occulta quedam semina in istis corpore
is mundi huius elementis latent. Crisostomus
li. 2º de compunccione cordis. Celum
depinxit celum variis astrorum choris
et thoreis ita ut nobis nocte ipso
die fieret gloriosiore et sompniorum
salubritas per quietem vires corporum re
paret quas labor diurnus absu
mit. Iterum hiemis frigoribus lar
giora spacia noctis posuit ut pro
lixior requies hominibus intra sua
tecta fieret et laboribus breviora spa
cia noctis posuit ut prolixior re
quies hominibus intra sua tecta fieret
et noctis remanent pars quod etiam
et hec tempora que ad regimen pertinet
tenebris obvolvit deus. Sicut enim
pie que matres cum natos suos pro
vocant ad quietem tunica vel mantello
solent faciem operire ut obscuratione
eis dei redditus sompnus per quietem
facilius inviteret ita deus deus in ea
quasi velamen quoddam per universum mundum
tenebras obducens humanum genus
ad silencium gratissime quietis invitat.
Quod si non ita tempus illud premium
inesset dominus deus ut sic est imperiorum
genus humanum negociis et curis ava
ricie intentum ut non solum subiec
tos sibi homines et iumenta sed etiam
semet ipsos laboribus superfluis con
sumeret et dissiparent tale nec
solum corporibus indulget sed etiam ani
mos ipsa necessitudo temporum resuscitat
et confortat. Dici non omnia ac solacia
tanta sunt ut dicere nemo sufficiat. Idem
in eodem. Et quid dicam de maris v
su et navigandi utilitate per qua pene
totum orbem notum et pervium et com
meabilem nobis facit ita ut unusquisque
quod apud se gignitur hoc ad proximos
suos deferat et quod sibi deest hoc apud
alios inveniet modico cum labore
et cum unusquisque pro apud semper
recipitem possideat tamen per navigan
di ministerium et adiutorium quasi tocius
mundi dominus una mensa nullo prohi
bente sumet quod ubique est. Ambrosius
in exameron. Bonum est mare quia
terras necessario suffulcit humore per venas
quasdam substancias terre siccitate
et ariditate humectantes et continen
tes subsidium est etiam in necessitatibus
et refugium in periculis gracia in volup
tatibus salubritas valitudinis con
iunctio separatorum compendium itineris ali
mentum sterilitatis exhoc enim pluvi
a tu effundit super terram. Idem in eo
dem. Nulla in medio aeris terram
esse dixerunt et male sua immobilem
permanere quia ex omni parte huic atque
inde pendeat quasi equa lance sus
pendat sed maiestas dei voluntatis
sue lege eam constrinxit ut super
instabile et inane stabilis permaneret

Et hec fidei simplicitas argumentis
omnibus antecellit et sicut terra in ma
ni suspendit ita et aqua Idem in li°
vi° Aliud michi mensuram querere terre
quam geometre v° lxxx milibus sta
diorum esse dixerunt libenter me fateor
nescire quod nescio ymo quam scire michi
proderit Idem in Exameron dicunt
philosophi motu orbium dulcem quendam sonum
et suavem reddi sed hunc non pervenire
ad terras ne homines capti suavita
tem huius soni propria negotia delinquerent
et sic omnia otiosa et inania remanerent
Aiunt etiam absurdisse aures incolas
propter consuetudinem concepti soni apu
typo vicinitatis sue sicut Nilus flumi
nis excelsissimis montibus se precipi
tans aures incolarum obstruxit Idem
dicit Basilius in Exameron Item Am
brosius in Exameron de opere tercie diei
Sine spinis antea rosa vernabat post
peccatum non spina sepe sit gratia floris ta
quam humane speculum preferens vite sub
tiles cum liceat o homo aut splendo
re nativitatis nobilis aut fulgore vir
tutis semper tamen spina proxima est ut
spinas iungimus nec prolixa gratia
manet semper ergo inferiora et infirma
tua considera Ysid' de summo bono li° i°
c. viii° Cuncta que sunt et facta sic
una valde sunt sed consuetudine vilue
runt Idem ibidem Materies quoniam for
matus est mundus origine non tempore
precessit res omnes ex se factas sicut
sonus cantaturum prior est cum sonus
tantum causa suavitatis cantilene ad
sonum vocis non sonus pertinet ad qua
litatem ac per hoc utrumque simul sunt
Idem ibidem Aliud est aliquid fieri pos
se aliud fieri necesse est fieri cum necesse
est quod deus in naturis inserit ut fieret
fieri aut posse est quod contra communem
cursum rebus indidit creator naturarum
ut quis faceret quod vellet sibi soli reser

vavit Idem ca° xvii Quedam in rebus
temporalia sunt quedam perpetua quedam
non sempiterna Temporalia sunt quibus
inest ortus et obitus Perpetua non
sunt quibus est ortus nec finis
id est Idem in c° iii Tempus non
ad eas que sub celo sunt non eum
angelis accedunt tempora vel prece
dunt sed nobis qui sub celo in sum
in hoc mundo temporali Idem in capitulo
x° Si vadas per singulas habens pre
cium quedam rem deinde sed tercius cor
poris ingeris foeditate sic et universi
tate creature si vermiculum in univer
natura malum dixeris universe cre
ature iniuriam facis videt enim deus
cuncta que fecit et erant valde bona
Idem ca° iiii° Sicut ars in artifi
cem retorquet laude ita creator
rerum per creaturas rerum suam laudat
et quanto ipse sit excellentior ex ipsa
sua corporis condicione monstrat
Idem ibidem Ex pulcritudine creatu
re propter nature fecit deus pulcritudinem
suam que circumscribi nequit ut in
telligi ut quis eisdem vestigiis ho
rentatur ad eum quibus aversus est
adeo et qui per amorem pulcritudinis
creature a creatoris forma se ab
stulit rursus per creature decorem
ad creatoris pulcritudinem revocatur
Idem in ca° xvi Non est de crea
tura querendum quod querendo magis
magisque sit invidendum De creatore
quere supra c° proximo Item infra de
deo Item infra de fide de credulitate
bona quere infra de conversatione

De credulitate mala Gregorius in mo
ral. Error dum vertitur credi
difficilius emendatur Idem Sicut plu
res habent ex tumore et tamen tale
se estimant ex sublimitate ita non nulli
locuntur per inspirationem elationis et ta
men bonum in se credunt per libertatem

rectitudinis. Idem: Maiora omnia et tarde credenda sunt cum audiuntur et citius et acrius punienda sunt cum venerint ad cognitionem. Idem: Arrogantes tanto semet ipsos credunt doctores omnium quanto se potuerint multiplicare loquacitatis apice. Idem in registro: Vos ignotis hominibus passim credere non debemus. Plura quere infra de iudicio temerario. Item infra de fama. Item supra de concupiscentia mala. Aug. de baptismo parvulorum: Si in rebus humanis ulla est testificatio de [illegible] nocentes parentes quam innocentes credidimus. Idem in epistola: Facilius mala credunt homines quam bona et quicquid dum fingitur magis in publicum fit. Crisostomus de compunctione cordis: Si quid boni de inimicis dicitur non creditur, si quid autem mali hoc solum creditur et confirmatur. Idem de summo bono: Ille condempnabitur apud deum qui adversus innocentem falsum testimonium vel dicit vel dicentibus cito credit. Bernardus in libro de consideratione: Facilitas credulitatis etc. quere infra de prelatis. Idem in libro de xii gradibus: Arrogans de omni alia re plus aliis quam sibi credit. Idem in epistola: Error est humane mentis bonum credere malum aut malum bonum aut verum falsum aut falsum verum sed et certa recipere pro dubiis aut dubia pro certis error est. Seneca in epistola: Utrumque vicium est et omnibus credere et nulli honestius sed alterum, honestius alterum non securius ut ita dixerim vicium est. Idem in libro de quatuor virtutibus: Prudentis proprium est examinare consilia et non cito facili credulitate ad falsa prolabi. Idem in Hercule furente: Quod nimium miseri volunt hoc facile credunt.

[illegible]tus Tertullianus in apologetico: Fame nullus credit nisi inconsideratus quia sapiens non credit incerte, nec forte illud ab mendacii seminavit quod sepe fit aut ingenio emulationis aut arbitrio suspicionis aut non nova sed ingenita quadam mentiendi voluptate. Plura quere supra de concupiscentia mala. Item infra de iudiciis temerariis. Item infra de errore. Item infra de fama. Item infra de suspicione. Dydimus in Allexandrum magnum: [illegible] ante [illegible] platos non in [illegible] fame incredulis responsa solent cum grande figmentis. Valerius libro ix. [illegible] infra rex etc. quere infra de fidelitate. De crimine et [illegible] quere infra de Christo sublimi etc.

De cruce Christi. Gregorius super Ezechielem: Redemptor noster ad passionem ductus lignum sibi crucis ipse portat et sic in sacrificio pro nobis [illegible] te est mortuus ut tu [illegible] esses mortalis. Aug. in libro contra quinque hereses super illud Luce: Nemo accendit lucernam etc. Christus dominus ista totus est mundus. Lucerne accensio verbi est incarnatio sed candelabrum est sancte crucis lignum. Lucerna vero in candelabro lucens Christus est in cruce pendens. Idem super illud Johannis xix: Et baiulans sibi crucem exivit etc. Grande spectaculum sed si spectet impietas grande ludibrium, si pietas grande misterium. Si spectat impietas videt regem pro virga regni lignum sui portare supplicii. Si spectat pietas videt regem baiulantem lignum ad semet ipsum figendum quod fixurus erat in frontibus imperatorum. Idem in sermone: Crux finita est in pena sed infinita semper manet in gloria et a loco suppliciorum transiit ad frontes imperatorum. Qui ergo tantum honorem dedit penis suis qualium credis honorem

fuit fidelibus sinus suus plura q(ue)
re infra de passione xpi Item in s(er)
de morte xpi Ambros(ius) sup(er) Beati im
maculati Crux est obprobrium perfido fide
li vero gloria redempcio resurreccio (et)c.
Idem sup(er) Luc(am) Hec est fidei gloria si
non intelligas cruce xpi Alie enim
cruces nichil prosunt sola vero crux
xpi michi utilis Idem Hic cum in for
ma dei esset formam servi pro suorum sa
lute servorum suscepit et in ligno crucis
tum ecce in te ligno appensus est qui
semet ipsum pensaret in precium predictorum
Idem in sermone Cum signum crucis dy
abolus impositum viris aspexerit
contremiscat Unde scriptum Ezechiel Illi tau
hospites signabantur quos tham littera
crucis similitudo signabat Idem ibidem
Antenne navium et velorum cornua
sub figura sancte crucis volitant
aves quoque cum in sublimiora tol
luntur et pendent patrem etiam imi
tantur crucem Idem in sermone Arbor
quedam in navi crux est in ecclesia que
inter totius seculi blanda et periculosa
naufragia incolumis sola servatur
In hac ergo navi quisquis ut arbo
ri crucis se religaverit aures suas
divinis scripturis non clauserit dulce
procellam luxurie non timebit Sy
rena enim quedam figura est mol
lis concupiscencia virtutum voluptatum
que noxiis blandimentis constanciam
capte mentis effeminat et enervat
Idem ibidem Hoc ergo divino signo scin
ditur mare sive terra colitur celum
regitur homines conservantur inferna re
serantur Nam gygas dominus Ihesus qui
crucem gestabat in humeris sepul
tus sepultus est intrans vellud dum
ta alto concussa terra omnes quos
tenebat mortuos generabat Idem Non
solum fidem firmat sed etiam acuit
devocionem quod dominus in ultima pro
nobis in cruce suscepta celo voluit

inferre Voluit enim illa penitus
abolere ut deo patri sua propria iure li(ber)
tatis semper audeat Crisostomus sup(er) Math(eum)
In iudicio finali crux xpi multo
lucidior sole erit si enim corporalia
sicut sunt elementa et corpora celes
tia in melius immutabuntur multo
forcius illud corpus quod misterium
nostre redempcionis subiit crux in
salvatoris Idem ibidem Reliquias domini
signum viderint demones illico fu
giunt timentes baculum quo plagam
acceperunt Idem Cum te signamus
signo crucis tunc excogitata causa
et recogita condicionem crucis cum
multa et plena fide xpianitatis
non dubium si sic te signamus nul
lus demonum ante te stare poterit
videns ensem sive baculum crucis
quo plagam accepit Idem in sermone
Crux est adolescentum pedagogus
senum sustentacio inopum spes de
speratorum gubernator navigancium
et portus periclitancium murus qui
obsessorum Idem Crux est spes
… resurreccio mortuorum dux
cecorum baculus claudorum consola
cio pauperum Idem in sermone Crux est
dispensatorum sapiencia imperitorum predica
torum est libertas servorum lex impiorum
prophetia imperatorum Crux est prophetarum
… apostolorum annunciacio mar
tirum gloriacio Crux est abstinencia mo
nachorum castitas virginum gaudium
confessorum gloria sacerdotum con
solacio viduarum et totius ecclesie fun
damentum Idem in sermone Crux est
nobis totius beatitudinis causa hec
enim nos a cecitate liberavit erro
ris hec de tenebris nos luci red
didit hec debellans inimicos quie
ti precium nos dedit hec alienatos
nos a deo … deo coniunxit hec nos
peregrinos … celorum nos esse
cives reddit hec nos pauperes et in
opes indigentes ad celestia reg

na divites destinavit Idem in ser
mone pastenes Considera quanta
sit virtus signi sancte crucis sol
enim obscurabitur et luna non dabit lu
men suum crux autem fulgebit et ab
sonitatis luminis celi crux sola vide
abitur ut dicatis quia crux erit luna
splendidior sole preclarior quorum ipse
dominum in die iudicii superabit Iohannes
in originali super Matheum Ipsa species
crucis quid est nisi forma quadra
ta mundi oriens de vertice fulgens ar
turus dexteram tenet Auster complena
consistit occidens subplantat formam
unde dicit Apostolus ut sciatis que sit
longitudo etc. Idem Aves que volant
ad ethera formam crucis assumunt
homo natans per aquas vel prostratus
orans forma crucis vehitur navis
maria antenna cruci simulata suf
flatur Idem Crux Christi non solum
nobis sed angelis et etiam in celo exis
tibus virtutibus profuit et aperuit eis
dem celicum sacramentum quod antea nescie
runt Idem ibidem Crux salvatoris
nostri non solum ea que in terris sed
etiam ea que in celis erant purgas
se profecisse et illuminasse videtur Ide
in epistola ad Eustochium Ad omnem
tuum actum ad omnem incessum ma
nus tua crucem depingat Bernardus
in quodam sermone Christus moriens patri
possibilis humilitate commendat obedienciam
implet perficit caritatem hiis nempe
virtutibus gemmis inter crucis cornua
decorantur velut eminencior omnibus
supremus est caritas a dextris obedi
encia a sinistris paciencia radix autem
omnium virtutum est humilitas in profundo
Idem in sermone quodam de sancto Andrea
Ubi sunt qui colligat et flores et fruc
tus sancte crucis super lignum sancte
crucis vitam germinat iocunditatem
fructificat oleum leticie stillat spi
ritualium carismatum balsamum su-

dat Idem in eodem Non est silvestris
hec arbor sancte crucis lignum enim
vite est apprehendentibus illam ar
bor enim salutifera est alioquin quo
modo occuparet terram illam dico
preciosissimam glebam cum clariorem
est infusa radiatus caritas si enim
non esset hec arbor preciosior ceteris
et fructifera universis nunquam illo pla
taretur in orto cuius fons signatus
est Idem In cruce pendet omnis fruc
tus vite quia ipsa est arbor vite que
stat in medio paradisi Ipsa est enim lon
gitudo et sublimitas et profundum
Ipsa bonos colligit et remunerat
ipsa malos despicit et condempnat
ipsa est mestorum consolacio esurien
cium refeccio et gloriacio professorum Idem
Scias invenit domum marie et querere
intra de Christi passione Idem in sermone
quodam de passione Christi Idem in alio
sermone De annunciacione una facta est
redempcio illius miserie mundi sub
delicie crucis ignominia facta est mundi
gloria Beda super Lucam Crux est
figura monarchie singularis cuius
cacumen ad celum tendit yma petit
inferos brachia terram tegunt ut
in nomine Ihesu omne genu flectatur ce
lestium et infernorum Rabanus in libro
de laude crucis In cruce insinuatur a
morte redempcio sancta mors commen
dacio intimatur omnium virtutum per
fectio promittitur adiutam eternam re
surreccio speratur eterne beatitudinis ad
epcio et vere felicitatis acquisicio
Idem ibidem Iuste crux sancta angeli
sua gaudia conspiciunt cumulata in
te homines viam sue salutis agnos
cunt inter inferi iustam retribucionem
sue fraudis perpessi dampnatos eos et
omnibus bona omnibus iusta omnibus
sancta preterita renovas presencia illustras
futura premonstras perdita reparas

quesita invenimus inventa custodis
Idem. Tu sancta crux preciosa es re
missio peccatorum prohibicio angustorum
meritorum remedium infirmorum auxi
lium laborancium lapsorum refrigerium sa
norum incolumitas et felicitas fortunatorum
Idem. Tu status es recte credencium
tu firmitas bene operancium tu beati
tudo vite perseverancium tu medici
na egrotorum tu gaudium et consolacio
mestorum tu pia tu bona tu iusta
tu dulcis es suavitas et leticia omnium
hominum et angelorum. plura que infra
de christi passione. Cassiodorus super ps.
Crux christi [illegible] innata tuicio pau
perum abiectio victoria christi predicacio dy
aboli destruccio infirmorum reforma
cio celestium mors infidelium vita iu
storum. Ysidorus de summo bono. Christus hu
ic quid trepidas aut quid times
quibuscumque namque procellis mundi de
mens sine carnis involucris con
sideratur lignum crucis ut a tempestatibus
omnibus liberis. Zozomenus dicit in hys
toria tripartita. Ex pistola de ligno crucis
apparuit in hunc modum. Preter lectum
lignum quatuor reptum inquo creator
qui creat vidit potensium. Nota quod
Et meditace prohibet ne signum crucis
sculpatur vel depingatur in aliqua
materia posita interius ut in marmore
vel silice vel sepulcris et hoc ideo ne
signum tam venerabile et tam sanctum
pedibus conculcetur et qui posuit
interius signum sancte crucis vel positum
non levavit pena gravissima puni
atur quam penam dominus ad mor
tem interpretatur ut ff. de penis l. ul.

De cruce spirituali tima
Petrus in omelia. Crux a cru
ciatu dicitur et duobus modis cruce
domini baiulamus cum aut per abstinenciam
carnem afficimus aut per compassionem
christi imitatione illius namque facimus
mortem

dem in moralibus. Quia paulus nec
mundi gloriam querebat nec ipse mun
di gloria querebatur ideo se mundo et
mundum sibi crucifixum esse gloria
batur. Idem. Cum vicijs et concupiscencijs
carnem crucifigimus si sic gulam
restringimus ut iam de mundi gloria
nil queramus. Nam qui corpus
maceravit sed honoribus anhelat cru
cem quidem carnem intulit sed mundo
per vanae glorie concupiscenciam per eius vi
vit. Augustinus in glo. super illud. Galatas v.
Qui christi sunt carnem suam crucifi [sua]
xerunt etc. Conveniunt ut devotam
ut qui domini crucifixi passionem pre
dicamus respuendarum carnalium
voluptatum crucem nobis faciamus.
Idem in sermone. Tota vita christiani
hominis si secundum ewangelium vivat crux et
martirium est. Idem. latro ille non
ante crucem domini sectator etc. que
super de baptismo plura quere infra
de mortificacione carnis. Idem in libro
de trinitate super illud apostoli. Scien
tes quia vetus homo noster simul
crucifixus est etc. Crucifixione
quippe interioris hominis penitencie dolo
res intelliguntur et continencie quidem
salubris cruciatus per quam mors im
pietatis perimitur in qua nos non
relinquit deus. Idem in eodem. Cru
cifixus est christus primo iudeorum vo
cibus hora tercia cum esset dies
sexta sabbati deinde suspensus
est et maxime hora sexta sed spiritum
tradidit hora nona sepultus est
ante iam iam sero factum esset quod
intelligitur in fine diei. Ambrosius super
lucam et super illud apostoli. Christo simul
cum crucifixus sum etc. Non amanti
divicias non amanti honores non
amanti que sua sunt sed que ihesu christi
non amanti que videntur sed que non
videntur non cupienti vitam presentem

sed ei qui festinat dissolui et esse
cum Christo cruciatus est mundus. hoc
est enim sibi crucem tollere et sequi Christum
ut et nos commoriamur et sepeliamur
cum Christo. Ieronimus in epistola ad Helyodorum
Licet paruulus ex collo pendeat nepos
licet sparso crine et cetera quere supra de amo
re parentum. Ysidorus de summo bono. Qui
crucem portat debet etiam mundo
mori. nam ferre crucem est mortifi
care semetipsum. ferre non et non mori
simulacio ypocritarum est. Bernhardus super
Cantica. Quia vero nichil formidolosius
homini quam crucem portare et pati sed
quare timent homines crucem portare
et pati sed quare timent, que crux
hominis salus est et vita quia latrones
sunt et demones. si enim latrones non
essent crucem domini non timerent. Idem.
Circuire possum domine celum et terram
mare et aridam sed nusquam te inueni
am nisi in cruce tua. ibi pascis ibi cu
bas in meridie. Crux enim tua domine
fides est cuius latitudo caritas est
longitudo longanimitas est altitudo
non spes est sed profundum crucis timor
est iudicii inscrutabilis. In hac ergo cru
ce te domine inveniunt quicumque te querunt.
In hac ergo cruce suspenditur anima
sancta deterius et dulcissima poma
de ligno vite quod est in medio paradisi
decerpit. Idem in Apologetico. Ve
portantibus crucem non sicut saluator
suam sed sicut Cyreneus alienam.
Ve cytharedis cytharizantibus non
ut illi in Apokalipsi in cytharis su
is sed ut ypocrite tristes in cytharis
alienis. Idem. Ve semel et iterum ve
simplicibus paruulis ve iniquis semel
et iterum ve portantibus crucem Christi
sed non sequentibus Christum qui cum eius
passionibus participant cuius
humilitatem sequi contempnunt duplici
quippe contricione conterentur qui hic

modi sunt cum et huius pro temporali
gloria se affligunt et in futuro pro
interna et occulta superbia ad eterna sup
plicia pertrahuntur. Idem in sermone. Re
nuncie audiamus fratres non carnem
et sanguinem non spiritum quelibet descen
sum a cruce suadentem sed persistamus
in cruce cum Christo moriamur in cruce se
pulti cum Christo deponamur a cruce cum
Christo manibus aliorum et non volun
tate propria. plura quere infra de
mortificacione carnis

De crudelitate. Gregorius in Registro val
de iniquum est ut qui te plus ama
uerunt ipsi te sine causa contra se se
ciant crudeliorem. Idem in moralibus. Plerum
que dissoluta remissio quam mansuetu
do ac pietas reputatur ut dum plus quam
decet delinquentibus temporaliter parcitur
ad eterna supplicia crudeliter reseruantur.
Augustinus in epistola. Molestus est et crude
lis videtur medicus furenti freneti
co sed et pater filio suo indisciplina
to ille ligando iste cedendo sed
ambo diligendo. si autem illos negligat
et perire permittant falsa mansuetu
do vera crudelitas est. Idem. ut con
stituet causam ne quisque post aliquam
eius primam clericatum accipiat vel
ad clericatum accipiat redeat vel in
clericatu remaneat non desperacione
indulgencie aut crudelitate sed vigore
factum est discipline. Crisostomus super Iohannem.
Sicut unus lapis non parit alium
ita nec crudelitas veniam cum eam
talem habent radicem non vult cle
mencia esse quod tale est. Idem.
Cum nos ignoramus conueniente Christum
ignorabit nos et ipse velut indigen
tes et quid fecit iuste quia crudeles
fuimus ipsum. Idem. Si curamus me
dicam primam peccatoribus imponentes
nam melius est propter misericordiam quam
propter crudelitatem dampnari. Bernhardus super

Dum sitat Quantum ergo compaciar
et si quid solacii possem impendere
quam libenter illud facerem novit ille qui
nichil latet universitatis si depenares salu
tarem divini medici solacium prebere
noluero crudelis et in mortem ero
quantum enim subtrahende pena pur
gatorii tui fraudabor alteri de coro
na tui fraudabo fructus quantum
de semine vite subtraxero si quid mo
dica semente subtracto non mo
dicum messis detrimentum est Sene
ca in epistola ad Neronem imperatorem
Quid appareat clementie nomine cru
delitas que nichil aliud est quam a
trocitas animi in penis exigendis
crudeles enim vocantur qui puniendi
quidem causam habent sed modum non habent
Tullius in libro de officiis Nam nature
quam maxime sequi debemus inimi
ca est crudelitas Idem Quid inter
est utrum ex homine quis in beluam
se transmutet an sub hominis figura
crudelitate belue ingerat Valerius
libro ix Crudelitas horridus est habitus
truculenta species violentus spiritus
vox terribilis omnis minis et cruen
tis imperiis referta cui silentium
datur dare tormentum est Idem Han
nybal tam crudelis extitit ut in
flumine gelido de corporibus humanis
ponte facto exercitum transduxit Idem
Dyonisii tyranni Sicilie cum omnes
Syracusani mortem optarent quedam
ultime senectutis femina sola cotidie
matutino tempore deos adorabat
ut incolumis ac superstes longe tem
pore remaneret quod audiens Dyoni
sius admiratusque valde cepit tamen
inquirere At illa reddidit Cum essem
inquit puella parvula et crudelem tyran
num haberem eo carere cupiebam sed alius
peyor successit cum etiam et illo carere

cuperem huiusmodi tercium de ceteris cru
deliorem timens ergo tibi deteriorem
succedere caput meum pro salute tua
devoveo Dyonisius ergo hoc au
diens tam facetam audaciam vetu
le mulieris punire erubuit Idem
in eodem Ochus qui postea Darius
appellatus est sanctissimo Persarum iure
iurando astrictus ne quemquam ex con
iuratione que septem magos cum
eo oppresserat aut veneno aut ferro
aut ulla vi aut inopia alimentorum
necaret crudeliore mortis excogi
tavit artem septum enim altis pa
rietibus locum cineribus implens
supposito ligno prominente eos benig
ne cibo ac potu exceptos in eodem
collocabat ex quo sompno sopiti i
n illam insidiosam cinerum congerie
rem incidebant Quintilianus pro
ca Nulla pena pena est nisi inmi
to nec ullum heremus nisi ab impacata
dolore et ut aliquid crudele sit ne
tus facit De cultu dei quere infra
de latria De cupiditate quere supra de
avaricia Decima bona et mala que
re supra decime Inferi de solitudine

De curiositate Greg in omelia
Curiose curiositatis est mens
que tanto tamen libet mente admones
tigandam vitam proximi extrinsecus
ducit semper enim sua intima ab
scondit ut aliena sciens se nesciat
et animus curiosi anima quanto peri
tus alienum meriti tanto fit igna
rus sui Idem in Registro Dum in
congrua dicentes quere supra de au
ribus et auditu Idem in moralibus
Sit recte retributionis ex amore
ut qui oculo exteriori negligenter
et curiose utitur interiori cordis o
culo non in iuste totaliter excecetur
Idem super Ezechielem Sicut malus aeras

sidus flatu tractus inficit corpus
ita plerumque locutio et assidue et curio-
se audita infirmorum auditorum inficit
animum ita ut habescat delectatione pra-
ui operis cum assiduitate curiosi sermo-
nis. Idem in mor(alibus). Plerumque vero que-
libet innocenti mente conspicit sed pro
affectu curioso animum gravi gladio
confoditur. Non enim david vire co-
niugem studiose ideo ut curiose respe-
xit quia concupivit sed potius ideo con-
cupivit quia curiose respexit. Aug(ustinus)
in li(bro) de moribus eccl(esi)e. Curiosum est
genus humanum ad cognoscendum vitam
alienam desidiosum autem ad corrigen-
dam suam. Idem in li(bro) conf(essionum). Inest anime
per sensus corporis quedam non se ob-
lectandi in carne sed experiendi per carnem
vana quedam et curiosa cupiditas
nomine cognicionis et sciencie palliata.
pulcras enim varias que formas niti-
dos et amenos colores amant oculi
sonos dulces et armonias resonan-
tes cupiunt aures et sic de singulis
sed non teneant hec animam meam
autem deus qui fecit hec omnia valde
bona sed et ipse est bonum meum non illa.
Idem in li(bro) de vera religione. Miseri
homines quibus cognita vilescunt
et novitatibus gaudent libencius
enim semper discunt quam norunt cum
tamen cognicio sit finis discendi. I-
dem ibidem. Quid appetit curiositas
nisi cognicionem non pertinente quid
appetit superbia nisi potenciam non com-
pediente quid appetit voluptas cor-
poris nisi quietem mortificante. Idem.
Stultis curiose dicentibus quare
non potuit deus hominem liberare nisi
de femina nasceretur. Videndum est pote-
rit quidem sed si deus aliter fecisset itero
vice stulticie displiceret. Idem. Omnis
anima indocta curiosa est. Idem in

libro de utilitate credendi. Omnis ut
qui agitur cupiditate noscendi curiosus
tamen ea requirit que nichil ad se attinet
studiosius aut ea que ad se attinent di-
scere concupiscit. Crisostomus in sermone. In the-
atro facto non solum vides queris sed
de auribus et auditu. Ysid(orus) in synonimis.
Noli querere quid quisque dicat vel quid
faciat. Cuncta curiositate omitte curam
que ad causam tuam non pertinet. Idem.
Scalinus qui virtutes alterius intendimus
nec quid boni sed quid mali quis gesse-
rit curiosius agnoscere curamus. Idem.
Oculi curiosi prima tela libidinis sunt
et prima concupiscencia mulieris est visio
curiosa. Idem de summo bono. Quidam curi-
osi delectantur audire quoslibet sapien-
tes non ut veritatem querant aut ag-
noscant ab eis sed ut facundiam sermo-
num addiscant more poetarum qui ma-
gis compositionem verborum quam sententiam
veritatis persequuntur. Bern(ardus) in meditationibus.
Multi multa sciunt et se ipsos nesci-
unt alios curiosius inspiciunt et se
ipsos deserunt deum querunt per
hec exteriora deserentes interiora sua qui-
bus interior deus est. Idem in libro de
xii gradibus. O dyna quid necesse est
ut videas mulieres alienigenas que
necessitate qua utilitate an sola curio-
sitate et si non otiose vides tamen
otiose videris. Idem. Nisi meus minus
se curiose se servavit tua curiositas
tempus vacuum non habebit et si for-
sitan non est culpa culpe tamen occa-
sio est et indicium vel culpe commisse vel
causa culpe committende. Idem ibidem.
Quid mulierem tam intente intue-
ris tam curiose conspicis quod illud tam
crebro vagantia lumina iacis. Idem in
li(bro) de xii abusionibus. Monachus qui
fit negligens alios curiose curiosus fiat
dum quosdam suspicit inferiores quos

dem suscipit inferiores quosdam superi-
ores et in aliis quid videt quod displi-
cet in aliis quod invideat unde fit quod
pro mobilitate oculorum animus levigatus
nulla utique sui ipsius cura gravatus
modo per superbiam ad alta se erigit modo
per invidiam in infima se demergit
Idem Complexionem corporis motu ceteris
nunc morbus deprehenditur quamdiu
enim a sua circumspectione curiosus tor-
pescat incuriam sui curiosam in alios
facit qui cum semet ipsum ignorat
foras mittitur ut edos pascat Augustinus
in de solitudinibus Curiositas est stu-
dium perscrutandi ea que scire nulla uti-
litas est Seneca in libro iiii° declamationum
Error est cupiditas sive curiositas
ignota cognoscendi quam nata reperien-
di Idem ad Lucillum in epistola lxviii Mul-
ti apta sunt que tusserunt sed condita et obscu-
ra curiose rimantur finem eius signata
salutant et ille videtur quid quod patet
has mores habet impetuosissimus quisque
qui inscrutata invenire cupit Idem Tam
damnosissimum bonis moribus quam
in curioso spectaculo desidere Tunc
enim per voluntatem facilius vitia surre-
punt Varro in sententiis Nusquam de-
videt qui quod videt sequitur Tullius Tul-
lius in tusculanis libro tercio Stultitie proprium
aliorum vitia curiose cernere suorum non
oblivisci

De curis huius mundi Gregorius in dya-
logo Multum est quod cum semper se
mente curarum huius mundi densitas de-
vastat cumque animus dividitur ad multa
fit minor ad singula tanto quod ei in una
quaque re surripitur quanto latius in
pluribus occupatur Idem in Registro
Sicut toto desiderio debemus curas
et occupationes mundi fugere ita quod desit
qui pro fide predicet predicationis curam
et opus libenti animo est habens subire
Idem qui adhuc valetis huius mundi
curas et occupationes fugite quia quanto
quisque in eo profecerit tanto ab amore
dei amplius recedit Idem in xxxii mo-
ralium super illud Job xxxvi In mani-
bus abscondit lucem In manus quip-
pe sunt qui se elatis cogitationibus
extollunt quia qui in rebus sibi co-
piose succedentibus iniquiter prosperi
sunt ideo futura gaudia non requi-
runt cumque eis actio mundialis multi-
plex occupat etiam a semet ipsis alie-
nos se esse demonstrant quos bene
apud moysen filii ruben et gad et
dimidia tribus manasse exprimunt
qui iumenta plurima possidentes ior-
danem transire refugiunt quia quos
multa mundi implicamenta occupat
habitationem celestis patrie non requi-
runt Idem in omelia Usu terrene cu-
re a celesti desiderio animus obdures-
cit et dum ipse usu suo durus effici-
tur curam et occupationes seculi non
valet ad ea que pertinent ad cultum
et caritate dei facile emolliri Idem
in moralium Quale vivit homo qui secula-
rium negociorum estibus et cum illudit
et inquietat Idem plus in hoc mundo
honor quam quam despectus et contemp-
tus gravat et occupat Idem super
Ezechielem quibusdam pravis mentibus
nichil est laboriosius quam si eis pre-
cipiatur ut in huius mundi actibus
non laborent Augustinus de vera religione
Anima huius mundi tam timent ab
eius amplexu ut nichil sit eis la-
boriosius quam huius seculi curis non
laborare Idem super Johannem Si te de-
lectat cura huius mundi semper mi-
ser eris in mundo Si autem fueris mundus
non remanebis non in curis huius
mundi Plura que supra de amore
huius mundi Item infra de sollicitudine
Item infra de occupatione Item super
de contemptu mundi Ambrosius in exa-
meron Excitat animum occupatio cura et
cupiditas concitat etiam cura per

vigil alterius rapiendi torquet inun
dia respicat mora sterilitas pruentum
infecunda perturbat solicitat fecunda
cia. Leo papa dyabolus cum distruit
consuetudines cum ventilat curas cum
stimulat affectus et ibi causas querit
nocendi ubi quempiam studiosius in
venerit occupari. Ysidorus de summo bono
Quanto quisque curis mundi maio
ribus occupatur tanto facilius vi
ciis implicatur. Idem longe a deo animus
est qui in huius seculi curis fuit oc
cupatus plura quere supra de amo
re mundi item infra de sollicitudine item
supra de contemptu mundi. Bernhardus de con
temptu mundi Hanc scit cor[?] spiritua
lis et curie cordis indicium evidens est
contemptus eciorum sit eorumdem cura
sive sollicitudo etiam signum est auctoris
incuriate plura quere supra de amo
re mundi. Seneca in epistola Unus quis
que fortunis multum dedit invenitur
sibi materiam perturbacionis fecit una
hec via est ad tuta vadendi fortunam
despicere et honesto contentum esse. Idem
ibidem Omnia impedimenta dimitte
et vaca bone menti nemo eam ad illam
pervenit fortunis occupatus plura quere
supra de amore mundi de contemptu mun
di item infra de quiete spirituali. de cura
carnis quere infra de carnalitate

De custodia Glossa super illud psalmi Di
xi custodiam vias meas etc.
dixi i. mecum deliberavi sapiens enim
prius deliberat quid sit loquendum quam
loquatur ut prius sermo veniat ad limam
quam ad linguam dixi ergo more scilicet
et ope ut custodiam vias meas scilicet
cogitacionum sermonum et operum et inter
has vias maxime dixi ut non delin
quam in lingua mea quod quidem difficile
le est. Non enim lingua frustra in
humido sita est quia facile labitur
perfectus est autem vir qui non offen
dit in verbo. Idem ibidem pro illo verbo

Psalmus Posui ori meo custodiam cum
consisteret etc. ne loquendo scilicet etiam
bona inter blasphemos et calumpniosos
dem eis occasionem peccandi ut scilicet
peccator detrahant mee simplicitati sciens
eos verbum meum verum et bonum non
suscepturos sed magis nocituros. Idem ibi
dem Custodia oris duo exigit scilicet
hostium et hostiarium unde et alibi dicitur
Pone domine custodiam ori meo et os
tium circumstancie labiis meis hostiarius
non est proprius unde qui intrat per hostium
in ovile ovium hic pastor est cui huic
ostiarius aperit vel eciam sacra scrip
tura potest dici ancilla hostiaria quia
docet moderacionem et discrecionem lingue
Dicit enim ecclesiasticus Pone frenos ori
tuo et sermones tuos in statera ut fa
ciant pondus unum et mensuram.
Idem ibidem Sed quamvis dinoscas
quando quid et ubi quantum et quibus
sit loquendum vel tacendum tamen quod
impertinere loco temperamur hominibus
vide. Dicit enim Responde stulto secundum
stulticiam eius Et iterum ecce per oppor
tunitatem quia sequitur Ne respondeas stulto
etc. Alibi detrahere noli vide ne odio
habeans. Idem ibidem Solus iustus scit
quid loqui quid tacere debeat quia iusto ni
chil deest. Ubi supponit sive sapiens
et rebus honestis plura quere infra
de loquela item de taciturnitate

De dampnatione eterna Gregorius
in moralibus libro xv. Fit miseris
mors sine morte finis sine
fine defectus sine defectu quia et mors
eius vivit et finis eorum semper incipit
et deficere defectus eorum nescit. Mors
eorum illorum perimit et non extinguit do
lor illorum cruciat sed pavore nullatenus
fugat flamma comburit sed nequaquam te
nebras discutit. Idem ibidem In inferno
ignis ad consolacionem non lucet et ta
men ut magis torqueat ad aliquid lucet
Nam sequaces suos secum in tormento

flamma illustrante reprobi sunt visu-
ri quorum amore deliquerunt quatenus qui
vitam eorum carnaliter contra precepta con-
ditoris amaverunt ipsorum quoque interitus
eos mangnitudinem sue vero dampnacionis
affligat Idem ibidem Sicut in domo
patris nostri mansiones multe sunt
pro diversitate virtutum sic dampnatos
diverso suppliciis gehenne ignibus sub-
icit disparitas criminum Idem in nono
moralium super Job Fasciculos ad combu-
rendum ligare est pares in culpa in pe-
na similiter sociare ut quos culpa similis
inquinat par eciam pena constringat
Idem ibidem Sicut uno sole nos omnes
tangimur nec tamen sub eodem omnes
uno ordine estuamus quia iuxta qua-
litate corporis sentitur eciam pondus
caloris sic eciam et dampnatos una
est pena que afficit et tamen non
omnes una qualitate comburit Idem
in eodem Abesse ordo in suppliciis dicitur
quia quibuslibet vehemencius surgen-
tibus ipsa rerum qualitas non servatur fit quoque
in tenebris mors sine morte et ut supra
supplicia ergo ordine non habent que
sua per omnia qualitate non servat Idem
Duos habuimus inventores in vitiis
habebimus derisores in tormentis Idem
In inferno erit frigus insuperabile ig-
nis inextinguibilis vermis inmor-
talis fetor intollerabilis tenebre pal-
pabiles horrenda demonum visio fla-
gella cedencium confusio peccatorum de-
speracio omnium bonorum Idem ibidem Ignis
qui in obscuritate cruciat credendum
est quia lumine ad tormentum servat Idem
in omelia de divite epulone Ut peccatores
in suppliciis amplius puniantur et eorum
vident gloriam quos in hoc mundo con-
tempserunt et de eorum eciam pena plus
torquentur quos hic inutiliter amave-
runt Idem ibidem Credendum est quod an-
te retribucionem extremi iudicii iniusti
quosdam in requie iustos aspiciant
ut eos videntes amplius crucientur
Iusti vero in tormentis semper intuentur
iniustos ut hinc eorum gaudium cre-
scat Augustinus in sermone Quare in infer-
no mors queritur et non invenitur
nisi quia quibus in hoc seculo vita
offertur et nolunt accipere hii in in-
ferno querent mortem et non poterunt
invenire Idem in quadam exhortacione
Expectabitur erit illic incontinen-
tibus satisfaccio quamdiu salutifera
dissimulaverunt sanare remissio Ar-
dens enim inferni puteus aperietur
et malorum desperatus erit sed reditus
non erit illic fidei veste nudati et
capitalibus mortem in sepulchrum dimer-
gentur cruciandi in tenebras exteriores
ubi sol eternus illuminabit illic infeli-
ces conclusi sed hic infelicius concluden-
di De hoc puteo propheta David orat
atque commemorat dicens Non absor-
beat me profundum neque urgeat super
me puteus os suum quia tunc sine
fine remedio peccatores infelices con-
cepit claudetur puteus ille sursum
aperietur deorsum ac dilatabitur in
profundum nullum dei spiramen ullus
liber anhelitus clausuris desuper
urgentibus relinquentur detrudentur
eciam illuc maledictores nature nec
ultra sencientur adeo quia hic demum
sunt noluit moriuntur vite et mor-
ti sine fine vivunt Felices ergo qui
nunc bene utentes facultatibus
suis et de suo largientes in se cas-
ti in aliis non iniusti ab huius
profundi flamma putei se redimant
hec enim pena in illos manebit qui
predicto sunt non reparato primam bap-
tismi meritum ad quos ante dicta
paleas ante comburente igne in con-

tinguibile Idem quantum distat ignis
materialis abigne picto tantum distat
ignis infernalis a materiali tamen talis e
violentia quod si in ipsum vniuersitas ma
ris influeret eum nec admodicum
refrigeraret Idem de fide ad petrum Ig
nis eternus qualis sit et in qua parte
mundi sit neminem arbitror scire ni
si cui diuinus spiritus ostendit Idem ibidem
Exterioribus tenebris deputata nul
lo illustrantur lumine intelligas maiore
post diem iudicii finalis Idem ibidem
Ve hijs quibus preparatur dolor vermium
ardor flammarum sitis sine potu fletus
et stridor dentium lacrime oculorum
exteriores tenebre sine luce pena ig
nis inextinguibilis vbi nullus
est honor vel agnicio proximorum sed
continuus dolor et gemitus vbi mors
optabitur et non dabitur vbi nullus
honor seniorum vel regis nec dominus
super seruum nec mater diliget filium
aut filiam nec filius honorat pa
trem vbi omne malum et indigna
cio et fetor habundat et amaritudo
Idem ibidem Habebunt iniqui cum
iustis resurrectionem corporum eternam
sed in mutacionem in gloriam non habe
bunt que dabitur cunctis iustis quam
accipiunt non auffertur corrupcio
et ignobilitas et infirmitas in quibus
seminantur et si erit ibi stimulus
penitudinis nulla tamen erit ibi
correctio voluntatis A talibus enim
ita culpabitur iniquitas sua ut
nullatenus possit iusticia diligi vel
optari Idem in libro de cathezizandis
rudibus Sicut nullum gaudium rerum
temporalium comparatum potest simile esse
nemini gaudio vite eterne quod
accepturi sunt sancti sic nullus cru
ciatus penarum temporalium potest sem
piternis iniquorum cruciatibus comparari

Idem in libro de vera religione Carce
ri sunt inferni inferiores vbi nulla
potest esse commemoratio quia nulla est
ibi veritas Idem super psalterium Dolore
tormentorum interiorum et exteriorum adeo af
ficientur et turbabuntur iniqui ut ad
cogitandum aliquid de deo vivus vel
inquam mentem reuocent Idem in libro
de natura boni Peccantes in supplicijs
ordinantur que ordinacio quia eorum
nature non competit pena est eis
sed quia culpe competit iusticia dei
est Idem ibidem Melius ordinatur
natura ut iuste doleat in supplicio
quam ut impune gaudeat in peccato plura
quere infra de medicina exterior Crisostomus
de reparacione lapsi et habetur in glosa
super illud ysaie xxxiij Non videbit
gloriam dei Ex hijs temporalibus penis
metiri possumus quanta sint illa sup
plicia que eternus ignis inflammat
que vel quanta mala fluuius ignis
producens ante tribunal illud horren
dum vndis penalibus irrigabit
nichil ibi nisi stridor dentium et vlu
latus et fletus et sera penitencia cerni
tur vndique angustie et vndique pe
ne in ualescentibus sed nec vllum
vtique solatium nullus qui occurrat ma
lis ineis nisi solum penarum ministri et
facies vbique dira tortorum circumda
bunt penarum loca tenebre exteriores
Ignis enim ille sicut naturam non habet
corpora consumendi sed nec illuminandi
sed ignis absconsus et flamma tene
brosa Idem ibidem Si hijs aut peis
potius quis tremor aut que respo
luas vel vitiorum sit dum hij qui sunt melborum
que quanto cruces aut cruciatus
teneant omnis sermo nullus animo
sensu potest comprehendere Idem super Matheum
Omnis arbor que non facit fructum bonum
excidi et in ignem mitti quia cum

combuitur a regno etiam excidetur
Idem in eodem. Nam quod plerique per-
timescunt solum gehennam ego tu-
illius glorie perditionem multo ma-
gis amariorem quam ipsius gehenne sup-
plicium esse dico. Idem ibidem. Intol-
lerabilis quidem res est gehenna et
supplicium quam horribile tamen si quis
ponat mille gehennas nichil ta-
le dicturus est quale est ab illius
eterne glorie societate repelli. Idem
in eodem. Excludi a bonis eternis
et alienum effici ab hiis bonis que
preparata sunt sanctis dei tantum ge-
nerat cruciatum tantumque dolorem inge-
rit ut si etiam nulla torqueret
extrinsecus pena tamen hec sola suf-
ficiat. Omnis enim gehenne superat
cruciatus carere bonis illis quibus
caruerunt impietate proprium si stetisses.
Idem ibidem. Nam multi imperitorum pu-
tant sibi satis esse et optabile vide-
ri si gehennam tantum careant sed ego
illa anima tamen hoc sufficit infelicius
quod infernus. Ego enim multo ma-
iorem et graviorem quam sit gehenna
dico cruciatus esse removeri et alie-
nari ab illa gloria quam daturus est deus
sanctis suis. Nec puto tam acer-
ba supplicia gehenne sicut sunt
illa quibus torquentur hii qui ar-
centur a conspectu Christi. Crede michi
quia hec penis omnibus gravius
est hoc enim solum est quod superat etiam
gehennam. Idem super Math. Deus in-
vitus quere infra de deo. Idem libro
primo de compunctione cordis. Quanti
doloris est excludi et privari a regno
celorum ut enim michi videtur hoc
ipsa gravius est gehenna hoc idem
dicit Augustinus in enchiridion et glossa super
illud Apocalypsis primo plangent se etc. Item
Crisostomus in sermone. Non putemus quia sup-

pliciorum mutaciones ipsa dabit finem
doloris sed potius quod penas accedente
incorrupcione corporis et anime ultimis
suppliciis terminum dabit plura que
infra de iudicio exponemus. Ysidorus de
summo bono libro primo capitulo xxviii. Gehen-
na est duum iudicium unum quo hic
homines iudicantur et aliud in futuro.
Idem. Quibusdam proficit temporalis
pena ad purgationem quibusdam
non hic inchoat dampnatio sed illic
perfecta patet iudicio. Idem in eodem
libro capitulo xxvii. Gehenna puniet impios
sua dum aut hic pro suis meritis
cecitate mentis puniuntur ne videant
veritatem aut dum in fine dampnabuntur
ut penas debitas exsolvant. Idem
ibidem. Duplex dampnatorum pena
est in gehenna quorum et mentem
urit tristicia et corpus comburit
flamma iusta quidem vicissitudine ut
qui mente tractaverunt quod perficerent
corpore simul et anima puniantur.
Idem in eodem. Ignis autem gehenne
et lucebit miseris ad augmentum
penarum et dampnacionis ut vide-
ant unde doleant et non lucebit
ad consolacionem ne videant unde gau-
deant. Idem ibidem capitulo xxx. Sic
unusquisque sanctus in futuro iudicio
pro quantitate virtutum glorificabitur
sic etiam unusquisque reprobus pro
quantitate facinorum condempnabitur
nec dubium erit in supplicio futuro damp-
nacionis ordo sed in ipso qualitate cri-
minum erit districcio penarum. Idem ibidem
libro tertio capitulo lxvii. Pravos homines
apostate angeli corrumpunt morien-
tes ut eis sint illi rei ipsi tortores
in penis qui fuerunt persuasores in vi-
tiis. Idem in synonimis. Intende animo
quascumque seculi penas quoscumque
tormentorum dolores quascumque dolorum

adulatores et hoc totum comparatum
gehenne et erit leve omne quod pateris
Idem in iudicio reprobi et quere
infra de iudicio extremo Bernardus
in epistola Ubi hoc terribile dolus inflexi
bilis et obstinate mentis punitur
eternaliter licet temporale peccatum sit per
petratum quod quia breve fuit tempore
vel opere tamen longum esse constat
in ostinata voluntate Idem in sermone
Singulis concupiscenciis singulis membris
bus que fuerunt arma vel instrumenta
iniquitatis sua debetur pena pro
quantitate vel qualitate commissi cri
minis unquam aut membro creator
amplius offenditur in eo peccator gra
vius torquebitur Idem horrendo
modo tunc erit inferis dolor cre
formidine flama tum ab spiritu tam
et in corporis interitu quia a suis qua
litatibus elementa discordant quia
a conditoris voce dum ipsi vivunt dis
crepabant Ambrosius in sermone prode
fuerit meditandum est eterne mor
tis supplicium in quo si quid penarum ima
ginari potest tunc multo ma
gis aderit ubi vermis erit immor
talis ignis inextinguibilis fetor
intollerabilis O domine deus qui hor
rendi qui stupenda sunt ista sed
multo maior erit o domine cruciatus
amissio tue claritatis sufficiat enim
ad amenam penam sine tua non presenti
bilitudine Fulgencius in epistola prin
cipalia sunt duo tormenta in infer
no scilicet frigus intollerabile et
calor ignis inextinguibilis unde
et in ewangelio legitur Ibi erit fletus
et stridor dencium fletus namque in
lique factione oculorum nascitur de calo
re stridor vero dencium de frigore deri
vatur Et in Job dicitur transibunt
de aquis nivium ad calorem nimium
Plura quere infra de iudicio extremo

Damascenus in sermone de quinque sociis
in Christo Insignis athanasius per doc
tores ab omni consolacione privati
sunt quia nequaquam invicem se cognos
cunt postquam in illa una die se de ad
ventus Anshelmus de similitudinibus
Tres inferne future sunt turpitu
do turpitudo pondositas imbecilli
tas sentus infirmitas anxietas
insipiencia discordia defectus impo
tencia timor tristicia Glosa super illo
verbo Quanto est homo parvus mendax
in in quo singulis membris quibus amplius
peccavit in eo plus punietur unde
qui in lingua plus peccavit in ea
plus ardorem perhibetur dum ob eius
talenta qui est lapis igneus imple
dus esse dicitur quod etiam accidit
diviti epuloni Auctor de spiritu et anima
Sancta anime in eisdem locis in qui
bus culpas commiserunt punientur que
dam vero in abditis receptaculis usque
ad ultima resurreccionem continentur sicut
una queque digna est requie vel miser
ia Jacobus in libro de transitu Scipionis
Anime post dissolutionem cor
poris cogentur reddere penas que i
pse vita noluerunt illius

De deo Bernardus in moralibus libro x
super illo verbo Job qui facit ma
gna et inscrutabilia quorum non est
numerus divine fortitudinis facta tunc
verius conplemus cum hec conplere — *vos* —
non posse cognoscimus tunc facun
dius loquimur cum de eis ab stupe
do reticemus Idem deus ipse manet
intra omnia ipse est extra omnia ipse
supra omnia ipse infra omnia Est
enim superior potencia inferior per
sustentacionem Exterior per magnitudinem
et interior per subtilitatem Idem deus
hoc est quod habet eternitate quippe hic
et ipse est eternitas hic habet et ipse

tuos sunt sed Idem Omnipotens deus
et si plerosque mutat sententiam consilium
tamen numquam Idem Omnipotens deus
quod nobis profuturum esse valeat sci
ens dissimulat exaudire quamquam dolen
tium voces ut augeat utilitatem et
ut intra presentem purgetur et quietos
tranquillitas que hic inveniri non po
test alibi inveniatur Idem Omnia sunt
que pulchra que iusta sunt dei ius
ticie ac pulchritudini comparata nec
iusta sunt nec pulchra sed nec omnino
sunt Idem Conditor noster mira dispen
satione consilii et culpas nostras repri
mit et tamen puniendi tempora impe
dit ut longiora tempora vite spacia
fiant cuique in adiutorium bonitatis
sint non cuiquam in augmentum damp
nationis Idem in Cantica Utrumque no
bis attulit superna medicina dei quia
deus et dedit homini precepta ne pec
caret et peccanti dedit remedia ne de
speret Idem super Ezech Omnipotens
deus qui sibimet dissimilis non est
ea virtute videt nos qua videt omnia
et ea virtute iudicat omnia quo crea
vit omnia Idem in moralibus libro xx Imu
tatus est michi in crudelem Idem in
sacra scriptura cum de deo aliquid indig
num dicitur monetur legentis animus ve
lud si aliquid de deo aliquid dignum di
catur Pene quippe omne quod de deo
dicitur ipso eo iam indignum deo est
quia de deo dici potest Nam cuius
laudi vel maiestati non sufficiat ob
stupescens hominis mens et conspicua
quo sufficiat ergo loquens lingua Spe
cient sanctus hoc ipsum hominibus intel
ligentibus insinuans quod sunt inef
fabilia etiam verbis summa divina
non numquam de deo utitur que apud
homines habentur in vicio ut zelus quod
indigna videntur hominibus et tamen

dicuntur de deo admonentur homines
prave quod nec illa iam deo digna sunt
que dum digna habentur apud homi
nes digna putantur deo dicatur enim
deus zelans sicut scriptum est deus
zelotes nomen eius dicitur deus iratus
unde scriptum est Iratus est dominus
contra israel dicitur etiam deus peni
tens sicut scriptum est Penitet me
fecisse hominem super terram Et rur
sus penitet me quod constituerim
saul regem super israel Dicitur etiam de
[illegible] sicut scriptum est [illegible]
tores et imperator dominus etc dedit
dicitur etiam deus prescius sicut de illo
ait apostolus Quos prescivit et pre
destinavit etc Cum tamen nec ze
lus nec ira nec penitentia nec irrisio
nec ignorancia nec prescientia possit esse in deo
Licet namque omnia alicuius in illa
qualitatibus tracta sunt dum ad
nostre infirmitatis vocabula descendit
ut quia quibusdam nobis consideribus
sacris et notis nos positos per ea que
nobis vicina sunt conspicimus
ad ipsius dei summa quamquam condescen
dere valeamus zelari enim dicitur
qui cum tranquilla mente castitatem
custodit uxoris Irasci dicitur qui fer
vore vel furore vel furore animi to
ta persequendum motu accenditur pe
nitere dicitur cum id quod fecit displi
cet et consilium mutando aliquid ali
ud facit Miserator dicitur qui pietate
cordis ad proximum permovetur Mise
ricordia non misericorde vocitatur
eo quod unusquisque intueatur que proximi
miseriam atque ei compatiens dum
dolore animi tangitur ipse habet mi
seriam ut cum a miseria liberet tu
metur Unde et ysaias quoque cum vi
deret ultimi iudicii diem non iam

tum venia sed tum districtione ventu
rum ait Ecce dies domini venit crude
lis et indignacionis plenus ire fu
roris quod ad ponendam terram in solitu
dine et peccatores eius conterendos de
ea Deus ergo iram et eandem crude
litate sibi poterimus asserere tamquam
posse quando deo ait conversus es in
incrudelem ac si aperte dicat qui in
te ipso nichil crudelitatis habes in
quem respirare a percussionibus
et plagis non sinis crudelis esse
videris Est enim deus crudelis esse
non potest sicut nec mutari ulla
tenus potest sed quando videtur umquam cru
delitas aut mutabilitas venit de
sursum Job michi dicit quod in semet ip
so deum nec crudelem nec mutabi
lem senciat ostendit Nam dum circa
nos quedam prospera et adversa va
riantur in eo quod nos mutamur quod dei
eius circa nos motum animi suspi
camur Ipse autem in se inmutabilis
permanens aliter atque aliter incogita
cione sentitur hominum pro qualitate
meritorum Nam et lux solis cum ne
quaquam sibimet ipsi dissimilis sit
infirmis tamen aspera sanis autem
oculis lenis et amabilis esse videtur
corporum videlicet oculorum mutacione non
solis unde ut predixi dicens beatus
Job mutatus es adiunxit michi ut
videlicet hec ipsa crudelitas atque
mutacio non sit in qualitate vel con
dicione dei iudicis percucientis sed in men
te hominis percipientis Idem in registro
libro xxxi moralium Divine potencie suppe
tit non solum bona de nichilo facere
sed eciam condita que dyabolus infecit
venit reformare Augustinus in libro de sym
bolo totus filius est apud patrem

totus in celo totus in terra totus in
utero virginis totus in cruce totus
in inferno totus in paradiso quo latro
nem introduxit Idem ibidem Non
per divisa vel loca dicimus Christum ubique
totum esse sic ut modo sit ibi to
tus et alio tempore sit alibi totus sed
ut semper sit ubique totus Idem in libro
contra quinque hereses qui sic incipit
Debitum servus fateor apud deum in
quo crastinus numquam hesternus est
dies apud deum sed semper hec hodie nec
mensium circulis volvuntur anni nec suc
cedentibus nec decedentibus transa
guntur menses diebus nec hore mu
tantur non momenta variantur nec tempora
ubi dies nec fine clauditur nec
inicio inchoatur Idem in eodem Deus
sic est in celo ut non deserat terram
Celum inquit ego ego impleo quia
nobiscum et cum patre est Non enim
patrem dimisit cum ad nos venit
nec nos deseruit cum ad patrem as
cendit Idem in libro xiiii de civitate
dei capitulo xxiiii Est ergo natura non facta
que fecit omnes ceteras magnas parvas
que naturas Et illa natura quidem
ceteris omnibus prestancior deus est
qui non longe positus ab uno quo
que nostrum sicut apostolus ait Adiungens
in illo enim vivimus movemur et sumus
Idem in libro de trinitate circa principium
Quo intellectu potest homo deum capere
qui nondum suum intellectum quo deum
vult capere capit Si autem intellectum suum
homo iam aliqualiter capit attendat
diligenter nichil in sua natura me
lius esse quam intellectum eius est et
videat diligenter utrum ibi sint aliqua
liniamenta formarum nitores colores
spaciosa magnitudine partium distan
ciam molis distensionem inter per locorum

incircualla mocionem vel aliquid huius
q si inch huius inveniunt intellec
tivo qui melius est et nobilius qd
homines in humana natura non debe
mus in deo quere qui longe meli
or et nobilior est meliore vivo id
est intellectivo Idem de trinitate de
hac re summa et excellentissima cu
timore et modestia est agendum et
et attentissimis auribus atque devo
tis audiendum est quia nec periculo
sius alicubi erratur nec laboriosius
aliquid queritur nec fructuosius ali
quid invenitur Idem in libro de verbis
domini Deus inveniri potest comprehendi non
potest Idem libro iii de trinitate c. 6o
Non locorum intervallis sed similitudine
acceditur ad deum et dissimilitudine
receditur a deo Idem in libro de fide et
symbolo c. vi Filius dei dicitur minor
patre propter susceptam humanitatem
et propterea quod filius de
patre est debet eciam utique patri
quod eidem patri par et equalis est
pater autem nulli debet quod est autem quod
est Idem perhorrendum est de deo a
liquid falsi dicere eciam si ad laudem
eius videatur pertinere non enim mino
ri sed maiori fortassis scelere in deo lau
datur falsitas quam vituperatur ve
ritas Idem de trinitate dei libro primo
c. xvii Ei deo quanto similior tanto
sit quisque propinquior nulla maior est
ab illo longinquitas quam eius dissi
militudo Idem incomparabili illi
cito et incommutabili bono tanto est
animus hominis dissimilior quanto rerum
corporalium mutabilium cupidior Ide
ad deum ire licet non pedibus sed mori
bus nec faciunt bonos vel malos
mores nisi boni vel mali amores
Idem in quadam epistola Deus ubique
presens est et ubique totus presens / presens
est nec tamen ubique habitans sed in tem
plo suo capitur aut habitans et i
nhabitans ab aliis plus ab aliis minus
Idem Deus totus oculus est totus
manus est totus est pes est totus
est oculus quia omnia videt totus
est manus quia omnia operatur totus
pes quia ubique est Idem non sermo
in hoc nos admonet nos deus ut
sciamus quid agendum sit verum etiam
ut amando agamus id quod iam dis
cendum iam scimus Idem deum vi
dere sicut est in sua natura nec
oculus hominis potest sed nec angeli
nec throni nec potestates nec domina
ciones sed nec omne quod nominatur Idem in
libro de natura boni commendatur quan
tum bonum sit deus quoniam nulli bene
est ab ipso recedenti Idem in libro
Voluntas et potencia dei deus ipse
est Idem Domine excelsus es domine
sed humiles corde sunt domus tua
tu enim erigis elisos et non cadunt
quorum celsitudo tu es Idem penites
te deus et non doles irasceris et
tranquillus es opera mutas sed non
mutas consilium Idem super Genesim contra
manicheos Deum tante bo
nitatis dicimus deum esse tante iusti
cie tante quoque incorrupcionis ut
neque peccet neque peccare possit neque
aliquem necessitat qui peccare noluit
nec ipso quisquam nocere potest qui pec
care noluit Idem super Genesim ad litteram
Frustra dicitur non debet deus cre
are tales quos ipse presciebat fu
turos malos sciebat enim eos
bonis hominibus profuturos et iuste
pro mala voluntate puniendos Idem
super Iohannem omelia xiii Deus tibi to
tum est si esuries panis tibi est
si sitis potus tibi est si in tenebris
ambulas lumen tibi est si nudus

es in mortalis tibi vestis est Idem
ibidem Omnia piut dia de deo s; ni
chil digne dicat3 de deo Idem in eo
dem anc̄ xxiij. Ego sum via veritas
et vita ambulare vis ego sum
via falli non vis ego sum veritas
mori no vis ego sum vita fulcit
enim deus nutantes dirigit he
sitantes confirmat dubitates
Idem in li.o soliloquiorum Deum q
amat amē q pot amare sine si
cut sine vestibus deus in quo sint
omnia tamen tamē univ se creatē
nec turpitudo turpis est nec ma
licia nocet nec error errat Idem deus
a quo converti cadē est in quē con
verti resurgē est in quo manē consis
tē est Idem deus a quo exire mo
ri est in quē redire reviviscere
in quo habitare vivē est Idem Deus
quem nemo amittit nisi deceptus
nemo querit nisi amonitus ne
mo invenit nisi purgatus et ad
vitus Idem deus quem relinquē
hoc est quod perire quem attendē
hoc est quod amare quem videre
hoc est quod videre habere Idem deus
cui nos fides excitat spes erigit
caritas iungit deus si fide te in
veniunt qui ad te refugiunt fidē
da si virtute s; virtute si scientia
scientiam Idem in eodem Sicut in hac
sole tria quedā licet aduertere s. qd
est q. fulget quod illuminat sic in
illo secretissimo sacramento deo sole
iusticie quem tu vis intelligere
tria quedam sunt scilicet q est quod
intelligit et quod cetera facit intelligi
Idem in eodem Constantē deum cre
rede et q totum committe quantum
potes noli velle esse quasi proprius
aut in tua potestate s; profitens eius cle
mentissimi et optimum dnm te esse
suum proprie sic enim te ad se suble

vare non desinet nichil q; tibi eve
nire permittet nisi quod tibi prosit
etiam si nescias Idem de trinitate
dei Patria dei ad penitentiam invitat ma
los sicut flagellum dei ad paciam
et penitentiam reducat bonos Idem in lib.o
de coniugiis adulterinis Absit ut qui
libz catholicus dixerit quod spiritus sanctus
suadet non deum suadē cum et ipse
sanctus spiritus deus sit et inseparabilia
sunt opera trinitatis Idem in primo lib.o
de trinitate Qui vo dm putant illius
esse potencie ut semet ipsum ipse ge
nuerit eo amplius errant quo no
solum deus ita non est sicut nec
spiritualis nec corporalis nec alia cre
atura nulla enim omnino res est que
semet ipsam gignat ut sit Idem i
li.o lxxxiij. questionum Deus ubique presens
est sunt autem cum vno quoque nos
trum simul est cum vite mentis illi
bata puritas in eius presencia patuit
sicut enim visus oculorum si fuerit
viciatus quodque videre non potest hoc
ad esse non putat ita frustra cir
cumstat oculos ymago rerum presentium
si oculis integritas desit sic etiam
deus qui nusquam deest frustra pol
lutis animis presens est quem videre
mentis cecitas et in mundicia non
potest Idem in li.o de ecclesiasticis dogmatibus
Nichil incorporeum et invisibile natura
credendum est nisi solum dm .s. pa
trem et filium et spiritum sanctum qui ideo
incorporatus dicitur quia ubique est et
omnia implet atque constringit ideo q
invisibilis omnibus creaturis quia
incorporeus est Idem illud ca.o 2a Ni
chil cognoscimus esse natura inmu
tabile nisi solum deum .s. patrem
et filium et utrumque spiritum sanctum qui
mutari non potest a bono quia natura
possidet bonum nec potest quid aliud
esse quam bonum Idem in vij. li.o de trin.

c° xxxi. In rebus spiritualibus querendis de bonitate et de bono. Gregor. xxxii. mor. super illud Job An cogitas quod deus excelsior celo sit et super stellarum vertices sublimetur nec una consideat sed circa celi cardines perambulat deus enim prius sit semper apte sit intendit omnibus ut assit singulis et simul omnibus numquam desit nam et si quosdam peccantes deserit quia deseritur a peccantibus eisdem tamen illis adest presidium quibus deesse cernitur per adiumentum. Hic ergo deus ad potiora circumdat ut interiora supplicat sic intiora supplet et implet ut potiora circuidet sic summa regit et infima non deserit sic ymus prius est ut a superioribus non recedat sic latet in sua specie ut tamen cognoscatur in operatione sic cognoscitur in suo opere ut tamen comprehendi non valeat a cognoscentis estimatione sic adest omnibus ut videri nequeat sic videri nequit ut tamen eius presenciam sua iudicia manifestent sic se nobis intelligendum prebet ut tamen nobis radium sui intellectus obnubilet et rursum sic nos ignorancie caligine respuit ut tamen menti nostre radiis sue claritatis insinuet quatenus et sublevata mens eum quodammodo videat et reverberata contremiscat. Idem in omel. Secunda adventus domini super illud Math. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Quod tot signis tantisque miraculis non scandalizari quisque potuit sed potius admirari unde infidelium mens grave in illo scandalum pertulit dum illum post tot miracula morientem vidit unde et paulus dicit nos autem predicamus Christum crucifixum iudeis quidem scandalum gentibus autem stulticiam. Stultum quippe visum est hominibus ut auctor vite pro hominibus

moreretur et unde continuo deum homo scandalum suscepit unde amplius deo debitor fieri debuit ut amplius deus honoraretur et amaretur. Hoc tanto deus ab hominibus dignius honorandus est quanto pro hominibus et indigna suscepit. Cavendum ergo valde est hominibus ne in damno deo mortem despiciant qui dei miracula venerantur. Idem in omelia de l. Unde deus humana patitur unde homo ad divina sublevatur. Ambros. super Lucam. Nichil perceptum vel circumscriptum nichil immensum nichil dimensum trinitas habet non loco clauditur nec opinione comprehenditur non existimatione concluditur non etate variatur. Idem in epistola ad Ireneum deus diligi mavult quam timeri. Idem eidem. Unde licet divina misteria et Christi clementia cum accipiatur mulier Christus caput inclinat elevat autem caput ubi defiat accusator et ita nullum damnari sed omnes deus deus vult absolvi. Idem in Cromatiano. Deum impossibile est mentiri et istud impossibile non infirmitatis est sed virtutis et maiestatis quia veritas non recipit mendacium nec dei virtus levitatis errorem ideo deus verax est omnis autem homo mendax. Idem deus vas mundum requirit non autem sordibus et in mundiciis inquinatum. Idem in isto epo apothelesima deus qui concludit et comprimat omnia. Est autem apothelesima diffinitio et conclusio disputationis. Glo. super illud Ps. Ego dixi estis deus dicitur multipliciter. Dicitur enim deus per naturam ut deus trinitas dicitur etiam deus per adoptionem ut angelus et homo sicut hic dicitur etiam deus per participationem

ut ydola gentium dicitur etiam deus p-
placionem ut placati dicuntur dii unde
est illud Non detrahes diis et iterum
illud applicate eum ad deos Item dicitur
deus pro iudicio et vindicta sicut de
moyse Constitui te deum pharaonis
Hylarius in li. de trin. In incorporeum
est quod porrigitur et incomprehensibile
contra significantiam sermonis contra
sensus intentionem non enim attrectatur
non attingitur non tenetur verborum
enim significantia natura rerum vel
comprehenditur z. f. Ethici ergo insensu labes
est intelligentia stupor in sermone
aut non tam infirmitate sed silencii
in confitebor periculosum enim ni-
mis est declinatis tantis ac tamen
reconditis aliquid ultra prescriptum
celeste referre ut ultra prefinitionem
dei sermo sit dedeco Dyonisius de di-
vinis nominibus ca. 1o. Universaliter autem
non est audiendum audendum dicere
aliquid nec etiam cogitare de super-
substantiali et occulta divinitate preter ea que no-
bis divinis eloquiis sunt expressa
Idem in eodem Divine bonitatis ma-
nifesta sunt ymago ymaginis mag-
nus et totus splendens est ille sol
secundum multa resonantia boni et omnia
quecumque participare ipsa possunt illuminat
ad omnes extendens visibilem mundum
ipsorum radiorum splendores Idem ibidem
Audiendum est et pulcritate dici quod deus
est cum tamen pulchro et bono ad-
vere per habundanciam amative bonitatis
sue extra se ipsum fit ad omnia exis-
tentia providentiis sicut bonitate et
dilectione et amore trahitur Propter quod
qui fortes sunt in divinis ipsum deum
zelotem appellant et sursum et de-
orsum et si ipsi non participant hoc
non est infirmitatis et privatatis
illuminative virtutis sed propter luminis
accipiendi importunitatem Crisostomus super

epistolam ad hebreos Sicut de deo multa
intelligimus que loqui penitus non
valemus sic etiam multa loquimur
que intelligere non sumus ydonei ubi-
que quia deus est ubique scimus quo-
modo autem ubique sit intellectu non capimus
Idem Deus est quedam incorporea
virtus que cum est causa bonorum
scimus qualiter autem vel que sit ista
virtus multum ignoramus Idem super
Math. deus invitus et cum magno
dolore compellitur peccatores condempnare
non enim sic dolet deus quod ipse a peccato-
ribus offenditur quantum quia vio-
lentus perdere cogitur aliquem quem cupit
omnes salvare Idem deus gaudet
non de suo lucro sed de nostra salute
tristatur non de sua iniuria sed de
nostra perdicione Ysidorus de summo bono li-
bro 1o c. primo Summum bonum deus est
quia incommutabilis est et corrumpi non
potest omnis creatura non bonum quoddam
est sed non summum quia mutabilis est
et dum sit quidem bonum quoddam non
potest esse summum Idem ibidem Quid
est immortalitas nisi eius incommu-
tabilitas nam et angeli et anime sunt
quidem immortales sed non sunt incom-
mutabiles Ideo ergo solus deus dicitur
immortalis quia solus est incommu-
tabilis nam et anima moritur dum
deserente deo de bono in malum muta-
tur et angelus mortuus est dum
deserto deo lapsus est Idem ibidem Quod
materiam habet unde constat muta-
bile est quia de informi ad formam
transit quod vero non habet materiam immu-
tabile est sicut deus utique est Idem
ibidem Ideo deus dicitur simplex
sive non amittendo quod habet
seu quia non aliud est ipse et aliud
quod in ipso est Idem li. 1. ca. 2o. Non
ita putandus est esse in omnibus eius
deus ut unaqueque res pro magnitu- no

diue potentie sue capiat. cum id
est maxima magis et minima minus
dum sit pocius ipse totus sine eis
in ipso et ipse in omnibus. Idem. Diui-
na potencia diue maiestatis cuncta sue
creature in inuisitate concludit. Idem
libro primo c. 3o. Sola trinitas sibi so-
li integre nota est et humanitas a
christo suscepta que tota est in trinitate
persona. Idem 4o c. Sicut ars in ar-
tificem retorquetur laude operis, sic
vero creator per creaturam laudatur et
quanto sit excellentior exprimit operis
condicione monstrat. Idem ibidem.
Ex pulcritudine circumspecte nature
pulcritudinem suam que circumscribi
nequit fecit deus intelligi ut quibus
vestigiis homo reuocatur ad deum
quibus auersus est adeo ut qui per
amorem pulcritudinis creature a
creatoris forma se abstulit rursus
per creature decorem ad creatoris pulcri-
tudinem reuocetur. Idem c. 5o. Non
putemus de corporis forma in deo quod
hominem ad ymaginem suam fecit quia
mente non carne homo ad ymagi-
nem et similitudinem suam creauit
deus. Cogita ergo si potes quale
corpus habeat veritas et dum non in-
ueneris hoc est deus. Idem ibidem.
Facies dei in scripturis non caro sed
diuina cognicio intelligitur quia per
faciem conspectam quisque cognoscitur
unde psalmista: Ostende nobis domine faciem
tuam, id est da nobis cognicionem tuam.
Idem in 8o c. Quia prius quam deus
diceret fiat nulla extitit creatura ip-
sum fiat quod deus est in eternitate
ubi non in vocis sono enunciatum
est. Idem ibidem super illud Et vidit
deus quod esset bonum et non septies
adeo in ipsa septies quod laudata est cre-
atura que antequam fieret perfecte ab
illo inspecta est sed non dum singula in

dentes laudamus tamquam ipse videat
laudet quia per nos deus est sicut est
illud: Non vos estis qui loquimini sed
spiritus patris vestri qui loquitur
in vobis. Unde sicut ipse per nos lo-
quitur ita videt et laudat nos sed
ipse perhenniter ac sempiterne videt
per nos non temporaliter. Idem ibidem. Cunc-
ta que sunt et facta sunt mira
valde sunt sed consuetudine vilue-
runt. Idem c. 12. Non est de deo
uel creaturis quicumque quod que-
rendo magis quam magis inueniendum
est. Idem. Ille qui nos malos tole-
rat non dubium quin quorsum clemen-
ter ignoscat. Idem. Cum deo dico vel secundum
deum quantitate vel secundum qualitate
vel secundum situm vel secundum habitum aut
motum aliquid digne dici possit
inest tamen ei quodammodo latitudo
caritatis qua nos aberrantes colli-
git et continet in unitate. Inest ei
longitudo qua nos malos longa-
nimiter portat donec emendatos pa-
trie future restituat. Inest ei alti-
tudo per quam omnem sensum sue pre-
in incapacitate superat. Inest etiam
ei profundum quo dampnandos in-
fernis secundum equitatem disponens
preordinat ad abyssum. Bern. in li. 5o de
consideracione. Deus voluntas est omni-
potens et beniuolencia lumen et-
ernum incommutabilis racio summa bea-
titudo creans mentes ad se participandum
uiuificans ad sentiendum afficiens
ad appetendum dilatans ad capiendum
iustificans ad promerendum accendens
ad zelum fecundans ad fructum pro-
mouens ad bonitatem dirigens ad
equitatem roborans ad virtutem for-
mans ad beniuolenciam moderans
ad sapienciam visitans ad consolacionem
illuminans ad cognicionem perpetuans
ad immortalitatem implens ad feli-

tiuitate circundamus ad servitutem. Idem
ibidem. Deus amat ut caritas,
novit ut veritas, sedet ut equi-
tas, dominatur ut maiestas, regit
ut principium, intuetur ut salus,
operatur ut virtus, revelat ut
lux, assistit ut pietas. Idem ibidem.
Deus non partibus constat ut cor-
pus, non affectibus distat ut ani-
ma, non formis subsistit ut ma-
teria, non mutatur ut omne quod fac-
tum est. Idem ibidem. Deus futu-
rus est rerum plenitudo lucis, vo-
luntati multitudo pacis, memo-
rie continuatio eternitatis. Idem
in alio sermone. Quatuor filie sunt
magne vite dei: in ipso amari-
tudinis compunctio, subtractio opportu-
nitatis peccandi, virtus resistendi
et sanitas affectus. Idem super. Cu-
stodit vigilat super nos inde fessus
et pervigil ille clementie oculus.
Non dormit neque dormitat qui
custodit Israel et illius quidem necesse
valde est, quia non dormit neque
dormitat qui impugnat Israel. Hu-
go de sancto Victore in libro de arra anime.
Tanta est species pulcritudinis di-
vine ut qui semel potuit eam vi-
dere non possit non diligere. Auc-
tor in libro de spiritu et anima. Nemo de
dei pietate diffidat, quia maior est
misericordia eius quam nostra miseria, et quia
quis ad eum clamaverit, adaudiet
eum, quia mitis et miserator do-
minus. Si quidem ei videtur esse
peccatori veniam dare, quam ipsi pecca-
ri veniam accipere, sic eum festinat
deus absolvere tormenta compassi-
onis pie, que plus cruciat eum
compassio miseri, quam ipsum impe-
rio peccatorem passio sui. Bernardus. Ione
vto. Deus ita mitis est patiens

ut salvet per clementiam quos salva-
re non potest per iustitiam. Hylarius in
vto libro de trinitate. Ab ipso deo dis-
cendum est quod de ipso intelligendum
est, quia deus non nisi se ipso auc-
tore cognoscitur. Plato in thymeo.
Opificem gubernatorem que huius status
rerum invenire difficile est, quem inven-
tum impossibile est digne profiteri.
Sextus pitagoricus. De deo nichil
dicas quod non didiceris adeo. Ille
de deo loqui hiis quibus non licet
proditor putandus est. Idem. Homo
qui nichil habet quod dicat de deo
vere desertus est adeo. Dyonisius
primo capitulo celestis ierarchie. Impossi-
bile est nobis divinum radium aliter lucere
nisi varietate sacrorum velaminum cir-
cumvelatum. Bernardus. Quomodo irascitur qui
in illa secretis mentis nulla per-
turbatione animi commovetur. Quomodo pe-
nitens est qui id quod semel fecit
se fecisse nequaquam dolet. Quomodo mi-
sericordiam habet qui cor miserum
nunquam habet. Quomodo prescius est cui
nihil nisi que futura sunt pre-
sciantur et scimus quia de deo nichil
futurum est ante cuius oculos pre-
terita nulla sunt, tunc presentia non tran-
seunt, futura non veniunt. Quippe quia
omne quod nobis fuit et erit in eius
conspectu presto est et omne quod prius
est scire potius quam prescire potest.
Et tamen dicitur deus zelans, dicitur
iratus, dicitur penitens, dicitur misericors,
dicitur prescius, ut quia castitatem anime
unius cuiuslibet custodit, hoc uno
modo zelans vocatur. Quamvis men-
tis cruciatu non tangitur, et quia
culpas punit, dicitur iratus. Quamvis
nulla animi perturbatione moveatur,
et quia ipse in mobilis id quod voluit
mutat penitens dicitur, quamvis rem
mutet, consilium non mutet. Et ru

inferne iure subiacent sed ac in preteritorum imaginem facit et quia ea que futura sunt nobis videt que tamen ipsi presencia sunt presciens dicitur quamvis nequaquam futurorum provideat quod prius videt. Nam et que sunt non aliter nisi in eternitate eius ideo videntur quia sunt sed ideo sunt quia videntur. Dum ergo ad ubera incommutabilitatis descendit compositis quibusdam gradibus factus ascendat qui post ad tam in mutabilitate dei ut videat sine zelo zelantem sine ira irascentem sine dolore et penitencia penitentem sine incerto corde mirantem sine provisione prescientem. In illo enim nec preterita nec futura reperiri queunt sed cuncta mutabilia immutabiliter durant et que in semet ipsis simul considerata non possunt illi simul assistunt omnia namque que in illo preterierunt quod transiit quia in eternitate non possunt illi simul assistunt eius modo incomprehensibili quodam cuncta volumina seculorum tua sententia immobiliter manent et conveniencia stant. Sicut ergo dicimus sine zelo zelantem sine ira irascentem ita apto verbo eciam sine crudelitate dici potest crudelis. Crudelis quippe dicitur qui districto feriendo non parcit ut videlicet hoc loco crudelis districte feriens potest intelligi et ultra pende culpe non parcens. Aug. quisquis deum ita cogitat et si non dum potest omnino invenire quid sit deus pie tamen cavet quantum potest aliquid de deo sentire quod non sit. Idem ibidem. Est tamen deus sine dubitatione substancia vel si melius appellatur essencia quam greci usiam vocant. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapiencia ita ab eo quod est esse dicta est essencia et quis magis est quam ille qui dixit

famulo suo moysi: Ego sum qui sum et dices filiis israel: Qui est misit me ad vos. Idem ibidem. Sed alie que dicuntur substancie capiunt accidencia quibus in eis fiat vel magna vel quantacumque mutacio. Deo autem aliquid huiusmodi accidere nichil potest et ideo sola est incommutabilis essencia vel substancia que deus est cui profecto ipsum esse unde essencia nominata est maxime ac verissime competit. Idem in septimo tri. Summe cunctitas divinitatis excedit usitati eloquii facultatem. Verius enim cogitatur deus quam dicitur et verius est quam cogitatur. Idem ibidem circa finem. Non locorum intervallis sed similitudine et ut supra. Idem in viii° libro de trinitate circa principium. Non parve noticie est pars cum de profundo isto in illam summitatem respiramus si antequam scire possimus quid sit deus possumus tamen scire quid non sit. Idem in tercio libro de libero arbitrio c° xiiij. Naturas ergo omnes deus fecit non solum in virtute et iusticia permansuras sed eciam a iusticia recessuras sive peccantes non ut peccarent sed ut essent ornature totum universum sive peccare sive non peccare voluissent. Infirmare et labefactare universitatis magnum quidem deesset creature. Illud enim deesset quo remoto stabilitas eius atque connexio turbaretur. Idem ibidem c° v°. Nec ipsa prescientia tua peccare coget cum quem peccaturum esse presciret quamvis sine dubio peccaturus esset non enim id aliud futurum esse presciret. Itaque non contrariantur sibi hec duo scilicet ut prescientia tua noveris hoc quod alius voluntate sua facturus est. Ita deus neminem ad peccandum cogens prescit tamen eos qui voluntate propria peccabunt

Idem ibidem Cur ergo non vindicat
iustus quod fieri non cogit prescius
Sicut enim memoria tua non co
git facta esse que preterierunt sic deus
presciencia sua non cogit facienda
que futura sunt Et sicut tu que
dam que fecisti meministi nec tamen
meministi omnia fecisti Ita deus omnia
quorum ipse auctor est quorum autem
deus non est malus actor illorum
ipse iustus est ultor Idem ibidem
Hinc ergo iam intellige quam iusta
deus peccata puniat quia que prescit
futura non facit Nam si propterea non
debet deus retribuere supplicium pec
cantibus quia previdet peccaturos
nec etiam recte facientibus debet
retribuere premia similiter quia et rec
te facturos previdit Idem ibidem
Fateamur ergo ad presciencia dei per
tinere ne quid eum lateat futurorum
et ad iusticiam eius ne quecumque ma
la voluntarie fiunt impune ma
neant aliquod peccatorum Idem ibidem
libro iii° Nec ab illa creatura quam
prescivit deus non solum peccatu
ram sed etiam in voluntate peccan
di permansuram abstinuit largitatem
bonitatis sue ut eam non conderet
Sicut enim melior est aberrans
equus quam lapis propterea non aber
rans quia proprio motu et sensu ca
ret sic est excellencior creatura que
libera voluntate peccat quam illa que
propterea non peccat quia non habet
liberam voluntatem De dei beneficiis
quere supra de beneficiis de dei cle
mencia et misericordia quere infra de mise
ricordia et pietate. de dei timore quere
infra de timore de dei dilectione. de
dei iusticia et equitate quere infra
de iudicio et iusticia. de dei sciencia ius
ticia et voluntate quere infra de dei
cultu quere infra de latria

De defendentibus et excusanti
bus peccata sua Gregorius in moralibus
Sunt multi qui perversitatem suam
comparacione pravitatis alienorum tuentur quia cum
alienos talia fecisse considerant se hec
facere licere putant Idem in moralibus
Peccatum quam quibus notum est libidine
commisse et commissum negando abscon
dere et convictum defendendo multi
plicare Idem Sunt nonnulli qui ne
quaquam deflent quod faciunt sed de
fendere et laudare non desistunt et
nimirum cum defenditur culpa geminatur
Idem Superbie vicium est ut quod de
se quisquam fateri quam sponte dig
natur hoc sibi dici ab aliis dedignatur
Ieronimus in originali super Ezechielem libro
Viciis nostris applaudimus separati vo
luptatibus obtendimus carnis infir
mitatem aut dura maiorum imperia
Idem in epistola Nichil animo agimus qui
nos per multitudinis exempla de
fendimus et ad consolacionem nostram
aliena querentes vicia dicere nobis
dicimus bonos quos sequi debeamus
Ysidorus de summo bono Est quorundam
excusacio peccatorum qui dum propriis
facinoribus arguuntur verba iustorum
pro excusacione declinanda obiciunt
ignorantes se divino iudicio quo iusti
sunt puniendi sunt dum eius dicta tem
poraliter indicari nequeunt contempnunt
ab hominibus Ambrosius in apologeticis
Quando dum a suis sacerdotibus cor
ripiuntur peccatum suum aggravant
dum defendere cupiunt aut negare
Augustinus nonnulli et que infra de mili
tibus et milicia Beda super Genesim
In animam suam peccat qui dum
arguitur excusat repellens a se
indulgencie medicinam et sic peccatum
sequens sibi viam intercludens Idem
de xii gradibus Quibus modis sunt
excusaciones iniquitatis dum enim dicat

no

no

qui se comparat non fecit aut quod
fecit sed bene fecit vel bona intencio
ne fecit aut si male sed non multum
male si multum male sed non mala
intencione. Si autem de illa volunt
adam et eva conuincuntur tunc aliena
persuasione se nititur comparare. Idem
super qui habitat. Omnis aliquando cade
re necesse est dum in hoc seculo detinetur
sed alii quidem collidunt alii vero non
quia dominus supponit manum suam
unde hoc inter est corporis casus quia
iustus recipitur a domino ideo quia re
surgit forcior quam primus fuit. In
iustus autem si cecidit non adiciet
ut resurgat aut enim in pudore
noxio aut inprudencia cadit quia
vel comparat quod fecit et hic est
pudor adducens peccatum aut fit ei
frons meretricis et iam nec timet
deum nec hominem reveretur. Glossa super
psalmos hominis. Humanum est peccare dya
bolicum est perseverare sed principio suo c
defendendo se culpa in deum refun
dere

De delectacione. Gregorius libro xviii moralium
Sancta viri et quere infra de
disciplina. Idem in moralium. Esse sine de
lectacione anima nunquam potest nam aut
in infimis delectatur aut in summis
et quanto maiori studio exercetur ad
summa tanto maiori studio extor
pescit ad yma. Idem Quanto ardori
circa marcescit ad infima tanto ter
rore dampnabili frigescit a summis
utroque enim summe et equaliter amari
non potest. Qui ergo tenebrarum vero
amore vincitur in deo nullatenus de
lectatur. Idem Dum incorporalibus ingressus
se totam delectando profert absint
ne intelligencie subtilitate grosses
cit. Idem Dum non nulla non numquam
menti nostre delectaciones surrepit tem
poralia mox quoque marcescit inquietu
dine delectacionis ducimur in hiis inquam
ab illicitis temptamur. Idem Honorem
mentem nequaquam in munda cogitacio
inquinat dum pulsat sed dum hanc
per delectacionem subiugat. Idem in xx
moralium. Quia volentes culpam co
mmisimus ideo non nunquam eius me
moriam cum delectacione tolleramus.
Idem Non nunquam impulsu illicite
cogitacionis affligimur quia nos
quibusdam terrene conversacionis acti
bus quamvis licitis libenter occupa
mur. Idem Cum semetipsum supplicibus
rector tanciens ad culpa apostasie
labitur quociens per esse ab hominibus
delectatur et honoris sui singularita
te letatur. Idem Cum seipsum in hoc mun
do desiderat preesse ceteris concede
rebus et honoribus tumescit hu
mimis cura secularis in delectacione
est quies aut in labore. Idem De
se bono opere dum laus humana ob
viat mentem operantis immutat quia
quamvis quesita non fuerat tamen
oblata delectat cuius delectacione
dum mens bene operantis resolvitur
ab intencione intimi vigoris quieto
cius dissipatur. Idem Nichil sic ad
edomandum delectacionem carnalem va
let quam ut unusquisque scilicet hoc quod vi
vus diligit mortuum pensset. Idem
Dum culpa animum temptat necesse est
ut brevitatem sue delectacionis aspi
ciat ac ad mortem et nam iniquitas
rapiat cum constat quod ad tuum
sui ticius mortalis vita pervenit.
Idem in viii moralium. Sepe dum abe
loquio et que supra de cogitacione.
Idem Sciendum est aliud esse quod
animum et quere supra de consensu. Augustinus
in libro de paciencia. Nemo nisi pro eo
quod delectat suscipit sponte ferre
quod cruciat. Idem in libro de verbis domini
apostoli. Quid quod peccatorum indicet in

factis in cogitationibus est non co-
ntinuis nisi cum mala cupiditate non
imputantur nisi cum illicita delectatione.
Hinc ergo illicite delectationi si resis-
timus non regnabit peccatum in nostro mor-
tali corpore. Idem. Mortua est una
delectatio sed vivit altera et illi dum non
sentis eam mortificas cum respec-
tivo non delectaris tunc mortifi-
casti. Hec est cum malicia nostra hec
est contentio nostra. Ysid. de summo bono
li. 2° c° 23. Cogitatio prava delecta-
tionem parit, delectatio non mala con-
sensum generat et ut supra de consue-
tudine. Idem. Cogitationes illicitas
ingerere demonum est sed eisdem oblec-
tari proprium nostrum est. Idem in eodem
li. c° xl°. Degustata delectatio cas-
titatis dulcior invenitur quam carnis.
Glo. super illud Luce xiiii. Voca pau-
peres et cetera. Beatus addidit cum videtur qui
non habet in hoc mundo unde delec-
tetur. Glo. super illud Levit. Nec quicquam
fermenti aut mellis et cetera nichil vo-
luptuosum nichil suave placet deo
sed quod habet aliquam mordacitatis et
severitatis unde etiam pascha domini cum
amaritudinibus manducatur id est cum lac-
tucis agrestibus. Aristo. in x° ethicorum.
Qui inquam gustaverunt delectationem
sinceram et puram que est delecta-
tio intellectus et actionum nolunt
confugiunt ad delectationes corporales
existimantes eas electas esse pluribus
aliis sed non est ita quia quod conve-
nit nature nobiliori nobile est
vero et quod convenit nature vilio-
ri vile est vero. Idem ibidem. Delecta-
tio naturalis est nobis. De delibera-
tione que supra de consilio. Item in-
fra de dilatione.

De deliciis et voluptatibus.
Gregorius in mor. Dilatat cum

postmodum in suppliciis pena an-
gustat. Idem in omel. Homo quidam
fecit cenam magnam. Hoc distare so-
let inter delicias cordis et corporis quod
corporales delicie cum non habentur
grave in se desiderium accendunt cum
avide eduntur protinus in fastidi-
um per sacietatem vertunt. At contra spiritu-
ales delicie cum non habentur in fasti-
dio sunt cum non habentur in desiderio
sunt quia quanto magis earum sapor
percipitur tanto amplius cognoscitur
quo avidius amantur. In illis ap-
petitus placet et experientia displicet
in istis appetitus placet et experien-
tia displicet in istis appetitus vilis
est sed experientia magis placet. In illis
appetitus saturitatem et saturitas
fastidium generat in istis autem appeti-
tus saturitatem et saturitas appeti-
tum parit. Augent enim spirituales
delicie desiderium in mente quis enim
amare valeat quod ignorat. Idem
in registro. Et plurima alia que
infra de voluptate. Idem Aug. super Eze-
chiel. omel. xxix. Si carnem plus quam
debemus et cetera quere supra de abstinen-
tia de carnalitate. Item infra de pro-
speritate.

De deliciis spiritualibus que supra
de assensu spirituali. De contem-
platione. Infra de gustu spirituali. De
iustis supra c. proximo. Hoc distare Ierom.
in epistola. Delicie miseriis et miserie
deliciis commutantur. In uno aut alte-
ro erit vel divite purpuratum
vel lazarum mendicum. Sequitur difficile
immo impossibile est ut presentibus
quis et futuris deliciis perfruatur
ut et hic ventre et ibi mentem im-
pleat ut de deliciis transeat ad deli-
cias et deliciarum vicijs non tene-
ri de capite semet ipsum. Cum enim

ticut alibi ypo poeta sepe captiuam
illecebris quanto magis circumdati
bus nos retibus deliciarum liberi
esse non potimus Seneca Sensus cum in
id cogitat quod non videt quod au
dit quod odorat quod gustat quod
attrectat Idem ibidem Si festa qui
dem sibi blandiuntur quere supra de cas
titate plura que infra de voluptate
Item infra de prosperitate Ambrosius
ad simplicianum delicie resecentur
impunes vadat et si quis fuit
in hoc seculo delicosus valedicat
superioribus vera cum vinea fruc
tum affert semper inculta sentes et spinis
neglecta luxuriatur Ideo scriptum
est tamquam agricultura est homo
egens sensu si relinquens eum de
sertus erit Idem in hymeno Cum
anima inflectitur ad carnales delici
as et desideria que incitat adver
sus animam tunc ei obrepit illecebri
tatis tunc ira et indignacio estu
at tunc mesticia affieit tunc sup
primatur per arroganciam tunc dolore
per invidiam affligitur Idem super
lucam Tenera corporis cura luxui que de
liciarum cupiditate mollitos neqnam
quam celestis ancilla aula suscipiet
ad quam duris laboriosis que virtutum
gradibus ascenditur Gregorius in libro
de compunctione cordis Sicut impossibile
est compunctionem cordis in deliciis
inquirere hec enim sibi ipsis contra
ria sunt et se invicem perimunt na
illa mater est fletus hec autem
risus Illa cor constringit ista dis
soluit Ille anime alas innectit et
volare facit in celum hec autem pro
bi pondus imponit et demergit
in infernum Idem in libro de reparacione lap
si Centum si placet demus annos
et quere supra de contemptu mundi Item
infra de voluptate Item supra de cruce

ne humana Item infra de gula de
luxuria Bernardus in epistola Sicut ignis
et aqua simul esse non possunt
sic spirituales et carnales delicie se
non compaciuntur pariter in eodem
Idem in quadam alia epistola Monachus
hominis aspecta deliciis nec occul
ta disciplina sacculis multas con
trahit sordes Idem non decet sub
spinato capite membra esse deli
ciosa Sixtus pitagoricus libi
dinē carnis vince corpus
continue in omnibus Nam in deliciis
et voluptatibus non effugies
in undicias et pena voluptuoso
cum deus non condicet et deliciarum
finis est corrupcio Delicie non sanna
sunt pena Aristoteles in ethicis
libro 2o Malis decepcio propter delectacionem
fit non enim existens bonum eis vi
detur sed delectacionem enim quasi ut
bonum volunt tristiciam aut ut ma
lum fugiunt Macrobius in saturnalibus
nalibus Ea que ex tactu atque gus
tu delectacio est fetidissima om
nium est sed maxime qui se dua
bus dederint voluptatibus incon
tinentes et intemperatos dicimus
plura quere infra de voluptate

De demonibus Gregorius in mora
libus angelos spiritibus ideo circo
incircumscriptibiles permanet ipsa tanto
volumptius stare poterant quanto
eos carnis circumscriptio non tenebat
homo non ideo circo post culpam me
ruit veniam quia per carnale corpus
aliquid quo se inferior ipso esset
accepit Idem angelus sua malicia
cedit hominem non aliena prostravit
Idem Ita deus super omnia est ut ipse
sub nullo sit leviathan non eius ad
similitudinem cum culmine appetiens

nis prave libertatis appetiit ut solis
preteritis esset vel ceteris preesset et
nulli subesset Idem Gregorius Bonum quod in
mundi spiritus qui sunt in ethereo celo lap
si sunt in hoc quoque celi terreque me
dio pervagantur qui tanto magis
corda hominum ascendere ad celestia invi
dent quanto se ab celestibus per
elationis sue inmundiciam proiectos
vident Idem Sathane voluntas
semper iniqua est sed numquam potestas in
iusta quia de semet ipso volunta
tem habet sed a domino potestatem
habet Idem in dyalogo libro iii° Ei
antiquus hostis amente cepit ex
pelli quod divina largitate plerosque agi
ut non solum timeri debeat sed et
ipse etiam bene inventus virtute ter
reatur Augustinus de civitate dei Cre
dendum est spiritus nocendi cupidissi
mos a iusticia penitus alienos su
perbia tumidos invidia lividos
fallacia callidos qui in hoc quidem
aere habitant quia de celi sublimita
te superioris deiecti merito irregressi
bilis transgressionis in hoc sibi con
gruo velud carcere sunt dampnati
Idem non potest impius dyabolus natura
inquantum natura est malum quid
esse Idem Sicut ipsi mali homines
interdum se et demones non omnia
que facere volunt facere possunt nisi
inquantum illis ordinatore sinitur
illius cuius iudicia abyssus multa
que nemo apprehendere potest plene Idem
mali angeli sua potestate potius de
lectati velud suum bonum ipsi sibi
essent a superiori communi beatifico bono
ad propria defluxerunt et habentes
elationis fastum pro excellentissima
eternitate vanitatis astuciam pro cer
tissima veritate studia partium pro in
dividua caritate superbi fallaces invi
di sunt effecti Idem de doctrina christia
na Vitat deus invidie pestem
ab animis omnium nec dum christianorum
quod est vicium dyabolicum quo solo dya
bolus reus est et inexpiabiliter
reus Non enim dicitur dyabolo quod damp
netur quia adulterium fecisti furtum
fecisti rapinam aut usuram sed homini
stanti per invidiam lapsum intulisti
Idem in libro de virginitate Dyabolus
est dyabolus quod superbia et invidia
Idem super illud psalmi Inmissiones per
angelos malos In malis hominibus
potest dyabolus sicut homo in suo pe
core plura que supra de angelis Idem
dyabolus est quam quibus adversa
rius etc que infra de insidiis dya
boli Item Gaudent demones que
supra de angelis Idem super Genesim et
Magistri Sententiarum libro 2° di. xxi Dya
bolus qui primus per superbiam fuerat
dyabolus i. deorsum lapsus per
invidiam factus est sathan i. adver
sarius et leviathan i. additamentum
eorum Gregorius de passione domini xl° Certe
iniquorum omnium dyabolus est caput et
et huius capitis membra sunt omnes
iniqui An non membrum dyaboli fu
it pilatus an non membra dyabo
li iudei persequentes et milites cru
cifigentes fuerunt Quid est mirum
si se ab illo permisit in monte duci
qui se pertulit etiam a membris
illius crucifigi plura De demoni
bus que infra de demonum tempta
tionibus Item infra de insidiis dy
aboli Item supra de angelis Crisostomus de
simone zelatur dyabolus hominem
quia ipse de celo corruerat videbat
enim adam paradisi esse colonum et
inflatus invidia induit serpentem

ymagine incorporalis cum tamen esset
corporalibus loqui non poterat Idem
dyabolus non aliunde fuit talis factus
sed nisi quia superbus quod post primam de
precacione ipsius est posita non condepna
cione in invidiam incidit et suppliciis
Ambrosius in sermone dyabolus pater
non diligit filios suos sed odit sicut
enim dyabolus amat filios suos ut
perdat sicut gluto diligit porcellum
ut comedat Ysid. de summo bono li.
1 ca. 10 Malum a dyabolo non est
creatum sed inventum Idem li. 2 ca. ...
dyabolus dyab. dicitur hebraice deor
sum fluens quia qui quietus in cel
situdine stare contempsit superbie pon
dere corruens cecidit Idem presciunt
demones futura multa unde et so
lent vera dicere quedam inest enim il
lis cognicio rerum plus quam infirmita
ti pertinet humane subtilioris sensus
acumine experiencia longissime vite
et per dei iussum angelica revelacione
Idem de summo bono li. 2 c. 16 De
vera quem deus deserit demones
suscipiunt Idem dyabolus est ser
pens lubricus cuius si capiti id est pri
me suggestioni non resistitur to
tus interiora cordis dum non sentitur
illabitur Idem ca. 39 dominus ad Job
de dyabolo loquitur dicens Sub um
bra dormit in secreto calami in
locis humentibus per calamum enim
innuitur simulacio per loca vero humencia
carnis demonstrat luxuria Per hec
enim duo vicia dyabolus humanum pos
sidet genus vel dum mente in super
biam erigit vel dum per luxuriam
carne corrumpit Idem li. 3 ca. 5
Cavendus est inimicus qui mani
festus est sed multo magis ille qui
videri non potest Facile enim vincimus
quem videmus quem autem non
videmus difficile a nobis repellimus
Jeronimus in epistola Nichil similius
actibus demonum quam continue litigare
Idem Semper aliquid boni operis
facito ut te dyabolus inveniat o
ciosum Idem Formidari dyabolus
non debet qui nichil nisi permissus
valet Bernhardus in sermone Ledit nos
iniquitas atque versucia dyaboli sed
multo magis cum vera simplici
tas atque vera torquet humilitatem
tuam non sustinet vera virtus
caritate vera mansuetudine et o
bediencia cruciat Idem demonum
est malas suggestiones ingerere
sed nostrum est eisdem minime consentire

De demonum temptacionibus Greg.
in mor. Malignus spiritus et
quibusque viciis singuli obsequi vi
dendi sunt Idem alius letus alius
tristibus alius elatis moribus con
tat quo ergo occultius adversarius
facile capiat vicinis complexionibus
decepciones parat Idem super illud
Job. iii. Tenebrosus me propompina
cupidis prospera tumidis adver
sa ingerit hostis propompina
ut in vigilando ad consensum in
clinet Idem hostis malignus quo
sdam vigilantes minime superat
eos dormientes graviter impug
nat que tamen sic maligne agere
superna dispensacio benigne seu
mittit ne scilicet in electorum cordibus ip
se saltem sompnus temptacionis p
mio vacet Idem super illud Job Pro
absondita est in terra pedica eius
et supponitur dyabolus et antiquus
in hostis uniuscuiusque mores
cum viciis sunt propinqui et illa nobis
ante faciem opponit ad que cog
noscit mente mores facilius inclinari

ut blandis mentibus luxuriam as-
peris iram tristiciam suplicium et in-
vidiam Idem super illud Iob xl dyabolus
autem vigilantibus opponit aut insidian-
do circumvolat aut minando terret
aut suadendo blanditur aut promittendo
decipit aut desperando frangit Idem
Resistentibus virtutibus viris magis
sevit dyabolus ad temptandum Idem
Illos temptare negligit quos quie-
to iure possidere se sentit Idem xxxiiii
mor super illud Iob Circuivi terram
et perambulavi eam Sathane ter-
ram circuire est corda carnalium
perscrutari et unde occasionem accusa-
tionis invenire possit exquirere Ter-
ram enim circuit quia humana corda
circumvenit ut bona tollat et mala
mentibus inserat et inserta cumulet
et cumulata perficiat ut perfectos in
iniquitatibus ad penam socios ad-
quirat Idem Notandum quod non circuis-
se sed perambulasse se asserit quia
nimirum nequaquam quem temptat vi-
olat deserit sed ubi molle cor inve-
nerit ibi pedem imprimere persuasio-
nis perfigit ut in morando pravae ac-
tionis vestigia imprimat et sue in-
iquitatis similitudine quos valet re-
probos reddat Idem in quadam omelia
Cogitandum nobis valde est quam ter-
ribilis erit hora mortis resolutionis
Tunc enim maligni spiritus egredientis
anime sua requirunt opera tunc mala
que persuaserunt replicant ut ad-
sociatam ad tormenta secum trahant
Idem ibidem Curandum nobis valde
est ut cottidie cum magnis fleti-
bus cogitandum est quam validus ex-
iens quam terribilis sua tunc in
nobis opera requirens in die mor-
tis princeps huius mundi ter-
ribilis dyabolus veniat qui etiam
ad dominum huius mundi carne mo-
riente venire non expavit sicut ipse
dominus dicit Venit princeps huius
mundi et quid ergo nos miseri tunc
dicturi sumus qui innumerabilia mala
gessimus Idem in xxxii li mor super
illud Iob Stringit caudam suam quasi
cedrum Prima quidem suggestio hostis anti-
qui persuasio sive suggestio mollis
et tenera est et facile virtutis seu
fortitudinis pede conterenda sed si
hec invalescere negligenter admitti-
tur atque licenter ad cor hominis aditus
conceditur tanta se fortitudine coag-
gerat ut captam mentem deprimens
usque ad intollerabile robur excrescat
Cauda itaque behemoth iste id est dya-
bolus stringere dicitur quia cedri quan-
tum semel eius morde recepta te-
ptatio cuncta que subsequuntur intu-
lerit velud ex iure dicatur Idem
in xxx x li mor super illud Iob
per quam viam spargitur lux dividitur
estus super terram Singulis hominibus
antiquus hostis quemcumque viciis
insidiatur neque enim facile captiva-
ret si aut luxuriosis preberet iram vel ava-
ris scortia proponeret Si aut voraces
de gloria abstinentie aut abstinentes
de gule debilitate temptaret si mi-
tes persuasione irarum aut iracundos
captus persuasione formidinis quereret
Idem ibidem Prius ergo hostis an-
tiquus complexionem uniuscuiusque pro-
spicit et tunc ei temptationis la-
queos opponit alius namque letus alius
tristis alius timidus alius elatus
in suis moribus et humoribus exis-
tit quo ergo occultus adversarius
facilius capiat vicinis complexio-
nibus deceptoris temptationum parat

Idem ibidem Quia ergo voluptas
leticie propinqua est ideo letis morbi
importunam proponit et quia tristicia inter
facile labitur idcirco tristibus pro(ce)
llum discordie ante ponit quia vero
timidi supplicia formidat ideo paue(n)
tibus terrores intentat et quia sup(er)
bos extolli libent(er) laudibus conspicit
propter hoc eos ad quecumque voluerit bla(n)
blandis fauoribus trahit Idem xxxiii
mor(alium) sup(er) illud Iob xxxiii hec omnia
operatur deus Tribus malis per
singulos hostis iste antiquus adhuc
instat intra nos positos quanto nos
sibi magis rebellare conspicit tan
to nos amplius impugnare conten
dit illos enim pulsare negligit quos
ut sup(ra) Idem in ep(isto)la Si dyabolus
in paradiso hominem strauit quis ex
tra paradisum locus erit in quo men
tes hominum temptare non audebit
Idem occulte insidie laquea maligni
nis spiritibus datur ut quos vole(n)
tes impios laqueo strangulat insup(er)
tam pena eciam volentes trahant Ide(m)
in Registro habet hoc proprium antiqui
hostis inuidia ut quos impia mor(um)
actione p(er)petratione deo sibi resistente
superare non valet opiniones eorum
falsa ad prius simulatione dilacerent
Idem nisi incautos et consentientes deus
tum vincibus que infra de tempta
tione Idem debilis est hostis qui no(n)
pot(est) vincere nisi volentem Idem in omel(ia)
de martiribus Iste antiquus ad
versarius innititur quo mens ne(c)
eius temptamenta delectatione atque
consensu compescatur Idem in primo
parente didicimus que infra de pecc(at)o
plura que infra de temptatione Idem
in omel(ia) quada(m) Bonis operibus inte(n)
ti nisi cont(ra) malignos sp(iritu)s pallici

te vigilemus ipsas virtutes pati
mur inp(er)itus quos p(er)suasores humane
iniquitatis Idem in Registro Tanto
callidius hostis contra nos temp
tationis voluntas ardencius exqui
rit quanto nos celesti patrie fre
quencius inhiare cognoscit Idem
in dyalog(o) Malignus sp(iritu)s cogita
tionem locucionem atque eius operi semp(er)
insistit si forte quid inueniat un(de)
in apud examen eterni iudicis
accusator exsistat Idem in pastoral(i)
dyabolus mo aliorum facta grauio
ra modo nichil esse quod perpetra
tum est modo misericordem deum
loquitur modo tempus adhuc
subsequens et sufficiens ad peni
tenciam pollicetur ut dum hec per
hec decepta mens ducitur ab inten
tione pene suspendatur quatinus tunc
nulla bona percipiat quem nulla
mala contristant pro prout plura
quere infra de pecc(at)o Item infra de
temptatione Aug(ustinus) in li(bro) de concordia
mor. cum. Nusquam intrat dya(bolus)
mentem hominis nisi in mittendo in
quas persuasiones cogitationum
iniquarum Idem in ep(isto)la quadam
Ubi non pot(est) dyabolus devorare
seductum ad nequiciam ipius co
natur ingerere famam ut si fieri
pot(est) ab probris et malorum linguarum
detractione deficiat et sic in eius
fauces ruat si aut(em) nec famam
innocentis maculare potest hoc
ei super addere temptat ut per malivo
las suspiciones desiderare suo in
ducet et sic ab illo implicatus
absorbeatur Idem Ieiunia fortia
tela sunt et arma contra tempta
tiones demonum Ambros(ius) li(bro) de co(n)
flictu viciorum et virtutum Dya(bolus)

in sompnis sepe vera pronunciat
ut quemque ad falsitatem pertrahat dor-
mientes etiam ante horam concitat
ut vigiliarum tempore sompno depri-
mat Idem dyabolus sepe psallen-
tes et orantes sibilis et stridoribus
latratibus iactis lapidibus vel ster-
coribus perturbat ut quocumque modo
ab opere spirituali spirituales retrahens
inanes eos efficiat Idem in sermone
Primus quidem est christiano ieiuni-
um inexpugnabilis dyabolo murus
congressibus inimici Primus enim vin-
culum christianorum ieiunium et captus
est quis sobrius mansit et
victus est temulentus enim aggredi
dyabolus luxuriosum impugnat ini-
micus ubi non ieiunium hominem videt
fugit metuit pertimescit deterretur
cuius pallore debilitata media infir-
mitate pertimescunt quia christiana infir-
mitas fortitudo est apostolo testante
qui dicit Cum enim infirmor fortior
sum et potens Idem in alio quodam
sermone Demones qui de auratis
capitolia non timent qui contemp-
nunt sceptra regalia et dapes et pur-
puras regum et principum derident
christi sordes et ieiunia pertimescunt
Idem in alio sermone Quin etiam satha-
ne etiam contrarium congressio dyabolus
in deserto temptationis arma sollici-
ta non invenit deest illi de paradiso
amenitas arborum deest illi pomorum
species sua deceptio et quia non inve-
nit cibum quem offerret christo esurien-
ti postulat in panem saxa mutari
undique conclusus undique defrauda-
tus ad panniculum se confert Idem
in sermone quodam Qui ieiunat a ci-
bo et non abstinet a malo similis
est dyabolo qui non manducat

et tamen a malo non abstinet pla-
cere misericordiam deprecor Item infra de
temptatione Item infra de insidiis
dyaboli Idem ad helyadorum prosequi-
tur hostis cui nomina mille mille
nocendi artes Idem ad eundem
Time ab hoste maligno maxime
oppugnari qui te oppugnari nes-
cis Idem formidari hostis non debet
qui nil nisi permissus valet Idem
Semper aliquid boni operis facito ne
te dyabolus inveniat ociosum Idem
ad furiam de viduitate servanda Ar-
dentes dyaboli sagitte ieiuniorum
et vigiliarum frigore restringende sunt
ysidorus de summo bono dyabolus non
est incensor sed incentor vocatus
malarum cogitationum et auctor vitiorum
Non enim alibi concupiscentie fomenta in-
cedit nisi ubi prius prave cogi-
tationis delectationes inspexerit
Idem Tunc tantum eum quem possidet
dyabolus amittere sentit quando se divina
virtute ab illo compellendum cognoscit
Idem Cavendus est inimicus et re-
quire supra capitulo proximo Idem de
summo bono libro 2º capitulo xv Venena
quem deserit deus demones possi-
dent Idem libro 3º capitulo vº Non am-
plius temptat electos dyabolus
quam dei voluntas permiserit temp-
tando autem eorum profectus servit
causam volens quod eos temptationibus
suis non decipit sed pocius erudit
et cautiores reddit Idem ibidem licet
dyabolus homini iusto semper tempta-
tionem inferre cupiat si tamen a deo
potestatem non accipit nullatenus
adipisci potuit quod concupiscit unde
et omnis voluntas dyaboli iniusta
est et tamen deo permittente omnis
dyaboli potestas iusta est concernet ipso

eum temptare quosque iniuste appe-
tit sed eos qui temptandi sunt et
prout temptandi sunt non nisi iu-
ste deus temptare permittit. Unde
etiam in libro Regum de dyabolo scrip-
tum est quod spiritus domini malus irruit
in Saul. Ubi iuste queritur si domini spiri-
tus malus et si malus cur domini
spiritus dicitur. Sed in hiis duobus verbis com-
prehenditur et dei potestas iusta et dy-
aboli voluntas iniusta. Nam et
spiritus malus est per nequissimam vo-
luntatem sed idem tamen est spiritus domini per
acceptam iustissimam potestatem. Idem
Ex ea parte dyabolus hominem temp-
tat qua conspicit eum amplius facili-
us inclinari ut studium hominis com-
plexiones adhereat multiplices
temptationes. Idem ibidem. Cum in
tota vita dyabolus hominem pre-
narrari cupiat amplius tamen
in fine vite violentior decipere sed tu
insidiaberis calcaneo eius. Unde
quamvis quisque sit iustus numquam tam
tute est ut sit in hac vita securus
sed semper humilis consistens timeat
semper quia ne in fine vite sue corru-
at pollicatus pertimescat. Idem ibidem
Undique dyabolus properat quoniam se
vitam venerat per quam iniuste de-
cipiat. Idem in eodem libro capitulo ix. Ho-
mines etiam electorum mentes hor-
rendis ymaginibus sompniorum
spiritus immundi terrere conantur et
quos vigilantes nequeunt temptare
nec superant hos acriter dormientes
impugnant ut dum evigilaverint
ad qualemcumque consensum eos per-
trahant. Idem dyabolus est serpens
lubricus quia ut supra capitulo proximo. Ysidorus
in libro de institutione ecclesiastica temp-
tationum dyabolicarum vicia sunt
frigilia que si non caveantur
in principio per consuetudinem fortiter
in novissimo convalescunt. Ita ut
aut numquam aut cum difficulta-
te vincantur. Plura que infra de
temptatione de insidiis dyaboli.
Leo papa. Non desinit hostis an-
tiquus ubique nobis laqueos temp-
tationis pretendere sed tunc maiore
quod sacratiora sunt misteria ce-
lebranda. Idem. Dyabolus cum om-
nium discutit consuetudines ven-
tilat curas scrutatur effectus et
ubi causas et occasiones querit no-
cendi ubi quemque viderit studiosius
occupari. Idem. Ad est ubique callidus
hostis et nichil vacuum a suis
relinquit insidiis. Cassianus libro
secundo de institutione monachorum.
Cum nobis inimicus nec antiquus
semper sit infestus tunc tamen maxime
absistit cum corde se deo preces
offerre nos velle perviderit. Beda
super illud Luce iiii recessit ab eo
usque ad tempus et dyabolus
ad tempus videlicet non desinat tem-
ptare formidat quia frequentius
refugit triumphari et etiam ut
corda per quietem secura reddidat
repente rediens facilius in
proviso irrumpat. Basilius. Ledit
nos querere supra capitulo proximo. Ide
demonium est temptationes et ma-
las cogitationes inferre sed nostrum
est eisdem minime consentire. Pla-
cuere infra de insidiis dyaboli.
Glossa super illud Psalmus xxxiiii. Et
accedens temptator. Cibus
dyaboli est temptatio aqua num-
quam cessavit nisi deus ipsum temp-

nicet Glo. super illud Math. iiij°
antiquus hostis nequaquam nullum
in mundo absque insidiis suis tutum
esse permittit Glo. super illud ysa.
li. Surge narrare ut transeamus et usque
teneret ipsum subdidens dyabolo no
bis nocebit omnis malicia demo
nis Glo. super illud Judith 1° dyabo
lus in hostes licet sit superatus
tamen ab incepta malicia non de
sistit sed iterum atque iterum mouet bel
lum Glo. super illud Regum 1° philis
tini fabros ferrarios et ad hoc eciam
dyabolus maxime studet ut doctrine
scientia et verum aufferat arma
spiritualis militum scilicet uerbum dei uelociter
comprimendo Glo. super 1. Regum 2° Di
cit ulcisceris et Non potest contra
spirituales nequicias i. demones viri
liter pugnare qui nescit mundi del
ectamenta declinare Glo. super illud .i. Reg
is et 2° libro machab. Arma fortia
contra dyabolum sunt ista scutum
fidei galea spei lorica caritatis gla
dius spiritus quod est uerbum dei lancea
orationes que semper ad deum dirigitur
arcus sunt peregrinationes per diuersa lo
ca sancta Arcus et sagitte sunt pre
dicaciones ignite frenum equorum est
temperancia cum per ysabulum calcaria
sunt vigilie et ieiunia equus est
corpus miles super equum spiritus super
corpus ingenuum Glo. super illud Dan
x° Angelus domini descendit et Cer
nis dominus descendit et extinguunt
ardentes dyaboli sagittas et ymo
incendia cordis mei Glo. Leuit.
xvij Demones quamuis de omni
peccato gaudeant Maxime tamen de for
nicatione carnali et ydolatria quia
in hiis duobus corpus et anima ma
xime maculatur Glo. super 4. Regum

Cretura inflat demones quia non
nisi a scientia sunt vocati dyabolus
etiam quare dicitur emulator ut inflat mach
abeorum lib. iij dyabolus non potest
appropinquare uel temptationes inferre
homini umquam nisi se gesserit neglige
ter uel nisi permiserit deus tales eum
dyabolus concupiscit ad temptandum qui se
met ipsos laxauerint imaginationibus
prauis uel incogitationibus hesitatio
nis et duplicitatis nimios uel et
simplices sine rudes non concupiscit dy
abolus ad temptandum sicut facit sanctos
magnos et perfectos quia nouit quod
permittit deus eos uadere in manus
illius nisi causa aliqua collisis que
nunc habent per proximum qui tunc uir
tus diuine dispensationis elongatur
ab ipsis nimiis negligentibus et
remissis

De derisione Vide in mor. Ti
mendum est ne etiam nobis cade
tibus surgat qui a nobis stantibus
deridetur quamuis stare non nouit
ille qui non stante uel cadente nouit
deridere Idem Illum facit humana de
risio proximum deo quem ab humanis
superioribus inter innocentia separat alie
num Idem super illud Job deridetur iusti sim
plicitas quere infra de simplicitate
Glo. super illud Ps. Posuisti nos ob
probrium vicinis nostris subsannationem
et derisum Cassiodorus Subsannatio
fit naso contracto sed derisio fit ore
Est enim derisio nova confusa leticia
insultatione in moderata hylaritate de
mercans et inferens De desidia quere
supra de accidia

De desiderio quere supra de appeti
tu Item supra de assensu spirituali
Item de caelo spirituali Item de contemplatione
Item infra de verecundia bona Item infra

de voluntate Item de oratione Greg
in mor. Sepe nostra desideria quia
celeriter non fiunt tanto exaudiuntur
et quod implere conantur petimus ex
ipsa tarditate melius perficiatur Idem
Valentes voces apud secretissimas
aures dei non faciunt verba nostra sed
desideria sancta Idem differre solet
omnipotens deus desideria petencium ut
crescant quibus eo magis exaudiantur
adventum quo tanto non exaudiuntur
ad notum Idem Quibus quibus in solo et
mentis desiderio figitur tellus nec
prosperitatibus tollitur nec adversitate
quassatur dum enim nichil habeat
in mundo quod appetat nichil est in mun
do quod perdere pertimescat Idem in
omelia Sancta desideria dilacione crescunt
si autem dilacione deficiunt sancta deside
ria non fuerunt Idem augent spirituales
delicie desiderium in mente dum saciant
quia quanto magis earum sapor percipitur
eo amplius cognoscitur quod avidius
ametur Idem pertinet etiam hic ipsa bo
rum non tamen in recompensacione
quia dum meliora et eterna desiderant
eorum iudicio bona quelibet que hic as
fluerunt minima videbantur qui suis
desideriis estuabant Idem super Eze
chiel Vulnerata caritate ego sum ma
la enim salus est anime cordi quod dolore
huius vulneris non sentit cum autem
anhelare cepit in desiderio celesti et
sentire vulnus amoris dum tunc
erit anima salubrior ex vulnere que
prius egrotavit ex salute Idem Gre
de quere et quere infra de meditatione
Aug in epistola Quod dicit apostolus sine
intermissione orate quid est aliud quam
beatam vitam que nulla est nisi eter
na ab eo qui solus eam dare potest
sine intermissione desiderare Idem Ihe
ronimus super Ecclesiasten desiderantes et tan
to patiencius sustinemus omnia que
speramus Idem Canto illud quod val
de magnum est quod nec oculus
vidit nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit est capacius quanto
vos illud quod fidelius credimus
et firmius speramus ardencius
desideramus Idem in libro de patria vis
desideriorum facit tollerancia laborum
et dolorum et nemo nisi pro eo quod
delectat sponte suscipit ferre quod
cruciat Idem de pena Nemo vitam
eternam incorruptibilem immortalem
quam desiderat nisi eum huius vite tempora
lis corruptibilis mortalis quam penite
at Idem super illud ps Contricio et
infelicitas in viis eorum Nichil in hac
vita laboriosius quam terrenis desi
deriis estuare nichil in hac vita quie
cius quam huius seculi nichil ap
petere Idem super illud ps desiderium
pauperum exaudivit dominus Triplex
desiderium pauperum bonorum primum
ut sint in iuvamen apostolo Secundum ut
sint utiles proximo Tercium ut eterna
iungantur deo unam petii a domino
Item omne desiderium meum est aut
e contrario triplex est desiderium ma
lorum Idem super illud Ro. vi. peccatum oc
casione accepta et quere infra de
voluntate mala Idem in meditatione
O si quando videbo gaudium meum
quod desidero O si saciabor cum appa
ruerit gloria eius quam esurio O si
inebriabor ab ubertate domus tue
ad quam sic desideranter suspiro Idem
in libro de verbis domini Servat tibi deus
quod non vult tam cito dare et tu dis
cas magna magne desiderare plura
quere infra de oratione Varro in sen
tenciis Desideria non habita magna
sunt si habita vilescunt Crisostomus super

Johannes. Sicut grossos desideria iungunt
sic grossatione vel operatione desiderium
significatur. Ambrosius in libro de patriarchis:
Cur vitam istam tanto opere deside-
ramus que semper debilitate humana
vite? Bernardus super Canticum: Subtractio vero
quam amatis augmentatio desiderii
est et quia ardentius desideras eo crescit
ut taceas. Idem Accipi fateor arra-
mentis mentis pignora sed presentis desi-
deriis omnibus inferiora. Idem oportet
ut sancti desiderii ardor preveniat
faciem dei ad omnem animam
ad quam est ipse venturus qui omnem
consumit rubiginem viciorum et tunc
sentit anima quid preest ei dominus cuius
tamen se preparat igne divini amoris et
succensam. Idem super illud Canticum: No-
lite me considerare instar solis ver-
tis ardor desiderii pregnante animam
in corpore decolorat dum multum glorie
dei inhiantem facit repulsam impa-
cientem et extenuat dilecto amante.
Idem Modicum et non videbitis me
et Modicum istud longum est pro
dum modicum dicas quo videbimus te
salvum sit verbum domini mei salvum et
semper verum si longum est et multum
et diu valde longum quod post hec
omnia secula est venturo vim pro ve-
rumque vim quia modicum est merito
vero comparatione eternitatis sed longum
valde et multum et diu valde lon-
gum quod post hec omnia secula est
venturo vim tamen utroque vim diu
est desideriis nostris. Idem in sermone:
Magna confusio nobis est et mag-
na valde quia seculares ardentius
prospera desiderant quam nos celes-
tia cupimus. Transit illi properant ad
mortem quam nos ad vitam eternam.
Auctor de spiritu et anima: Anima vero
per odium mundi et sui proficit in de-

siderium et amore dei et proximum quia
per contemptum temporalium crescat in deside-
rium eternorum. Glosa super psalmum: Desiderium est
orare nec umquam desinit orare qui
non desinit desiderare.

De desiderio vite presentis. Seneca
ad Lucillum: Quirunt aliqui et
querunt semper de beatitudine. Idem ad Paulum
apostolum scribens et semper de beatitudine.
Zenophon tunc maior moriens et
querens semper de beatitudine. Tullius est
querere semper de beatitudine de despectu
que semper de conflictu viciorum et virtu-
tum. Contemptus aliorum dicitur et item
semper de contentione. Item semper de contemp-
tu mundi.

De desperatione. Gregorius in pastorali:
Sicut desperationis telo mens
perimitur dum semper nos in tribulationibus
premitur et languidior foris ab probris
urgetur. Idem clausis oculis eo arca
precipitatur in infimis quo obscurat
aspicimus et tanto per mala temporalia
penetrat quanto durius eterna bona
desperat. Idem deus hominem quem benig-
ne condidit utique non sperit perpetran-
dum est ergo quanti periculi est tur-
acta munera terrene et futura desperare
vere. Idem Diffidentie quodam modo ge-
nus est contra hoc quod quisque predi-
cat forquem in sobria diffidendi. Idem
in moralibus: Perpetrio virtutis perire tan-
to gravior est in desperatione quanto
longior ab humilitate. Idem super illud
Job xxxvi: Si tibi surrexit desperatio
attende cuncta que deus tibi dedit
et iam non desperabis. Idem xxxiii
moralium: Non se desperet humana fragili-
tas sed unigeniti sanguinem considerat
et in illud pretio perpendet quam magna
est que tanti valet considerat celos
sub spem nam patria angelorum se
sciat sociam esse atque in capite suo

ipso peccatum fit angelis gaudio at
tamen utraque tota in huius pietatis
admiratione non consiliat tamen tota
prorsus non implicuatione tante consi
derationis occupatur Idem in pastoral
plerosque constringit et quere supra de cor
reptione mala plura quere infra desperacione
Idem super illud hebreorum iiii° Auxilio
optimo uniuscuiusque vivo impietas po
situs si de dei venia desperauit dei mi
sericordiam funditus perdit Idem super
Ezechielem omelia xo Non nos nimia vul
nerum multitudo in desperatione deprimat
quia maior est potencia medici quam
magnitudo languoris nostri quid est
quod reparari ad salutem non poterit
qui omnia de nichilo creauit plura
quere infra super de confidencia Item
infra desperacione Augustinus in libro de spiritu Deum
de deo non presumit veniam non adue
tit plus peccato suo posse dei clemenciam
Idem Solum desperacionis crimen est
quod mederi non potest Idem de nemine
desperandum est dum est in via Idem
peccatum cum desperacione dampnosa mors
no est Idem super Johannem et super psalmos Et duo
sunt que animam peccantis occidunt scilicet
desperatio et presumpcio sine spes peruersa
inter spem et desperacionem fluctuat
no anima nostra propter illos ergo qui despera
tione periclitantur proposuit deus indul
gencias sed propter illos qui presumptione vel
spe mala periclitantur fecit deus diem
mortis incertum et incertam ut ambos
perduceret ad salutem Idem dubitas quod
dabit tibi deus bona sua qui non est
dedignatus suscipere mala tua et Idem
nemo de dei venia diffidat maior
enim est eius venia quam nostra miseria
Tardius siquidem videtur ei peccatis indul
gere quam peccatori veniam recipere Sic enim
festinat deus absoluere reum atorum
to consciencie sue quam plus cruciet eum

compassio miserii quam ipsum miseria
sui passio Ambrosius super lucam Ne
mo diffidat nemo conscius veterum
delictorum premia diuina desperet nouit
enim deus mutare si tu nouit emendare
lucris emendare delicta Idem non
desperes de eius premia tamen apparet in
morte beniuolencia plura quere infra
desperacione Crisostomus in simon de peccatis quod periculum
est et confidencia peruersa et desperacio
Nam confidencia nimia stantem
euertit et desperacio post lapsum sur
gere non permittit Idem Iudas non
alunde factus est dyabolus nisi primo
quod post peccatum desperacione victus
est et post de desperacione incidit in
suspendium et inuidiam Idem Vnus
quisque scit nemo quod in corporis vulneribus
quedam sunt que sanari omnino non
possunt sed tamen non continuo de
speramus primo quantum possumus dili
genciam adhibemus in anime vero
vulneribus vbi omnino nichil insanabi
le est quod aliena sit a nobis eius
passio sit negligimus et desperamus
Idem super apostolum Non intelligit quid
est homo ille nunquam desperat de deo
Idem in libro de reparacione lapsi Radix de
speracionis est ignauia et non solum
radix sed et mater et nutrix et sic
vestimentum gignit tineas et nutrit
eas sic ignauia desperacionem Idem
non dubites neque desperes in melius
posse mutari si enim tantum potuit
dyabolus ut de conclusis virtutum
fastigiis in profundum te proiceret vi
ciorum quanto magis poterit deus ad
summum bonorum te iterum reuocare
et non solum te restituere quod fuisti
sed multo beatiorem te efficere quam pri
us videbaris tu ne concidas ideo
neque contristeris neque spem tibi per
cidas bonitatis dei Non enim peccatorum
multitudo deducit animam in desperacionem

sed impietas cordis. Idem. Premunica-
tioni spem et prime est desperacio que
si mentem inciderit quantumcumque sit sa-
lutis desiderium et quantumcumque grande
sit propositum communionis occurrente
tamen desperacione timentes salutis adi-
tus abstinent. Idem. Intellige karis-
sime quod ideo diabolus desperacionem sug-
gerit in peccato ut spem nobis divine
pietatis abscidat que est nostre salutis
anchora tocius vite nostre fundamentum
ducis itineris quo venitur in celum. Plura
que despe. Iohannes super Ps. c xxx. Ma-
gis offendit iudas deum quod despe-
rans se suspendit quam quod vendendo
Christum tradidit. Idem. Quando peccator de-
sperat plus de desperacione quam de peccato
cadit. Idem. Desperacio auget peccatum et
omni peccato deterior. Idem. Sola despera-
cionis crimen est quod mederi non potest.
Ysidorus de summo bono libro 2º c. xiiii. Nemo
desperare debet veniam de peccato quamvis
se desperat etiam si circa finem vite ad
penitenciam convertatur unumquemque enim
deus de suo fine non de vita prete-
rita iudicat. Idem in synonimis. Noli
desperare de salute si ad meliora converte-
ris quia enim veniam de peccato quamvis
desperat plus peccat desperacione
quam quo graviter scelere dampnat. De-
speracio namque peccatum auget et est
omni peccato deterior. Idem in sermone sinaze-
lacione penitenciam apud deum per bap-
tismate reputantur unde et quantumli-
bet sint magna delicta quantumcumque
enorma peccata non tamen est in illis divi-
na desperanda. Plura que supra de
confidencia mala. Bernardus in sermone
de annunciacione domini. Nullatenus est
desperandum quibuslibet desperandum quia
nec dubium quin potencior et effica-
cior sit Christi mors in bonum quam
nostra scelera sint in malum. Plura que

infra despe. Item supra de amore dei
ad homines. Augustinus super Iohannem. Nemo di-
cat illud aut illud feci forte non
dimittetur michi. Quid quod tu fecisti
nunquid Christum occidisti. Non est aliquod
peccatum peius quia Christo nichil est me-
lius et tamen iudei qui Christum occide-
runt multi in ipsum crediderunt et bi-
berunt sanguinem quem fuderunt et per
ipsum sanguinem dimissum est illis pec-
catum de sanguinis effusione. Idem
in manuali c. Quomodo nos amasti
pater bone domine deus meus qui uni-
co filio tuo non pepercisti sed pro nobis
omnibus tradidisti. Merito ergo spes
michi valida in illo est quod sanabit
omnes languores meos ille qui se-
det ad dexteram tuam et semper inter-
pellat pro nobis aliquin penitus despe-
rarem. Plura que infra despe. Item in-
fra de oracione. Glossa Ro. 2º. Desperacio est
qua homo de dei misericordia et bonitate
diffidit. Glossa Prov. xxiiii. Nichil incu-
rabilius desperacione. Glossa Ioelis 2º.
Ne desperetis si sunt peccata magna quia
maior est dei misericordia qui non vult mor-
tem peccatoris sed penitenciam vivens. Petrus
Ravennas super illud Act. ii. Nolite sal-
vari esse dicentes etc. Omnis rex de
nostris inhabitus sunt etc. Plura que infra
de sollicitudine. Tullius in Tusculanis. Despera-
cio est egritudo sine ulla expectacione
meliorum.

De detractione. Gregorius super Ezech.
Pravorum devagacio nostre vite
approbacio est quia iam ostenditur ali-
quid iusticie nos habere si illis maximum
displicere qui iusticie inimici sunt et iccirco
deo non placet. Nemo enim potest in
unaquaque re deo et eius hostibus
esse gratus. Idem et habetur in decretis
vi q. 1. Ne laudibus immoderatis ele-
vemur detractorum nostrorum moderacione de-
tractionibus aliorum puniamur lacerari

ut quos nos laudantis elevat lin-
gua detrahentis humiliet Idem in epistola
Quid aliud faciunt detrahentes nisi
et in oculos suos pulverem sufflant
et oculos suos excecant et quanto
plus sufflant tanto magis semet-
ipsos excecant. Idem valde mirum
si nos quos supersticiosos cor modo verba
detractorum perturbant intra Idem super
illud Job Et carnibus meis saturami-
ni hoc faciunt qui aliene vite detrac-
tionibus depascuntur alienis procul du-
bio carnibus saturantur hoc ergo pre-
cedat consolacionis quod aures non pol-
luat audientis. Idem Cum semet-
ipsum quis aspiciat non requirit quid in
aliis reprehendat sed in semetipso quod
lugeat et deploret Idem Discito dos
detractorum linguas in claves laxant
ut si quid in eis clausum inspexe-
rit lingua detractorum evadat
Idem super illud psalmi detrahentem secre-
to proximo suo Est autem detractor in-
ventor et relator et est detractor
auditor primi duo portant in lingua
sed tercius in auricula et hic est peri-
or aliis quia si non esset auditor non
esset detractor inventor nec relator
Idem super illud psalmi Cum detrahunt
michi apud deum primo detrahunt deo ipsi
scilicet verbo et facto verbo blasphema-
do in Christum et facto detrahendo qui
quod Christus prohibuit faciunt Idem super
Exo. linguas detrahencium sicut
nostro studio non debemus excitare ne
ipsi pereant sic per suam maliciam exci-
tatas debemus equanimiter tollerare ut
meritum nobis crescat Aug. ad Jero-
nimum falso aliquid a maledico de-
tractore fingitur aut omnino non creditur
aut integra salute sola fama vexa-
tur Idem ad Felicem et Hilarium Quid mi-
rum si homines mali detrahunt

filius dei cum ipsi cottidie non ces-
sent blasphemare nomen dei et
quia honorem meum non possunt
pervertere ideo famam illorum minuunt
decolorare Idem eisdem Iusto qui-
dem dum iudicio facit deus ut de-
tractores heamus si enim mutas
non heam habemus non essent
utique pro quibus oremus Idem ad
Cometem sibi carum Tu autem moderes
aures tuas ad verba detrahentis
ut non incipias morte in anima
tua qui enim alii detrahit aut de-
trahentem libenter audit utique dya-
bolum sub lingua gerit unde psalmus
venenum aspidum sub labiis eorum
Idem de conflictu viciorum et virtu-
tum Detraccio dicit quis potest pos-
tire quis silencio tegere quanta vel
ille vel illa prava committit nisi for-
te qui non sentit libertas iuste
increpacionis invidet videt et que
super de conflictu Idem In mensa
sua Augustinus dicit dictis ami-
absentium rodere vitam hanc me-
sam indignam noverit esse sibi Idem
Sicut nascens alter qui mala lo-
quitur dete sic nascere tibi quando
de aliis male loquens Idem Quid
est detraccio nisi mordacior qua
veracior reprehensio malicia ma-
lo delectatur alieno invidia bono
cruciatur alieno dolus duplicat
cor adulacio duplicat linguam
sed detraccio vulnerat famam Idem
Susurro est qui occulte lacerat
innocentem Ambrosius in libro de mori-
bus Nunquam alii detrahes si te libenter
prospexeris Idem Tollabiliores sunt
fures qui vestes et bona nostra di-
ripiunt quam detractores furtum fa-
mam nostram tollunt Idem Simpli-

istarum temptacione et cogitacione
torquentur qui vel tacitis corum mo
tibus arguuntur Ieronimus in sermone ad
compunctionem dictos dme vite nre te
mpus absumimus a quo mali nostri se
culi homines nostri monachi vel
laici facile invenies Idem detractio
est quotiens aliquis dicit de aliquo
unde vel amari vel appreciari possit
Ieronimus ad Celanciam Nulli unquam de
trahas nec aliorum vituperacione in
te laudabilem videri velis magis quam
tuam vitam ordinare disce quam
alienam carpere illius semper scripture
memor Noli detrahere ne eradiceris
Idem ibidem Parva ad modum sunt
qui huic vicio renunciant raroque
invenies qui ita reprehensibilem
vitam suam cohibere voluit ut non
libenter reprehendant aliena tanto
quam huius mali libido mentes hominum
invasit ut etiam qui procul ab alijs
vicijs recesserint in istud tamen
quasi extremum dyaboli laqueum
incidunt Idem ibidem Detracto
rum detractoribus tam celebre est
quia facit libenter ab omnibus auditur
Quod si non esset iam omnis detra
here perhorrerent Idem ad Nepocia
num Parce detractioni lingue custo
di sermones et scito quia cuncta
que de alijs loqueris tua sententia iudi
caberis Ysidorus in epistola libro 1o Est
hec quedam in malis moribus in
numerosa multitudinis denuncia
rent scelera paucorum cum tamen e con
trario bonorum tantas flagicia mul
torum virtutibus convictas nequeat
occultare Ieronimus in prologo super Io
sue Cesset arcuato vulnere contra
nos insurgere scorpius et sanctum opus
venenata lingua carpere desistat vel
suscipiens si placet vel contempnens si dis

placet meminerit quod illorum versiculos os
tuum habundavit malicia etc quoniam
audientes vel legentes utilitas est nos
laborando sudare et alios detrahendo
laborare Idem ibidem Hec dicimus
ne calumpniatoribus omnino tacere videa
mur Idem ubi supra Nos ad patria fes
tinantes mortiferos syrenarum can
tus syrenarum surda debemus aure
transire Idem ad eundem Distat detrac
tor dum te videt non libenter cum
audire non libenter se detrahere Nemo
cum invito auditore libenter refert
Idem ad Rusticum monachum Nulli de
trahas nec in eo te sanctum putes si ce
teros lacerres Idem eidem Cave ne
aut linguam aut aures habeas pru
rientes i. ne vel ipse alijs de
trahas aut alios de alijs audias de
trahentes Idem Veritas angulos
non habet Idem Nostra ista excusacio
est ista referentibus alijs de alijs in
iuriam facere non possum nemo cum
invito auditore libenter refert Sagitta
tam in lapidem numquam figitur sed inter
dum resiliens percutit dirigentem Idem
Si me vis corrigere delinquentem aper
te increpa sim ne occulte mordeas
Idem ad Fabiolam de mundicitate ser
vanda fieri non potest ut absque morsu
hominum huius vite curricula quis
transcurrat malorum enim solacium est
bonos carpere dum peccantium multi
tudine penam putant peccatorum minui
sed falsus rumor cito opprimitur
et vita posterior iudicat de priore Idem
Pammachio et Oceano nec bonis ad
versariorum si quid honestum habuerint
detrahendum est nec amicorum lau
danda sunt vicia et unumquodque non per
sonarum sed rerum pondere iudicandum est
Idem ad Marcellam pudet dicere quia
homines et mediam etatem maturitate
annorum puerorum vicijs maculam pudet

dicere frequenciam ad iniuriam salutem
dei quia vel nos cottidie proferimus
ad alios vel ad nos venientes alios
conspiramus deinceps ergo ad verba
sermo texitur lacerantur absentes ali-
ena vita describitur et mordentes
invicem ab invicem consumunt consumuntur
Idem in sermonibus detractio grave
crimen est detractio gravius dampna-
cio est. Idem non detrahes potius
sed condoleas et hoc quod in alio detra-
hes ante prius pertimesce qui alii de-
trahis te ipsum destitue qui alium mor-
des tua peccata redargue non alterius
delicta sed tua propria intuere numquam enim
alteri detrahes si te metipsum bene per-
spexeris. Idem erit ille condempnatus
apud deum qui querit super ea de te credu-
litate. Bernardus super cantica unus est detrac-
tor qui loquitur et unum verbum tantum
profert et tamen illud unum verbum in mo-
mento multitudinis audiencium du-
aures inficiat animas perimit. Idem
in libro de consideratione detrahere aut de-
trahentem audire quid horum dampna-
bilius sit non facile dixerim. Be-
da super proverbia xxvi. Si hilari vultu au-
dieris detrahentem tu illi das fomitem
detrahendi si vero tristi vultu dispici-
ate non libenter dicit quod didicerit
non libenter audiri. Idem ibidem. Su-
surro est qui lites incendit et iurgia
seminat et audire querit unde hoc faci-
at. Basilius in exameron. Musca ta-
mina sanam carnem transivit et ulce-
ribus insidet. Sic demones et detrac-
tores. Anshelmus de similitudine. Tria
sunt genera homicidii que pari pena
plectuntur scilicet interfectio hominis odium
fratrum et detractio proximorum. Idem
susurro est qui occulte lacerat in-
nocentem. Bernardus. Si quis susurro

querere prius de correctionibus equitate
Hylarius hec est consuetudo pravorum
ut visis religiosis viris subito eos
irrideant et detrahant. Clemens papa
et habetur vi q. i. Deteriores sunt qui
doctorum vitam moresque suis detrac-
tionibus corrumpunt his qui substancias
aliorum predaque diripiunt quia isti res
illi vero nascentes ipsos dum diruunt
et ideo iniusti sunt infames et abiecti
sunt corruptores. Glosa Ro. i. Detrac-
tor est qui aliorum bona facta negat
vel invertit. Glosa proverbiorum xxiiii. Hac
specialiter vicio scilicet detractionis
periclitatur fere totum genus huma-
num. Titus livius vilius hominum est alios
viles facere quia qui suo merito pla-
cere non possunt comparacione peiorum
placere. Aristippus cum quidem ei ho-
mines te contempnunt diceret et illos
asinos sed nec illos illi asinos nec
illos ego curo

De devocione et eius fervore
Gregorius super Ezechielem nisi mentis
intencio per devocionem fervescat in divina
mundana non vincatur per quam ad yma
semper anima revocatur. Idem ibidem. Dies
inqua anima per amoris devocionem
invisibili sponso iungitur nullam
prius seculi consolacionem recipit sed
ad illam quam diligit medullitus sus-
pirat fervet et anhelat et totaliter
anxiatur. Vilis enim sit eciam sibi
corporis salus quia transfixa est vulnere
caritatis. Idem in moralibus. Sepe electi
cuiuspiam plus in dolore conversacionis
fervendo peragit quam inchoando pro-
mit et si tepidus bonum inchoat fer-
ventius consummata consummat dum scilicet
semper inchoare se estimat et ideo
infatigabiliter in novitate perdurat. Idem
ibi quos fortasse despicimus et tarde

gaudere potest magis et cum intra mentem
fervendibus devocionis studiis
ante me. Idem in registro. Tanto calli
dius hostis noster dyabolus dyabolus
quere supra de demonum temptacionibus
Aug. tanto illud etc. quere supra de de
siderio. Idem abbas abs oracione etc. quere
infra de oracione plura quere supra
de caritate. Item supra de contempla
cione de assensu de compunccione de
contricione. Item infra de oracione. Item
supra de cantu. Bern. super cant. virtus
discrecionis absque devocionis fervo
sua more prophete et per ea consti
tuit cum sibi gentes et regna
Idem in epistola ad fabiolam Tanta

debet esse pontificis dei sciencia et eru
dicio ut gressus eius et motus
universa ipsius facta vocabula sint
Idem ad heliodorum episcopum in te ocu
li oculi omnium diriguntur domus tua
et conversacio tua quasi in specula
constituta magistra est publice dis
cipline quicquid feceris omnes sibi faci
endum putant Idem ad oceanum
Episcopus talis eligatur in cuius com
paracione ceteri greges dicantur Idem super
li. numerorum Principes tribus agrorum et
prediorum relinquant hereditates gubernacio
nem vero populi tradat ille quem deus
elegit Idem super sophoniam Cum
episcopatum inquit apostolus desiderat bonum
opus desiderat videte quia dixit
opus non honorem Si ergo episcopus so
lum honorem et dignitatem aspexerit nō
cito corruet in confusionem suam et
perdicionem populi Idem et habetur in decretis
di. xcv. Olim idem presbiter quod episcopus
et antequam instinctu dyaboli scis
ma fieret in ecclesia diceretur Ego sum
pauli ego vero cephe et presbiterorum
communi consilio gubernabantur ecclesie
dei postea vero in toto orbe decre
tum est ut unus de presbiteris
superponeretur ceteris quibus scismatum
semina tollerentur Idem ad oceanum
Gloria episcopi est pauperum opibus nō
providere ignominia sacerdotis est pro
priis divitiis inhiare Idem Episcopi sa
cerdotes se esse sciant non dominos
honorent ergo clericos quasi clericos
ut et ipsi a clericis quasi episcopi hono
rentur Scientes illud oratoris do
micii ad Iulium Cesarem Cur in
quid te habeam ut principem cum tu
me non habeas ut senatorem Idem
et habetur vij. q. i. Cum presbiteros

est rectus qui doctior qui sanctior qui omni virtute eminentior talis ad sacerdotium eligatur. Idem ad Heliodorum et habetur in decretis in q. vii. Non omnes episcopi sunt episcopi. Attendis Petrum etiam Judam considera. Nomen enim non facit episcopum sed vita. Nec facit ecclesiastica dignitas christianum. Idem et habetur in decretis di. xl in. Vendicat infelix clericus in prelatis episcopi similiter mancipatus solus aut episcopus inhabitat domibus solus ipse sibi vendicat universa. Idem in epistola. Et omnes illud de cunctis audire desiderant Hospes fui et collegistis me etc. Quanto magis episcopus cuius domus omnium debet esse commune hospitium. Laicus enim aut duos aut paucos recipiens implevit hospitalitatis officium episcopus nisi omnes receperit inhumanus est. Idem Iudex sit laicus et episcopi iniustitiam hoc inter est quia laicus potest apparere iustus in paucis sed episcopus in tot homines debet iustitiam exercere quot et subditos habet. Plura que infra de prelatis de sacerdotibus. Ysidorus de summo bono libro 3 c. xlii. Agnoscat episcopus servum se esse plebis non dominum. Verum hoc non officii potestate sed condicionis potestate deum esse cognoscimus. Hec est enim in ... sacerdotibus id est episcopis vera discretio qua nec pro libertate potestatis superbi nec pro humilitate compassionis remissi sunt. Idem in eodem. Deserat locum docendi si ipse quod nescit docere. Ignorantia quippe presulis vite non congruit subiectorum rectus enim si recto ductum prebet ambo

bonum etc. Idem libro de officiis. Episcopus dum consecratur baculus ei datur ut eius iudicio subditam sibi plebem corrigat vel infirmorum infirmitates sustentet. Idem de summo bono libro 3 ca. 38. Ex demerito plebis ad unguem episcopi depravantur quibus pessimis corruunt qui secuntur capite enim languescente cetera membra protinus infirmantur. Idem non oportet episcopum tam irascibilem esse et perturbatum semper ut ipse met perturbat sed debet esse patiens et compatiens ut sequatur eum qui de ore eius possint ad flagella. Idem in viii ethicorum. Presbiter grece latine senior dicitur non pro etate sed pro honore. Plura que infra s. de prelatis. Infra de sacerdotibus. Bernardus in libro de consideracione ad Eugenium papam. Domum episcopi decet sanctitudo decet modestia decet honestas et morum disciplina. Idem ibidem. Ridiculosa res ymmo magis periculosa res est speculator cecus doctor insciens precursor claudus prelatus negligens preco mutus. Idem ad eundem. Periculosum est preesse et ducere in sublimi loco positus es ducem et principem te constituerit. Vide ergo si non ab omnibus iudicandus es ab omnibus spectandus et dilacerandus es vice in honore sive dolore in pulsacione sive tribulacione in sublimitate sive vanitate quibus esse potest. Idem ad eundem ca. iiii. Oportet esse formam iusticie pietatis exemplum speculum sanctimonie veritatis assertorem fidei defensorem doctorem gencium ducem christianorum amicum sponse sponsi paranimphum

clari ordinatione pastora plebium doctorem insipiencium refugium oppressorum pauperum advocatum defensorem pupillorum iudicem viduarum Talis enim erat apostolus qui dicebat Omnibus omnia factus sum Tales ergo esse debent qui apostolorum locum tenent id est episcopi Idem ibidem Quia res est stupenda valde quod episcopi plures habent ad manus quibus animas credant sed cui suas committant facultates non inveniunt optimi sed estimatores qui magna de minimis pro aut aut nulla de maximis curam gerunt Et ex hoc liquido datur intelligi quod pacienciur ferimus iacturam xpi quam nostram Idem in omnibus actibus suis vel dictis nichil suum querat episcopus sed tantum aut dei honorem aut proximorum salutem aut utrumque hoc enim agens implebit non solum pontificis officium sed etiam ethimologiam nominis ponte utique faciens semet ipsum inter deum et proximum pertingit enim iste pons usque ad deum ea fiducia qua non suam sed dei gloriam querit pertingit pons iste usque ad proximum ea pietate Idem in epistola quadam Ministeriis honorificabitur ministerium meum ministerium inquit apostolus non dominium et ipsum quod ministerium inquit apostolus honorificabitur, non vos met met ipsos nam qui querit que sua sunt se ipsum cupit honorari non ministerium suum honorificabitur aut non cultu vestium sed fastu equorum non amplis edificiis sed moribus ornatis virtutibus spiritualibus studiis ac bonis operibus Idem ad Fulconem episcopum Destat ate recepi gmarulos pueros et comptas adolescentes scrinium no

bisque tecte inter episcopos infula scilicet inornatos non decet inter episcopos disturbare callamistratos Idem Quid est honor nisi onus quid est episcopatus nisi cruciatus quid est quantumcumque dignitatum sublimitas nisi naufragiosa tempestas quanto enim maior honor tanto maiora pericula arbor alta fortioribus ventis agitatur excelsi turres graviori turrum casu percuciunt maiores pixides citius capiunt Idem super leuitica clericorum cuius mater est negligencia episcoporum universam dei perturbat ecclesiam et confundit vel corrumpit Idem in sermone quodam de conversione sancti Pauli Conversa videtur contra te bone ihesu tota universitas populi xpiani sed egressa est iniquitas a senioribus populi eum qui videbantur regere populum Non est iam dicere sicut populus sic et sacerdos Quia heu heu hodie deus meus ipsi sunt in persecucione tua primi qui videntur in ecclesia tua diligere primatum et gerere principatum Contemplabilis enim et miseria eorum conversacio plebis tue miserabilis est subversio Idem Panci sunt qui utiliter predicatores aut qui humiliter presunt omnes enim episcopos subintrat elacio Idem super Cantica Si velis veritas ipsam facit et quere infra de platis Idem humilitas in honore quere infra de platis Idem in epistola Considero gradum prelatorum sed vereor casum considero fastigium dignitatis et intueor faciem abissi deorsum iacentis Attendo celsitudinem honoris et e vicino formido periculum horrende dapnacionis potentes enim potenter tormenta pacientur Idem in epistola Fratres venerandi episcopi sed venerandi eorum labores si labores eorum pensamus honores eorum

nis affectamus agnoscamus ergo i-
pares vires nostras nec delectet mol-
les et femineos humores vinorum sup-
positione sectemur non ergo obsequamur
eos sed potius honoremus. Idem ibi-
dem in fine. Eorum redarguens opera
quorum refugis onera. Idem. Teme-
rarie nimis abnegat virum depre-
hendo venientem mulierem. Nemo in domo
dico cum sit is qui de claustro est cum
quo versatur in populo intendum nimis
dispertire unius ne circumspecte se ingere
deprehendit. Ubi gratia in cibo et po-
tu in cibo in veste in iudicio non adu-
dicandum illud statim prosiliat sed me-
mento semper quoniam melior est iniquitas
viri quam mulier benefaciens. Idem tu
qui de claustro consistens in tua omnium
custodia vigilans benefacias sed esto
ut prelatus qui iuvat multos melius
facit et uberius. Quod si forsan im-
ple non sufficiat absque aliqua iniqui-
tate et absque quadam inequalitate
vite et conversacionis sic tunc memento
quia caritas operit multitudinem pec-
catorum. Idem ibidem. Hec dicta sunt
contra geminam temptacionem qua sepe
viri religiosi prelatorum vel ambiunt
gloriam vel illorum potestatis temere in-
dicare dyabolicis instigacionibus
mactant. Idem ad Eugenium papam. Fi-
delis pontifex qui bona que per
manus suas transeuncia sive divina
beneficia ad homines sive hominum vota
ad deum columbino intuens oculo nichil
sibi retinet ex omnibus nec populi da-
tum sed lucrum nec dei gloriam
usurpat sibi sed deo totum tribuit ad
honorem. Idem in epistola. Ipsos pseu-
do pontifices coram deo dum carni-
fices martyrum et epulis gemmant
talares in kathedris sum sane ful-
minant ut indictos intitulamus se

minat fructus etc. Idem in libro de
consideracione. Tu pastor et episcopus
animarum qua mente sustines ob-
secro coram te semper plere legem
dei in maculata conticente causas
et garrire leges iusticie lites et
cavillaciones subvertentes iudicium
et animas innocentum. Glossa Ieremie
primo. Oportet episcopum etc. Glossa super illud
Ysa. Eligite e vobis viros etc. que
infra de prelatis. Dyonisius in epistola
ad Demophilum. Quomodo sacerdotes
quod denunciavit populo divinas virtutes
ignorans potentiam non cognoscentes
aut quomodo alios illuminabunt qui
sunt in se nec ipsis obtenebrati
et qualiter aliis tradent spiritum dei
quem neque si ipsum status est credunt
habitu et virtute. Si ergo sacerdotalis
ordo est manifestativus et illumina-
tivus omnis recedit ab ordine sacer-
dotali et virtute qui non est illu-
minatus. Vide ista et habetur in decretis
di. xxxvi. Non ergo tam excelles
est electio ut hec et illa que in
aliis hominibus vacant a culpa in
ipsis episcopis sint illicita. Idem et habetur
in decretis di. lxi. Miraculum integri-
tas presidentium salus est subdito-
rum et ubi est incolumitas obediencie
ibi est sana forma doctrine. Tota
aut familie status et ordo nu-
tatur si quod in corde requiritur in
capite non invenitur. Idem et habetur
xvi. q. i. Episcopi velut corone tamquam
commendatariis non tamquam propriis uti
debent. Innocentius 3 contra de sacra
unctione. Caput sacerdotis crismate
te consecratur sed brachium princi-
pis oleo simplici delinitur ut os-
tendatur quanta sit distancia inter princi-
pem auctorem et pontificis prelatum. Gregorius

nazazenus pro pastoribus constitu
nostris et Ieronimus in decreto di. 95.
presbiteris et 3ª dedit nobis deus
potestatem dedit nobis deus princi
patum multo potiorem principati
bus vestris Numquid ergo in iusto
nobis videtur si cedat spiritus carni
si terrena a celestibus superentur si
divinis humana preferantur Idem Non
oportet etc. que supra de correctione
Item plura que infra de platis de
sacerdotibus Item supra de ambicione
de correctione de dignitate Glosa super
illud Exod. xxviij. Portabit aaron
peccata populi tante industrie tanti
que meriti debet esse sacerdos ut
cuncta populi peccata portare possit Idem
ibidem Thiara capud eius teget
ut per hoc amoneantur omnes sensus
capitis debere deo consecratos sicut
Paulinus et hylarius episcopi Tales
ac tanti viri volentes fieri christi
discipuli renunciaverunt omnibus
que habebant qui non ut posses
sores sed procuratores facultates
ecclesie possidebant et id tunc scien
tes nichil aliud esse res ecclesie nisi
vota fidelium precia peccatorum et patrimo
nium pauperum non eas vendicaverunt
in usus suos ut proprias sed ut commen
datas pauperibus diviserunt

De epistolis Ambrosius Constantino
epistolarum usus est ut disiuncti
locorum intervallis affectu adhereamus
in quibus inter absentes ymago
presencie refulget et collocutio scrip
ta copulat separatos in quibus et
epistolis cum amicis miscemus animum
et mentem ei nostram infundimus
Plura que infra de scriptura Idem in
prologo super prouerbiorum Salomonis

iungat epistola quos iungit amor Ito
carta non dividit quos christi nectit
caritas Nebridius Augustino Ca
runt michi epistole tue ad audiendum
per eloquencia dulces ad legendum
per breuitate et ad intelligendum
per sapienciam salubres. de equitate
correctionis quere supra de correctione
de equitate iudicum quere infra de
iudicio et iudice de iusticia

De errore Tullius in philippica
xij. Cuiusvis est hominis
errare nullius autem nisi insipientis
in errore perseuerare posteriores enim
cogitaciones ut aiunt sapientiores
esse sapienciores Idem in libro 1º de le
gibus Non est viri sapientis et
boni diligere quod ipse non est diligen
dum Valerius li. ix. Temeritati
proximus est error et ad ledendum
similis tamen tanto facilius quanto
debet ignoscere quia non sua spon
te sed vanis concitatus ymagini
bus implicat se culpis et errori
bus Seneca li. 3º de beneficiis Non
est leuitatis a iure cognito et
dampnato discedere sed ingenue fa
tendum est dixi aliud putavi de
ceptus sum hoc vero superbe stulticie
perseuerancia est quod semel dixi
qualecunque sit illud fixum ratum
que sit Non enim est turpe cum re
mutare consilium Idem ad lucillum
in epistola prima Certi ducem quererent
nos autem sine duce erravimus et
ideo difficulter ad studium et sanita
tem peruenimus quia nos ignorare
sit egrotare nescimus plura quere
infra de ignorancia de stulticia de
fatuitate de sapiencia de sciencia de
prudencia Idem in epistola tria ad lu
cillum Errat ille qui amicum quidem

in alios probat iniquinos Idem ibidem
Multa habet malus malum accepta
tus homo qui quos annos putat si
bi esse quibus ipse non est Ambros
de obitu Valentiniani Error insipi
bus est imparans correctio est Crisos
Pene hoc malum in omnibus homi
nibus invenitur ut alios culpent erran
tes et ipsimet in eosdem currant
errores Ysidorus Secundum quod pleraque
capitula quere infra de medias teme
rarius Greg in omel Error diu nu
tus creditur difficilius emendatur
Idem in Registro Consentire vide
tur erranti qui ad resecanda que cor
rigi debent male non occurrit
ut habetur in decretis di. lxxxiii Aug
in Enchir Qui errantes non corri
git de negligencia non iudicatur
qui non pro eo non orat de premio eo
dem privatur Idem in epistola ad Idin
lodis me si mihi tantus errore
meum quem forsitan in dictis
vel factis meis reperies plura que
supra de correctione Idem de trinitate
Error est alicuius pravio approbacio
Idem libro 2o de libero arbitrio ca.
xii Error est cum sequimur aliquid
quod non adducat quo volumus per
venire et quanto magis in vita inte
quis errat tanto minus sapit Idem
libro 2o de trinitate ca. 2o Duo sunt que
in errore hominum difficillime tolerantur
scilicet presumpcio priusquam veritas pate
at et cum patuerit presumpte defen
sio falsitatis Innoc et habetur in
decretis di. lxxxiii Error cui non
resistitur approbatur et veritas cum minime
defensatur opprimitur negligere quippe
cum possis perturbare perversos nichil
est aliud quam fovere neque caret scru

pulo societatis occulte qui mani
festo facinori desinit obviare Rich
in epistola Error est humane mentis
bonum putare malum aut malum
bonum aut verum falsum aut falsum
verum sed et certum pro dubiis recipere aut
dubia pro certis error est De evaga
cione que supra de cordis evagacione
Item infra de mutabilitate de con
stancia de estimacione rerum quere
supra de discrecione de discussione
de dispensacione de intelligencia
de prudencia de officiis

De ewangelio et ewangelistis
Aug ad volusianum Modus
ipse dicendi quo textus sacre
ewangelium omnibus accessibilis est
ea enim que aperta continet quasi famu
liaris amicus sine fuco loquitur ad
cor doctorum et indoctorum ea etiam
vero que misteriis occultat non e
loquio superbo erigit quo non aude
at accedere mens tarda et inerudi
ta quasi pauper ad divitem sed invitat
omnes humili sermone quos non solum
manifesta pascat doctrina sed
etiam secreta exerceat veritate hoc
salubriter et prava corriguntur et
parva nutriuntur et magna ingenia
oblectantur Ambros super lucam
Ewangelium completum et redundat om
nibus per universum mundum fidelibus
et mentes omnium rigat animos quoque
confirmat plura que supra de capitulis
Item infra de fide Crisos super Math
Horum iiii or ewangelistarum forma
et modus stabilis est auctoritas
quia ab uno paraclito omnia conscri
pserunt quorum licet certa vicaria
dicta doceantur in nullo tamen sibi in
vicem discrepant aut discordant
quia unus omnium idem est sensus

de incarnatione domini de natiuitate domini de passione domini de resurrectione de secundo quoque aduentu eius plane queratur supra de apostolis Item infra de fide Hugo super cantica Quatuor qualitates sunt de quibus sancta quatuor euangelia contexuntur videlicet precepta mandata testimonia et exempla In preceptis iusticia In mandatis caritas In testimoniis fides Sed in exemplis consistit perfectio caritatis Precepta sunt huiusmodi In uiam gentium ne abieritis Mandata uero sunt ut est illud mandatum nouum do uobis Testimonia autem sunt ut est illud Iohannes perhibet testimonium perhibent Exempla sunt ut est illud Discite a me quia mitis sum Ysidorus de summo bono Hec sunt iiii euangelia quos per Ezechielem spiritus sanctus signauit in iiii animalibus eo quod per iiii mundi partes fide christiane religionis eorum predicatione disseminata Animalia uero dicta sunt quia christiani euangelium hominis predicatur eum Christum Rotam et oculis plena erant intus et foris quia preuident ea que dicta sunt ab apostolis et que promissa sunt in prioribus patriarchis Rota autem eorum erant terra vita quia nichil in euangelio pretermissum est Crisostomus in expositione dominice orationis Euangelica ac precepta nichil aliud sunt quam magisteria diuina fundamenta edificande fidei firmamenta corroborande spei nutrimenta fouende caritatis gubernacula dirigendi itineris et presidia obtinende salutis Bernardus super Cantica Non parem uoto acceptabitur lux et umbra pax et ira iudicium et misericordia ueritas et figura here ditas et uirga filium et festulum timor et amor presencia temporalia et eterna Idem Omne legis grauamen iugum et utile preuium nam terra fuit in permissione sed in euangelio est plane uigens et sublime regnum Damascenus libro 3° capitulo 33 In uniuersum terram euangelium predicatum est non balistis et armis aut bellis aduersarios deuincens sed pauci nudi pauperes illiterati uberati mortificati crucifixionem incarnatione et mortem predicantes esse deum sapientibus preualuerunt persequebantur autem eos crucifixi uirtus omnipotens et mors quondam terribilissima uincitur et ante quidem iniqua mors horribilis eligitur ut euangelium Christi in cordibus hominum radicetur Plura quere supra de apostolis Item infra de fide

De etatibus mundi Gregorius in omelia Augustinus Ysidorus Beda Papias Etas mundi prima fuit ab adam usque ad noe Secunda fuit a noe usque ad abraham Tercia ab abraham usque ad dauid Quarta fuit a dauid usque ad transmigrationem babilonis inde in babilonia Quinta fuit de transmigratione usque ad aduentum saluatoris incarnatum Sexta uero que nunc agitur durat usque ad aduentum saluatoris in iudicium id est usque in fine mundi Beda in omelia de circumcisione domini Sex et enim sunt huiusmodi seculi etates nouissimis temporum articulis iam distincte Septima etas est non in hac sed in alia uita que procedit usque ad tempus resurrectionis omnium corporum et animarum Octaua autem etas est dies ipsa resurrectionis sine ullo tempore sine beata Dicitur autem etas quasi euitas id est similitudo eui Item

cunctis est etas perpetua cuius ini-
cium vel finis ignoratur quam greci
vocant aevos

De etatibus hominis papias
Etas prima hominis dicitur in-
fancia et durat per vii primos annos
Secunda vero puericia nominatur et durat
etiam etiam per alios annos vii id
est usque ad xiiii prolongatur Tercia
autem etas per duo septena super addita
vel usque usque ad xxviii annos pro-
tenditur et hec adolescentia nominatur
Quarta vero tribus septenis adiunc-
tis usque ad xlix annos extenditur
que iuventus nuncupatur Quinta
quoque tribus eisdem septenis addi-
tis usque ad annos lxx protenditur
et senior sive senex dicitur non tamen
senectus Sexta autem etas senectus
vel senecta aut decrepitus dicitur
que nullo annorum numero terminatur
sed usque ad finem vite finaliter proroga-
tur Hugo de sancto victore in libro de
sacramentis Distinguit tres status
humane nature Primus est nature
condite a deo Secundus est nature lap-
se Sed tercius est status nature bea-
te In primo statu habuit homo posse
peccare et posse non peccare et hec
prima libertas arbitrii voluntatis et in
eodem statu habuit homo posse mo-
ri et posse non mori et hec fuit
prima inmortalitas humani corporis
In secundo statu nunc habet homo pos-
se mori et non posse non mori sed
et habet posse peccare et non posse
non peccare quod in hunc seculi statum
est peccandi et moriendi necessitas
In tercio vero statu hec humana natura pos-
se non mori et non posse mori si-
cut et habebit posse non peccare et

non posse peccare quod ad istud ter-
cium statum pertinet peccandi et morien-
di impossibilitas que infra de
homine

De eukaristia Gregorius in moralibus
Singulariter ad absolucionem
nostram oblata cum lacrimis et benigni-
tate mentis sacri altaris hostia
suffragatur quia is qui in se resur-
gens a mortuis iam non moritur
hoc per hanc hostiam in suo misterio
pro nobis iterum ymolatur Idem in dy-
alogo libro iiii Hec singulariter victima
ab eterno interitu liberat que nobis
illam mortem unigeniti qui per miste-
rium reparat Idem ibidem Quis fide-
lium dubium sit habere dubium possit
in ipsa ymolacionis hora ad sacer-
dotis vocem celos aperiri et in illo
Ihesu christi misterio choros ange-
lorum adesse summis yma sociari
terrena celestibus iungi et unum quid
ex visibilibus et invisibilibus
fieri sed necesse valde nobis est dum
hec hec misteria celebramus nos-
met ipsos deo per cordis contricionem
mactemus quia qui passionis
dominice misteria celebramus imitari
hoc imitari debemus quod agimus
Idem in registro In synai monte
dominus populo locuturus prius eciam
populum a mulieribus abstinere pre-
cepit Sic ergo illic ubi dominus per
subditam creaturam hominibus lo-
quebatur tanta provisione est mundi-
cia corporis requisita ut qui verba
dei perciperent cum mulieribus mi-
xti non essent quanto magis
homines qui corpus domini omnipotentis
dei suscipiunt iure debent carnis
mundiciam custodire ne ipsa in esti-
mabilis misterii dum perceptione gra-

uenit. Idem in registro. Si in menstruo
a consuetudine mulieres ad sacra-
mentum dominici corporis et sanguinis
accedere non presumunt de sua recta
consideracione laudande sunt. dum
uero ex consuetudine religiose uite
ipsius amore et deuocionem eiusdem
misterii suscipiunt reprimende uel
reprehendende non sunt. Idem in
eodem. Si quis sua coniuge non
cupidine uoluptatis utitur sed solum
creandorum gratia liberorum ille pro-
fecto siue de ingressu ecclesie siue
de percipiendo dominici corporis sangui-
nis misterio suo relinquendus
est iudicio quia prohiberi non debet
accipere qui in igne positus
nescit ardere. Aug. in li. de ecclesiasticis
dogmatibus. Cottidie communionem
eukaristie suscipere nec laudo nec uitupero
omnibus tamen dominicis die-
bus communicandum hortor si tamen mens
in affectu non sit. Idem in li. de ci-
uitate dei. Corporis et sanguinis
Christi sacrificium successit omnibus
illis sacrificiis ueteris testamenti
que immolabantur in umbra futuri
et pro illis omnibus corpus offer-
tur Christi et participantibus ministratur.
Idem ad Januarium. Saluator ut
quo uehemencius commendaret huius
misterii altitudinem ultimo uoluit
hoc infigere cordibus et memorie
discipulorum a quibus per passionem
digressurus erat. Idem in li. de ci-
uitate. Hoc est sacramentum carita-
tis signum unitatis et uinculum ca-
ritatis qui uult ergo uiuere credat
accedat et incorporetur. Idem super
Canonem misse. Hanc oblacionem benedic-
tam i. per quam benedicimur ascriptam
i. per quam homines in celo ascribuntur
ratam i. per quam Christi uisceribus incor-
poramur racionabilem i. per quam a bestiali
sensu exuimur acceptabilem i. ut
per hanc acceptabiles eius unico filio
efficiamur. Idem in sermone de cena domini.
Nullus fictus audeat appropinquare ta-
libus misteriis ne quod iudas susce-
pit paciatur. Nam post communionem
mense intrauit in illum sathanas
Indignus enim misteriorum secreta cele-
brantibus statim insidie dyaboli
preparantur. Idem. magis peccat qui Christum
tradit peccatoribus membris quam
illi qui tradiderunt eum iudeis cru-
cifixoribus. Idem super illud. Calix
tuus inebrians etc. i. dans oblinonem
uanarum delectacionum et gaudium et
leticiam celestium desideriorum preclarus
est etiam calix iste qui dat cla-
ritatem eterne uite. Idem super illud ps.
Et uinum letificat cor hominis. Hec
ebrietas uidetur consistere in alienacione
mentis a terra ad celum. Non enim
est hoc uinum materiale et spirituale in-
teriorem hominem spirituali leticia implens.
Idem super illud Johannis. Continuo
exiuit sanguis et aqua etc. Cum
accesseris ad uenerabilem et terribilem
calicem corporis et sanguinis domini
ihesu Christi tanquam ab ipsa bibens
Christi testamentum sic accedas. Idem.
in ypapanti domini eo quod ad conseruandum
dominicum corpus celestis missus
aduenit ut iuxta dictum sacerdotis in
hec hec per seruitium perferantur manibus sanctorum ange-
lorum tuorum. Idem de fide et simboli
ca. iiij. Ubi et quomodo sit modo domi-
nicum corpus curiosum et superuacuum
est querere in celo autem esse uerissime
credendum est. Non enim fragilitatis
nostre secreta celorum discutere sed est fi-
dei nostre dominici corporis de dignitate
sublimia et honesta sentire. Ambrosius

Cor. xi. valet ad defensionem
corporis et anime quod hic proprium quia
caro christi pro salute corporis et anime
quod hic proprium quia caro christi pro sa
lute corporis sanguinis vero pro salute
anime offertur sed tamen sub utraque
specie sumitur totus christus nec plus
sub utraque simul nec minus sub altera
tantum Idem et habetur de consecratione distinctione 2 Cu
ius ait apostolus Ceterum cum venero dispo
nam datur intelligi quod unumquodque
sinat etiam in hoc sacramento ab ipso ordi
nata fuisse Idem in libro de sacramentis
Qui semper pecco semper debeo habere medi
cinam debeo Idem in sermone Acce
dite ad eum et illuminamini quia lux est
accedite ad eum et liberamini quia ubi
spiritus domini ibi libertas Accedite ad eum
et absolvamini quia ipse est remissio
omnium peccatorum Idem vel Anshelmus
in oratione Cum quanta cordis contri
tione et lacrimarum fonte cum quanta
reverentia et tremore cum quanta cor
poris castitate et anime puritate istud
divinum et celeste sacrificium est celebrandum
domine deus ubi caro tua in veritate su
mitur ubi caro tua in veritate sumitur
ubi sanguis tuus in veritate bibitur
ubi adest presentia angelorum illu
strium ymmo coniunguntur ubi tu es sacer
dos et sacrificium mirabile et ineffa
bile Ipse enim est communicans et communica
tio conveniens et qui comeditur christus
dominus deus noster nam et si sensum fe
ris fugit tamen veritatem non subruit
Crisostomus super Mathei Ideo christus hoc insti
tuit sacramentum ut in amore quam
circa nos dilexerit ostenderet non so
lum ad videndum se tribuens sed etiam
tangere et manducare Idem in persona
christi qui genuerunt alios sepe nutri
endi aliis dant edicta ego autem non
ita sed filios meos ego ipse nutrio
carnibus meis dominus nos nobiles
esse volens et benignam de futuris
spem promittens qui enim dedit nobis
me ipsum multo magis in futuro
manifestabo et dabo vobis me ipsum
Idem in sermone Non est homo qui
panem et vinum corpus christi facit
et sanguinem sed est ille qui pro nobis
crucifixus est christus dominus deus
noster Sacerdos quidem ore verba profert
sed dei gratia et virtute consecratur
hoc verbo quod sacerdos dicit hoc
est corpus meum Idem ibidem Si
cut illa vox qua dixit deus Cres
cite et multiplicamini et replete ter
ram semel quidem dicta est sed omni
tempore sentit effectum ad generationem
operante natura virtute sibi sic et
vox ista hoc est corpus meum semel
quidem a christo dicta est sed omni tempore
sentit effectum per omnes ecclesie mensas
usque ad eius adventum prestat
sacrificio sacramenti firmamentum
Idem in eodem Nullus sit iudas
in domini mensa hoc est sacrificium ci
bus spiritualis si invenit aliquem ma
liciam pollutum amplius perdet eum
non sua natura sed accipientis vi
cio quia et sacrificium purum est Ite
Crisostomus super Iohannem Caro et sanguis
christi abigit a nobis demones et
a longe facit et vocat ad nos ange
los ad nos et dominatorem angelorum
ubicumque enim vident sanguinem
dominicum fugiunt quidem demones
accurrunt autem et angeli hic enim
sanguis effusus orbem terrarum
lavit et celum vadibile fecit hic
etiam sanguis est salus animarum
nostrarum hoc enim sanguine lavatur
anima nostra hoc fit pulchra hoc
sanguine igitur hic sanguis etiam
clariorem facit intellectum nostrum Idem

ibidem Veluti leones ignem spiran-
tes sic ab illa mensa domini sed dis-
cedimus terribiles demonibus effecti
intelligentes caput nostrum adesse et
amorem quem nobis exhibuit et os-
tendit Idem ibidem Cum admod-
um liquefacto manna quis in-
ierit sine lingua aurea con-
fessum eam facit sic utique et hec
in animam operantur ea que pre-
tent, i. corpus et sanguis Christi Hic
enim sanguis honor orbis terrarum
est hoc sanguine Christus compara-
vit ecclesiam suam et desponsavit
et ornavit Idem i. Cor. xi super illud
apostoli Reus est corporis et sanguinis
Christi, i. mortis Christi penas luet ac
si ipsum Christum occidisset Vnde enim maio-
rem est eos qui in munda mente
corpus Christi suscipiunt idem sustinere
supplicium cum hiis qui eum cruci-
fixerunt Idem ibidem Indignus est
ille qui aliter celebrat quam a Christo tra-
ditum est et qui non devota men-
te accedit vel in voluntate peccan-
di manens accipit et quam infide-
lis est qui fictus et inconsiderate
suscipit non diiudicans corpus domini
Idem Indigna est furtiva mente mys-
teriorum secreta celebrantibus statim
a dyabolo insidie parantur quia non
equo animo festinant Jeronimus in
epistola Utinam omni tempore ieiunare
possemus sicut in actibus apostolorum
in diebus penthecostes et die dominica
paulum apostolum et ei credentes fecis-
se legimus eukaristia quoque absque
dampnatione nostra et absque punctione
conscientie semper possemus accipere I-
dem super illud Et biberunt ex illo
Omnes felix ebrietas et crapula
salutaris que quanto copiosius su-
muntur tanto magis sobrietatem ment-
is donare videntur Idem in alia qua-
dam epistola Qualiter compararis eisdem
labiis filium virginis et filiam meretri-
cis O iuda osculo filium hominis tradis
plura que supra de cibo spirituali Vide
in sermone de cena domini Circa quippe
in sacro altaris debes attendere scilicet
speciem panis veritatem carnis et vir-
tutem gratie spiritualis usque ad spe-
ciem quam panis pertingit sensus
corporis ad veritatem carnis pervenit fi-
des interior Et ad virtutem gratie spi-
ritualis attingit caritas superior Speciem
quam panis videt quisque sensu per-
cipimus veritatem etiam carnis acci-
pit homo pessimus sed veritatem virtute
gratie spiritualis non accipit nisi pre-
destinatus Idem in sermone Iste est
panis angelorum qui nescit putres-
cere qui non vadit in secessum
sed in concessum et illuc reducit hominem
unde traxit ymaginem et originem
et inspiciunt hec sunt sacramenta
sacra celestia que nec recipiunt
fidem et animo non admittunt ...
... simpliciter credituri
et arguunt ... discutere ...
credi quid possint salubriter inves-
tigari non possunt utiliter Idem Sa-
ne illa mutatio panis et vini in cor-
pus et sanguinem Christi non est opus
naturalis originis sed celestis sed benedic-
tionis et virtus hoc facit ... ipsa
est effectus divine potentie non cursus
nature non enim humanum sed divinum
est sacramentum non tamen divinitatis
detinentur sed eiusdem bonitatis et
sapientie et potentie imitatur Idem in ser-
mone de cena domini Potest nec cogi-
tare vel estimare quantum et quale
sit hoc sacrum sacrorum hoc sanctum sanctorum
hoc sacrum omnium sacrorum amor amorum

E

dulcedo dulcedinum hec sunt con
uiue festa pascalia que hic bibunt
in locis uberi torrente lactis flumi
mellis liquoris balsami celestis
Idem ibidem Unde nobis hoc piissime
deus ut nos qui sumus puluis
et cinis te potentem hic teneamus in
manibus et oculis nostris Et unde
nobis hoc certe non conuicto nostro sed
ex ualuntatis et dulcedinis tue bene
placito o benignissime ihesu nobili
tue sponse nobilissimum sponsalicium
indulsisti ut sic teneret coram tua spon
si memoriale dilectissimum et dilectissimi
dilecti sui scilicet corporis christi passi
simul sacrum sed ut semper nouum
et amor amoris inuitat et ingrami
oribus peccatis concupiscenciam malicias
tollat Si quis ergo iram non tam
sepe nec tam acerbos sentit motus
iracundie luxurie superbie auaricie
inuidie et huius gratias agat cor
pori et sanguini domini nostri ihesu christi
quia uirtus eius sacramenti in nobis
hec omnia operatur Idem ibidem Ubi
qui fidelis et bonus minister est in
teger et immaculatus agnus cum
deo suauitate saporis dulcedine ac
gratissima iocunditate sumitur Et
legitur Idem tractatus illud hoc fa
cite in meam commemoracionem Ubi a
nimus affectuosa ac cordis penetrati
ua oratione summa pia et uere suauis
memoria mouens confectione fidelis
minister inuenit se esse in medio pa
tris et filii et spiritus sancti astanti
bus ex omni parte supernis ordinibus
celestis exercitus Idem tractatus illud
Johannis in Panis quem ego dabo et
utique bonus minister qui carnem mei
bum et sanguinem ministrat infirmorum
Idem in legenda sancti Malachie episcopi
de Eucaristie plane sacramen
tum potens est peccata consumere peccatores

ab inias debellare ac detra ~ctentes
tres celis inferre Idem Eukaristia
non solum delet uenialia sed etiam
consensum fortificat et confirmat
ne quis ad mortalia inclinet Idem
in epistola Si Adam post peccatum repu
tatur indignus ut tangat et co
medat lignum uite quanto magis
indignior est qui pollutis mani
bus contrectat corpus domini Mirum
ualde est et ualde mirum nimis
quomodo tales audent ad sacras ag
ni immaculati carnes attendere ac
in sanguinem creatoris et saluatoris
intingere manus nephandas quibus
paulo ante in meretricum putridas trac
tarunt manifesta loquuntur et que
inter alios erubescunt Idem ibidem
Proh dolor turpissimum sed manus dedi
catas crismate consecratas pu
dendis mulierum inferre et corpus
christi mundissimum tangere Nam quantum
in eo sed corpus christi polluit qui ad
altare christi pollutus accedit Item
Sunt qui lotis manibus sed cum
illotis operibus cum eo cruenta co
scientia accedunt ad diuina sacrificia
comedunt sine tremore et timore
et sine reuerencia ac carnes agni
pascalis qui pependit modo sicut car
nes agni qui uenditur in foro nec
sicut sacerdotes ministri dei assistunt
altaribus sed sicut carnifices dyaboli
in macello graue ergo periculum et
graue pondus istius est onus
non honoris Idem in sermone Pietatis
auctori ministri impuro corde
et corpore non uerentur stante ange
lum dei inter eos qui secet illos
per medium et diuidat et disperdat Ide
ue homini illi cui salus mundi mor
cius est cui uita mors est cui ab
solucio dampnacio est cui gracia ira
est cui calix benedictionis est calix

indignacionis et maledictionis Idem
in quodam sermone post pascha O quan-
tam dignitatem et quam infra de sa-
cerdotibus bonis Idem in sermone de
cena domini O preclara o veneranda et
quam infra de sacerdotibus Eusebius
emissenus in omelia II post pascha
et habetur in decretis de c. di. v. Quia
corpus assumptum ablaturus esset
ab oculis nostris et sideribus illaturus
necessarium fuit ut nobis sacramentum sangui-
nis et corporis consecraret ut cole-
retur iugiter per misterium quod semel erat
oblatum in precium et quia cottidiana
curebat pro salute hominum redempcio
perpetua esset illius redempcionis obla-
cio et perhennis illa victima viveret
in memoria et semper presens esset in
gracia Idem Eusebius in decretis Cum
venerandum altare christi cibus saciandus
ascendis sacrum dei tui corpus
et sanguinem fide respice mente con-
tinge honore mirare cordis ma-
nu suscipe et interioris maxille haus-
tu assume Damascenus libro iiii
Adveniamus huic sacro divino cum
omni desiderio divino et ardenti ac
in forma crucis palmas formantes
crucifixi corpus et sanguinem suscipiamus
fit enim hoc sacrum hiis
qui digne sumunt in remissionem pec-
catorum et in vitam eternam et custo-
diam utriusque corporis et anime Ideo
cum omni timore et consciencia
pura ac inhesitabili fide accedamus
et erit nobis quemadmodum credi-
mus non hesitantes honoremus
ergo hoc sacrum cum omni puritate
corporis et anime dignum enim est non
solum duplici sed omni reverencia et
honore Dyonisius in ecclesiastica ierar-
chia c. iii Est autem glosum communionis
perfectionum perfectio nec est fere ali-
quam perfici perfectionem ierarchicam nisi
divinissima eukaristia oportet ergo nos
si ipsi christo coniungi desideramus ad
divinissima sanctum eius carnem vitam
respicere et nos ipsi assimilando in sancta
immutabilitate per eam deiforme et immaculatum
habitum respicere Idem ibidem
Stans autem ierarcha cum venerabili
sacerdotum ordine ante sacratissima
sacra mistica signa aqua manus
lavat per quod summam purgatam signi-
ficat et cum ad sanctissima euntes
sacrificium mundati querunt eam ab
ultimis anime fantasiis et ad ipsum
christum accedere per similitudinem eius sanctum
quod est impossibile nobis Idem in
epistola ad demophilum Cum non est
illuminatus magis autem et qui non
est illuminatus perfecte recedet ab ordine
et virtute et virtute sacerdotali et au-
dax nimis mihi videtur talis qui
manum apponit sacerdotalibus sacra-
mentis et non timet neque veretur
divina preter dignitatem exequens ut
est illa sacerdos sed inimicus dolosus
et illusor sui ipsius ac lupus super
divinum gregem anima pelle indutus
et armatus Leo papa in sermone diui
Preparemus domum cordis ad sacre re-
gis adventum eam quoque diversis morum
floribus adornemus repleamus
quoque eam diversis ac preciosis odoribus
castitatis fidei quoque ac devocionis
tempore et benivolencie balsamo nec
non thimiamate caritatis ut am-
putatis inde et insertis virtutibus
tam letus hospes nitido delectatur
hospicio et stabile ac perpetuam in nobis
faciat mansionem debetur quidem tan-
tis misteriis inaccessibilibus devocio
et reverencia continuata Idem in sermone
penthecostes Dubitandum non est quod
quod in ecclesia sancta de sacramentis altaris
in consuetudinem devocionis recep-
tum est totum ab apostolica tradicione

et spiritus sancti doctrina procede
Remigius super i Cor xi Hanc ul
timam memoriam reliquit nobis xpistus
quam et si quis morti appropinquans aliquod
pignus ei quem plus diligit relin
quit dicens Accipe munus hoc ami
ce karissime et sua illud cum omni
diligencia penes te ut quotiescumque
videris illud recorderis mei Idem ibi
dem Nichil distat ab infideli qui
cum sit peccatis criminalibus maculatus
irreverenter ad mensam domini presumit
accedere sed potius deterior est illo unde
et maiori pena dignus Paschasius
Quicumque indigne communicat nisi boni
tas xpisti cunctis indiciis pendeat ora
gladium suspenderet ultionis statim
ab angelis ad hoc officium deputatis
punietur corpore et spiritu suppliciis
perpetuis puniendus Cyprianus Ideo
sacerdos ante consecracionem orone pre
missa preparat fratrum mentes dicendo sur
sum corda ut dum videt plebs ha
bemus ad dominum amonet nos ut nichil
aliud quam dominum cogitare Idem Acces
illa deficit qua eukaristia percepta
non rigat et accendit Hylarius Si
non tanta sunt ut quis communicetur
peccata non se debet xpistianus a me
dicina corporis xpisti separare Unde ti
mendum est ne diu quis abstrac
tus a xpisti corpore frustratus a fide
et alienus remaneat a salute Be
da Non licet dubitare ubi divini
corporis et sanguinis misteria peraguntur
supernorum civium adesse conventus Idem
dicas supra in litera Gregorii Basilius
Unusquisque dum adest nostrum in nos
benivolencia et beneficium maximum quoque
nostra ille qui sursum sedet ad dex
teram patris sacrificium cum tempore
manibus hominum contractur tradit
se lambere cupientibus ipsum qui omnibus

est cum angelorum Petrus Ravennas
super illud Luce Tetigit fimbriam
vestimenti eius &c Audiant hoc xpisti
ani qui frequenter tangunt corpus
xpisti quantam de ipso possunt accipere me
dicinam postquam illa mulier infir
ma tantum rapuit de sola fimbria xpisti
sanitatem Sed heu pro dolor quod nobis
valde flendum et deflendum est
quia mulier illa de suo vulnere tulit
medicinam sed nobis miseris et pecca
toribus quia ipsa medicina retorquetur
in vulnus Hinc est quod apostolus tales
taliter admonet et deplorat qui su
munt indigne sed corpus xpisti iudicium
sibi manducat et bibit Hugo de
sancto victore Missa dicitur quia ad con
secrandum dominicum corpus et sangui
nem celestis spiritus missus adve
nit vel quia nobis sed hostia missa
cuius commemoratio facta est in illo
celesti sacrificio unde dicitur a ministro
Ite missa est id est sequimini hostiam que
missa est ad celestia tendentes post
illam Innocencius iiiius Eukaristia liberat
a malo confirmat in bono delet ve
nialia cavet mortalia graciam con
fert virtutes auget animam unit
cumulet peniteniam cionis accelerat et
ad vitam eternam viam parat Idem
in decretis Hic natura tradit mira
culo et virtus celestis super se conspectu
domini operatur Exgalis Agathensi
et habetur in decretis de con. di. i.
Missas dominicis diebus secularibus
totas audire precipimus ita ut ante
benedictionem sacerdotis populus egredi
di non presumat quod si fecerit ab episcopo
publice confundatur Johannes Senecta
in apparatu dicit hoc dicit esse preceptum
Synodus Calcedon et habetur di.
ut Jacobus frater domini secundum carnem cui
primum credita fuit ecclesia Jerosolimitana

et Basilius Cesariensis post eum
cuius claritatis fama per totum refulsit
sit orbem inscriptionis suas addi
derunt nobis misse celebracionem
Glo. dicit ibidem Ediderunt nobis or
dine celebrandi ministerium Glo. super I
Reg. 2o Repulit dominus altare suum
Hoc solent ab apostolis traditum ut
quo die passus est Christus illo die
corpus et sanguis eius hostia non
offeratur tribus scilicet diebus vel quar
tum in ciuitate hic Christus personaliter
ymolabatur cuius ceteris diebus hostie
sunt misterii sacramenta vel quia
hic pontifex Christus qui eam ob
tulit semel ipso die per semet ipsum
ad inferos descendit vel quia tem
plo soluto et altari depulso non
erit inquo sanguis et corpus vic
tima offeratur Glo. super illud Exo
di xxviii. Porta Aaron et sacer
dos quibus et maxime cum misse
ad altare solerimus toto studio to
ta quoque mentis industria se debet
decorare sanctorum exempla respiciens
et eorum sedulus imitator domus
aptum et dignum se diuinis prebeat
aspectibus Glo. super illud Regum
vi. Archa dei posita eius intuendum
est valde quantum ille delinquat qui
ad corpus domini reus accedit si ille
morte mulctatur qui dei archam
que fuit figura corporis domini non
ut quam debuit veneracione tetigit
Glo. I Regum xxxi Cum integras
uires mundi sunt pueri qui etiam
si mundi essent tum vesca de sanctis pa
nibus non debuerunt Glo. super illud
Exo. xvi. In solitudine primo cor
pus Christi quod per illud manna figura
batur afermore maiorum resurget
Rex sedet in cena turba cinctus duodena
Se tenet in manibus

se cibat ipse cibus De communione
quere infra de maledictione
De operibus quere supra de accidia
de actiua vita Item infra de
labore de operis de opere de occupatione Aug.
Ex tunc bonum videtur quere supra de
conflictu viciorum et virtutum Bern.
de contemptu mundi Hanc sunt contra
spiritualis memoria et custodiam cordis
indicium euidens est contemptus exterior
sic corporum pallicitudo certissimum sig
num est mentis inculte Idem in epistola
Surge perge etc. quere infra de fugien
do ocio Catonis ut ait Agellius
est ista sententia quod homines vita prope quasi
ferrum sit est si exerceas ferrum conteris
conteritur et si non exerceas rubigo
consumit homines exercendo videmus
conteri si non exerceas inertia atque torpe
do plus detrimenti facit quam
exercitium Aggr. sello Iuste ne cesses
adveniunt post semina messes post
lacrimas risus post bellum paradisus
flere si solari ieiuna si saturari da
si ditari serui si vis dominari

De excusacione aliorum Greg.
in mor. Justus et si quid vero
quem delinquendo loquitur tamen dignum
non est ut alium inspicis et praue vincti
bus indicet sed potius ab illis et ab
aliis corrigatur Idem in omelia Cum
quosdam pauperes non nulla repre
hensibilia perpetrare conspicimus no
lite despicere nolite desperare quia
fortassis quos superfluitas tenuissime
prauitatis inquinat hac paupertatis
caminus purgat Aug. in epistola dispensa
mus in solitudine operum diuersitate diuersos
ad aliam vero clausis oculis alios
reprehenderemus beniuolos per innocentiam
accipiemus Idem in sermone de dedicatione
Ea facta que dedicando quo animo si

aut nos eciam sic reprehendamus
ea que manifesta sunt mala ut sa
nitatem desperemus Idem in li. de ago
ne christiano Rursus eum uigere debet
instancia que sicut in ecclesia katholica
que sicut uera mater nec peccantibus
filiis superbe insultet nec correctis fi
liis difficulter ignoscat Non enim sine
causa Inuenis (?) ecclesie katholice inter
omnes apostolos personam sustinuit petrus huic
enim claues regni celorum date sunt
et cum ei dicitur ad omnes dicitur Amas
me pasce oues meas debet quippe ec
clesia katholica correctis et pietate
firmatis filiis libenter ignoscere cum
ipso petro personam eius gestanti ui
deamus ueniam esse concessam cum
quod correctum atque firmatum ipsum
ad passionis gloriam peruenisse plura
que supra de compassione de amore
proximorum de amore inimicorum De cle
mencia et infra de ira Bern. super
Can. Cauete aliene conuersacionis
aut curiosi fore exploratores esse aut
temerarii iudices Et si preuaricacionem actum
quid deprehenderis nec sic iudices
proximum magis aut excusa inten
tionem si non potes opus excusare
dicas ignoranciam fuisse siue surrep
tionem siue casum quod si omnino dis
simulacionem rei certitudo recusat suade
nichilominus tibimet et dicito quia ue
hemens fuit illius temptacio quid
de me fecisset si in me simile potestate
accepisset Idem Si is qui declamat (?)
est cum qui increpatur inspecto (?) un
dique intus distincte agere perpenderit (?) ui
bi gracia in cibo sompnis potu risu
uel ira non ad illud indicandum (?) cito pro
siliat sed meminerit scriptum esse uae
hoc est iniquitas uel quam [illegible] sin
ceritas (?) Tu quid monachus in
tua custodia uigilans [illegible] sed

qui iuuat multos melius faciat quod
si forte sibi implere non possit absque
aliqua iniquitate i. aliquam absque ali
quam in equalitate comparacionis
et uite sue merito quia caritas
operit multitudinem peccatorum plura
quere infra de iudicio proximi Item
supra de concupiscencia Seneca in epistola Sa
piens non utitur omnia imperens ni
chil quod tamen imputet casum et pro
cata semper ad fortunam potius refert
non calumpniatur nec libera nec
uultus sed quidquid acciderat benig
ne interpretando leuat Idem Semper
quod quod dubium humanitas inclinat
in melius plura quere supra de con
sciencia peccatorum de consideracione
De cognicione sui de iudicio Item
infra de presumpcione

De excusacionibus in peccatis Greg.
in omel. mor. Sunt nonnulli
qui nequaquam deflent quod faciunt
sed laudare et defendere non desistunt
et minorum cum culpa defenditur ge
minatur Idem superbie inicium est ut
quod de se quisque fatetur quod sponte
dignatur hoc sibi dici de aliis dedig
netur Idem illud usitatum humani
generis inicium est labendo malum co
mittere et commissum negando abscon
dere et conuictum defendendo multi
plicare Idem in omel. Sunt multi
qui prauitatem suam ex aliorum pra
uitatibus tuentur et excusant
quia cum alios talia fecisse consi
derant semet ipsos huiusmodi licenter
facere putant Aug. in li. de uiduis (?) dei
Nonnulli qui aut maritali cingulo
detinentur aut in diuitibus sunt pu
blicis (?) conuersacionum grauiter peccare
assolent aspectus suos se posse excu
sare quia militant et ne bene aliquid
faciant occupatos esse sed malis ac

tibus non conqueruntur. Idem super
ps. 69. Malum est peccare sed pey-
us est impietas peccatum excusare. Pessimum autem
est defendendo se culpam in deum re-
fundere. Ambrosius in apologetico. Ali-
qui dum a sacerdotibus corripiuntur
peccatum suum aggravant dum defen-
dere cupiunt aut negare. Plura quere
infra super detractione bona et ma-
la. Idem in originali super Exameron. Vicijs
nostris libenter applaudimus et superati
voluptatibus pretendimus carnis in-
firmitatem aut duram maiorum imperia.
Idem in epistola Vercellensi. Omnes agnimus
qui nos prevaricationibus exempla
defendimus et ad nostram consolationem aliena
querentes vicia debent esse nobis dicta
quas in bonis sequi debeamus. Ysidorus
de summo bono. Est quorum excusatio
peccatorum qui dum pro suis facinoribus
arguuntur verba maiorum pro defendenda te-
meritate abiciunt refugiantes se divinis
iudiciis imitandos quo premonendi
sunt eternaliter et divinis dum tempta-
tiones imitari contempnunt ab hominibus.
Beda super Luc. In animam suam pec-
cat qui dum redarguitur excusat
repellens a se indulgentie medici-
nam et sic sibi vitam intercludens
eternam. Idem in libro de xii gradibus
humilitatis. Multis modis fiunt
excusationes in peccatis. Aut enim dicit
quis se excusat non fecisse aut quod
fecit sed bene fecisse aut si male non
tamen multum male aut si multum
male non tamen mala intentione
quod si de illa sed intentione convincitur
velud Adam et Eva statim aliena
excusare persuasione se nititur. Idem
super Cant. Dum hesitat unus hominis ali-

quod eadem ratione est dum in hoc seculo
detinemur sed aliquid quod collidimus. Ali-
ud non quia dominus supponit manum
suam. Unum hoc inter est inter eorum cursus
queras maiorem et cum in modum laus
humana dum vitatur appetitur Idem
ad Bellancia Tu autem si vere lau
dabilis esse cupis laudes homi
ne requiras illi quam tuam sua con
fusiam que illumabit ab […] te
celebrarum Idem nichil tam periculosum
est quam glorie cupiditas et iacta
tia et animus de consciencia virtutum
tumens plura que supra de ambi
ciosis Item infra de laude Item
infra de superbia de adulacione de vir
tute Idem super illud apostoli Gaudete
et exultate elegant in quodam libro
scriptum nunc nunquam ne queras glo
rias et non dolebis cum inglorius
apparebo Idem hoc solum habet
gloriosum humana gloria quod amato
res suos contempnunt et diligit con
temptores Bernardus […] Stulti filii ade
qui paucem et gloriam contempnentes
et gloriam appetentes pacem perdunt
et gloriam Idem ne semel et iterum
ne que supra de ambiciosis Item infra
de laude De superbia de arrogancia de
dignitate de iactancia Glosa super illud psalmus
Ut cantet gloriam tuam Gloria est ore
multorum celebrata laudacio Glosa super
illud Iohannis ultimo Tibi est honor et glo
ria Gloria est clara cum laude noticia
Glosa super illud Quid gloriaris in malicia
Equalem est gloriari in temporalibus
sed peius in spiritualibus pessimum autem
in peccatis Augustinus Gloria est que nullo
homini sciente non festinaret in esse
Idem in vi Topicorum Omnes homines
naturaliter honore appetunt Boecius
in 3° de consolacione Gloria in[…] ho[…]
facta nichil aliud est quam auram in
flacio magna Idem vos autem quere
supra infra de ypocrisi Seneca Glo
ria custodia quam difficilis est

De gracia dei Bernardus in Registro
Gracia degratiam[…] semper
presumere ideo non sumus negligentes
in oracione et opere qui vere necitantes
postulamus Oportet inquit semper orare
et non deficere Petamus ergo oran
do queramus legendo pulsemus o
perando Idem quelibet occulta loca sine
occulta dei gracia saluare non pos
sunt animas nostras quad aliquid [conser]
uans corporis creatibus cleros Nam
loth in peruersa ciuitate cum peruersis iustus
fuit sed in monte positus cum filiabus
in occulto peccauit sed ista cum dicimus
cum maiora nouerimus quod cum pa
dyso iocundius quid celo securius
et tamen de paradyso homo cecidit et
angelus de celo peccando corruit Idem
in moralibus Cum mente nostram electo
erigit tunc priorius auolus compunc
tio sumi amoris recedit cum vero
superna nos gracia inspirat statim ad
lacrimas et ad sua desideria non insti
gat Idem quanto quis se minus videt tanto

sibi magis displicet et quanto maioris
gratie lumen percipit tanto amplius
reprehensibilem se cognoscit Idem
Iusti animam gratiam dei vocat sed temp-
tatio interrogat Idem Unumquemque suum
electum dei gratia tunc magis eru-
diendo custodit cum eum quasi pu-
niendo deserit Idem Miles dei sup-
ne gratie fretus auxilio sit sue
velut curat infirmitatis ut cum
aliena non deserat Idem Bonum quod
agimus et dei est et nostrum est dei quidem
per gratiam preuenientem nostrum autem
per subsequentem liberam voluntatem
Idem in 2° moralium Pia mens homi-
nis cum se ab aliis ad se ipsam [illegible]
conspicit indulte gratie consolatione
proximus requiescit pena quippe in-
vigat si quietus quis veraciter amat
Idem in viii° moralium Hominem deus
magnificat largitate bonis ditat
infusione gratie visitat honore
collate virtutis exaltat cumque per-
fecit ipsum homo nichil sit esse tamen
cum deus cognitionis sue pretiosique
benignitatis sue munere concedit
Idem in xx libro moralium Sepe donum
est gratie quod homo reputat iram
severitatis divine et sepe divine distric-
tionis est ira quod homo gratiam putat
Nam plerosque gratiam estimat homo
dona virtutum et tamen eisdem do-
nis elatus corruit qui per acceptam
gratiam firmius stare debuit Et
plerosque velud iram dei quibus adver-
sa temptationum metuunt qui cum eis-
dem temptationibus pressus ad vir-
tutis custodiam cautior iam compun-
git Idem Cum nos gratia divina res-
pectus illuminat cuncta mentis nostre
nobis abscondita manifestat Idem
in v° moralium Mens plus illuminata plus
metuunt quia magis aspicit a quitatis
regula per quantum discordant Idem
super illud Cant. Nolite me considerare
quod fusca sim etc. Sol celestis corporis
quod arctius tangit plus comburit
quia quanto plus appropinquamus
ad solem iustitie id est gratiam divi-
nam tanto nos esse plus peccatores
cognoscimus Unde psalmista Ego dixi in
excessu mentis mee proiectus sum
a facie oculorum tuorum Idem Videtur
Quo maiori claritate sponsa Christi
in eius amore et gratia feruet eo
amplius veretur ne sponsus eius
aliquid inveniat propter quod eam dimit-
te a se velit Idem Sunt quidam
qui per donum gratie intelligunt et
illa que a doctoribus expositionem nunquam
audierunt plura que super dedisse ipse
sapientie dei Augustinus in li° de natura
et gratia Ipsa gratia sine qua nec
infantes nec etate gaudens salui
fieri possunt non meritis redditur
sed et gratis datur unde et gratia
nominatur Idem in li° de correptione
et gratia Desiderare auxilium gratie
initium est Idem Augustinus Sola gratia
dei liberantur homines a malo sine
qua nullum prorsus bonum faciunt
sive cogitando sive volendo et a-
mando vel agendo Idem in libro de
predestinatione sanctorum Tria sunt que
maxime adversus hereticos catho-
lica defendit ecclesia quorum est unum
gratiam dei non secundum merita nostra do-
nari quia dei dona sunt et dei gratia
conferuntur universa merita omnium sanctorum
Alterum est in quantacumque iustitia sine
quibuslibet peccatis in hoc corrupti-
bili corpore neminem vivere Tercium est ob-
noxium nasci hominem peccato primi hominis
et vinculo dampnationis obstrictum
nisi reatus qui generatione contrahitur
regeneratione solvatur Idem li° 13 de tri-
nitate ca° xvi. super illud Johannes 1°
plenum gratia et veritatis In verbus

p[er] tempus ortus illa summa gracia
est quod homo in unitate persone quar-
tus est deus Idem super illud 2a petri
primo Per quem maxima et preciosa no-
bis promissa donavit ut divine simus
consortes nature & Gracia est que-
dam participacio divinitatis in creatura
racionabili. Vel sic Gracia dei quedam
similitudo divinitatis participata in
homine vel angelo Idem in libro de cor-
reptione et gracia Voluntas humana
non libertate consequitur graciam sed per
graciam pocius consequitur libertatem
et ut perseveret delectabilem perpetuitatem
et insuperabilem fortitudinem Idem in
libro de gracia et libero arbitrio Karissi-
mi vita vestra bona nichil est aliud quam
dei gracia et vita eterna que bone
vite redditur dei gracia est et ipsa
quia gratis datur Idem ibidem Gracia
dei nos facit legis dilectores lex
vero sine gracia non facit nisi pre-
varicatores legis Idem in libro de
quinque responsionibus Opera liberi arbitrii
que ut fiant preparantur per gracie adiu-
torium nullis liberi arbitrii meritis
et ipsa gracia faciente gubernante
et perficiente ut fundent in libero
arbitrio non dampnamus Idem
in libro de quinque gommibus Salus propi-
cie religionis per quam solam salus
vera veraciter promittitur nulli um-
quam defuit homini qui gracia dignus
fuit ab exordio namque propagacionis
humane usque in fine seculi quibusdam
ad salutem quibusdam non ad iudicium
predicatur Idem in libro de ecclesiasticis
dogmatibus Nullum credimus ad sa-
lutem & quere supra de beatitudine
Idem in libro quorundam capitulorum sub
falso impositorum Nemo nisi dei gracia
erigitur nemo nisi gracia dei sta-
bilitur dei est ergo voluntas ut in bo-
na voluntate quis maneat qui et
deus prius quam deserit neminem
deserit sed et multos desertores suos ipse
convertit dei ergo predestinacio multis
est causa labendi standi autem non
est causa Idem ibidem Deus recessuros
a se non deserit antequam ipse deserant
et plerumque facit ne quis eum deserat
et si deseruerit facit sepe ut redeat
Cur autem illum retineat et alium non
nec possibile est comprehendere nec
licitum investigare cum satis sufficiat
ab illo esse quod statur et non ab illo
quod ruitur unde et ipse per prophetam ait
Ex te israhel perdicio tua ex me au-
tem salus tua Idem in libro confessionum Gracie
tue deputo domine et misericordie tue ascri-
bo quod peccata mea tamquam glaciem re-
solvisti et gracie tue deputo quecum-
que mala pessime perpetravi Idem
contra Julianum hereticum Quia caro
concupiscit adversus spiritum eciam bap-
tizatis suis ingerit pugnandi neces-
sitatem contra quod nisi contra ma-
lum non contra sathan sed contra
se in unum dei gracia vigilante non
impugnandum sed dei gracia remunerante
salvandum non impugnandum sed dei gra-
cia remunerante salvandum et dei
gracia adiuvante frenandum Idem in
libro de spiritu et littera Per legem cognicio
peccati per fidem impetracio gracie con-
tra peccatum per graciam enim sanacio anime
et abolicio peccati per anime sanitatem
libertas arbitrii per liberum arbitrium iu-
sticie dileccio per iusticie dileccionem legis
operacio Idem ibidem Lex data est
ut gracia quereretur gracia autem data
est ut lex impleretur neque enim
suo vicio implebatur sed vicio prudencie
carnis quod verum per legem demonstrandum

et gratiam seminandi fuit. Idem in libro
de trinitate dei. Parit tunc terrena
civitatis peccato viciata natura celestis
vero civitatis parit tunc a peccato naturam
liberans dei gratia. Idem. Talis est
spiritus sancti gratia quod si tristiciam inve
nit dissolvit si desiderium perniciosum
consumit si trepidationem abicit si desperan
tem renovat et reducit. Idem in libro
de penitencia. Presto semper est gratia que
numquam deficit nisi prius repulsa fu
erit continuo uerbo quod paratum est inspirare
si sit qui recipiat. Idem vel auctor
libro de spiritu et anima. Vasa que creatura
sapiencia format ut sit ad minus gratia
replet ne vacua sit si strenuum o
perarium invenerit. Idem ibidem. Facul
tates et quasi instrumenta cognoscen
di habet anima a natura cognicionis
tamen veritatis et ordine dilectionis
non habet nisi ex gratia. Idem ibidem.
Anima quam divina gratia respicit humili
tas subvenit pravia reducit iusticiam de
cernit. Paciencia producit. Devotio in
troducit. Puritas ungit caritas unit.
Ambrosius super lucam. Nescit tarda mo
limina spiritus sancti gratia. Idem apud
deum nullas patitur venie moras
tempore peccatorum et habetur in decretis
xxxiii q. iii. Idem in libro 2o de officiis.
Impius sibi pena est iustus autem
sibi ipsi gratia est. Idem in sermone.
Celestis gratie imber vicia peccatorum
diluit iusticie incrementa producit
dissolvitur aridum concupiscentie pulverem
letificat vitalem castimonie purita
tem abluit avaricie sordida secte
nutrit etiam sine largitate. Idem
in libro de obitu theodosii. Si gratia di
vina nos non sustentaret quomodo
in ipso vite exordio primi hominis
tunc effusi contagio de calidis infri
gida de humidis in sicca perpetuo mor
talem quos naufragos in hanc

vitam quod nature fluctus com
pulerit vacuo de est si gratia divina
non deficit bona cum gratia que
liberat periclitantes erigit et iacen
tes. Idem. Vide o homo circa te
gratiam dei adhuc viventis et quas
terris et in celo possides quodque
ubi ergo sit cor tuum tuum ubi
est possessio tua regiones sua hec et
regiones que iustis debentur et in
iustis negantur. Idem. Certis diebus
gratiam dei invocare non omnibus
fastidientis est non sperantis et
usu cottidiano affluentiam inter
eadem gratias referre non pro
devotionis affectu. Gregorius super Math.
Gratia rectas mentes diligit et
pravas deserit. Idem super Math.
debet voluntas precedere et sic se
quetur nam nec gratia sine vo
luntate aliquid operatur bonum nec
voluntas sine gratia potest sicut
et terra quod non germinat nisi plu
viam de celo susceperit nec tamen plu
via fructificat sine terra // quod etiam
non germinat nisi pluviam de celo
susceperit nec tamen pluvia fruc
tificat //. Idem. Gratia est sanitas
mentis et delectatio cordis. Ysidorus
de summo bono 2o libro capitulo vo. Frustra
liberi arbitrii defensores nituntur
posse in bonum sua naturali vir
tute nisi divine gratie subleventur
iuvamine. Idem. Homines vitium
gratia superna prevenit ut in me
ritat et postquam prevenerit proficiat
atque ad indignam mentem veniens
faciat in ea initium quod in ea veniens
invenit que prius solum invenie
bat quod puniret. Idem ibidem. Co
turbat corporis ordinem totum qui
nec suo contentus officio surripit
alienum. Idem ibidem. Tales dona gra
tie ad suam dampnationem accipiunt

quia illis nec addit laudem sed ad
suam retinet vanitatem. Idem ibi-
dem. Utamur ergo optime divinis be-
neficiis et dominum non peniteat
dedisse et nobis sit utile accepis-
se. Idem ibidem. Aufferre dicitur
deus homini donum aliquod gratie
quod homo non habet, i. quia ac-
cipere non meruit sed et abdurare
dicitur deus hominem non eius faci-
endo duriciam sed non auffeiendo e-
am quam homo sibi meruit. Ide-
m ibid. Non aliter cecitare dicitur
deus quosdam quam nisi quia per eorum
in utilibus vitiis cecitatem eorum
non aufert ab eis non autem
sic ut in eis cecitatem ipse faciat
eorum. Idem in synonimis. Pro omni ipse
tuo domine gratie auxilio preceptis
omnia bona tua domine gratie divino
auxilio divino dono ascribito de
tua vera virtute nichil omnino pre-
sumas. Idem. Beata est domine illa
donum per quam bone voluntatis
sit exitus plura que infra dedi dis-
pensatione divina. Bernh. sup. Cant.
In veritate didici nichil tam effi-
cax esse ad gratiam promerendam retinen-
dam recuperandam quam si omni tempore
inveniaris non altum sapere sed
timere. Idem. Gratissimi sunt ser-
mones qui de fonte gratie pro-
rumpunt. Idem. Sermo divinus gra-
tus quidem placet sed gratior est qui placet
sed gratissimus qui monet. Idem in
sermone annunciationis. Gratia ce-
libus anime dulcissima omnem in
se habet suavitatem et saporis de-
lectationem nec solum delectat sed et
reficit et medetur. Idem in libro
de amore dei. Anima spiritu sapientie
illustrata et dei perfusa gratia om-
nibus placet et ab omnibus adama-
tur ipsi etiam adversarii homines
videntes hunc hominem timent

et reverentur eum quia et si bonum ei-
us exemplum imitari non velint
ipsa malorum nequitia dissimulare
non potest natura. Idem in diversis
ut qui divino fervet amore ab omni-
bus eum dignius habeat honore.
Idem ibidem. Cuius statum mores
novam quandam percipiunt et pene
quam spiritualem gratiam oculi eorum
simplices et aures obtemperantes
vultus corporis letus compositi-
o vite honeste morum et actuum
decor gratiam ita ut universa corporis
eorum statura non sit eis nisi verum
et sanum honorum operum instrumentum.
Idem in eodem. Quanto magis gratia cres-
cit tanto in fiducia dilatans in-
de sit ut aures ardenciores et pul-
ses fiducialius. Idem. Cum de suis
confidit de suis viribus et suis in-
nititur operibus inter illius non
intrat gratia minus plenus est
nec in eodem gratia invenerit sibi
locum. Idem. Sepe corde tepido et
arido accedimus ad altare sed dum
orationi incumbimus perseverantibus
repente gratia infundit pingues-
cit pectus replet anime interiora in-
undatio pietatis. Cyprianus ad do-
natum. Incipiescendo immense gratie
mensura nulla vel modus est pro-
fluens largitur spiritus gratiam indesi-
nenter manat cohibetur affluentia nostrum
tantum pectus faciat ut pateat
quantum illuc capaces afferimus
tantum in undantis gratie haurimus.
Leo in sermone. Quantum addiderimus ad
proficiendi studium tantum deus ad-
det in adiutorium gratia cum degra-
natum et profectus profectibus adau-
getur. Glo. sup. illud ps. Ut exhila-
ret faciem in oleo. Gratia est quidam
nitor anime ad conciliandum sanctum amorem

Glo super Thobie ult. Dne mita
melior que commissacio sanctor qui
manet in gracia dei plura que sup
de contemplacione De celesti gustacione
de ascensu spuali Infra de gustu spi
rituali sup de spuali sup de dulce
dine de anima de dispensacione dei
De graciarum accione sive de grati
tudine Bern in ser o In illa
eterna vita zpatria cum mstoris meis
in contemplacione dei rapitur eciam
lingua p graciarum accione in laudis
cantico sublimatur Idem in regist
Recte mentis est dnm non solum in
prosperis benedicere sed eciam in adversita
tibus collaudare Idem sup Ezech
Vox psalmodie et quere sup decan
tu ecclesiastico Aug ad aurelium epm
Quid melius et animo gerimus et
ore promimus et calamo exprimimus
quam deo gracias hoc nec dici brevius
nec audiri lecius et lecius et intel
ligi grandius nec agi pot fructuo
sius Idem de doctrina xpiana li. iiiio
Nemo enim laudat deum sive de se
ipso sive de suis operibus quem ne
mo convenienter laudat nemo quoque
est qui non laudat quia cordis faciem
pulcre ac splendide mentis oboritur
et qui dnm laudat quantum lauda
re scit et potest Idem sup illud ps
Benedicam dnm in omni tempore et
Semper laudandus est dominus sive
blandiatur in prosperis sive castiget
in adversis Idem Dnm velit hic a
laude dei tacere semper in futuro
mutus erit Idem in li. de vibus dni
Felix sit mundus civitatum Ego
semper benedicam dnm qui fecit mun
dum et si 2a carnem bene sit et si
secundum carnem male sic ego autem
secundum spm psallam et mente et ore
benedicam dnm in omni tempore Idem
in omel. Si non vales dnm laudare
vocibus lauda bonis operibus
assiduis oracionibus et sanctis cogi
tacionibus Idem in li. confess. Tu
dne excitas ut te laudare delec
tet quia fecisti nos ad te et inquie
tum est cor nostrum donec requi
escat in te Idem in li. xo confessionum
In ipsis sanctis dictis que sup decan
tu ecclesiastico Idem ad comitem
Julianum Dne opus quidquid inchoo
averis prius deum invoca et ei
gracias age et dum consumaveris
similiter fac Idem Dm est orandum
ut faciat illi gracias accio est red
denda cum fecerit Idem Ecclesiastes
que habes gracias age deo tuo tan
quam fonti bonitatis unde habes
atque in omnibus bonis actibus
tuis illi da gloriam et claritatem
tibi ante humilitatem Idem in libro
de kathezizandis rudibus Quid
quod homo fecit dni boni semper lau
dabilem invenit dnm per iusticiam
suppliciorum Si non peccata confessus
ad recte vivendum redierit lau
dabilem invenit dnm per pietatem et
tantam indulgenciarum Idem in en
cheridion sup illud ps. Misericordiam et
iudicium cantabo tibi domine quia mi
sericordia nemo plus debitum invadit nemo libe
ratur a culpa nisi per debitum et
iustum iudicium nemo condempnatur
in pena Idem in li. de meditacio
nibus Gracias referimus de acceptis
et qui non dum accepimus eo ipso
quod de acceptis ingrati non sumus nos
accepturos esse confidimus plura
que sup de cantu Item infra de
laude Idem de civitate dei Hoc in
vos quoque iniusticia est quere infra
de iusticia Idem de civitate dei Cecus
quis beneficia dei non videt cecus
est quis quis videt et non laudat

ingratus est. Idem. Quisquis tibi domine cumulat merita sua quid aliud cumulat nisi munera tua. Idem in li. confess. Certe domine quia me fecisti debeo amori tuo meipsum totum et quia me redemisti debeo tibi meipsum totum sed non debeo me amori tuo plusquam meipsum totum quanto melior es me pro quo dedisti teipsum et promisisti michi te ipsum totum. Iste ergo vendicat sibi meam vitam qui pro me posuit suam. Idem in x. confess. Nos domine pusillus grex tuus omnes sumus tu nos possidet extende alas tuas et fugiamus sub eas gloria nostra tu esto. Bern. in li. de diligendo deum. Infidelis aliquis se totum deo debere non ignorat quem quidem deum sui totius non ignorat auctorem. Quid ergo ego qui deum meum teneo vite mee non solum gratuitum largitorem largissimum administratorem pyssimum consolatorem sollicitum gubernatorem sed insuper copiosissimum redemptorem eternum conservatorem sed et insuper ditatorem et gloriosum glorificatorem. Idem. Non habeo nisi duo minuta videlicet corpus et animam vel potius unum tantum minima meam videlicet voluntatem et numquid non dabo illam ad voluntatem illius qui tantus ac talis me tantillum tot et tantis beneficiis idem prevenit qui toto se totum me comparavit alioquin si voluntatem meam michi retinui qua fronte qua conscientia recurram ad miserationem dei mei. Iohannes super illud .i. Thess. v.o In omnibus gratias agite. Dignum est deo semper gratias agere quia deus non cessat nobis

beneficere nec est dignus dandis qui non gratias agit de acceptis. Idem in sermone de dignitate conditionis humane quere infra de laude. Idem super epistola ad Ball. [?] dicto apud prudentes viros et qualiter et specialiter absignatur. Qualiter quidem ut gratias agamus domino deo nostro quod nobis sol oritur quod dies currit quod nox invitat in requiem quod splendore lune tenebre temperantur et ortu et occasu suo stellarum tempora mutantur et redeunt quod nobis fluunt pluvie quod terra profert fructus et omnia elementa famulantur nec solum elementa sed omnes administratorii spiritus sunt propter eos qui hereditatem capiunt salutis quod etiam tante varietates animalium et avium et piscium date sunt nobis vel ad vescendum vel ad vestiendum [?] vel ad opus vel ad admirationem vel ad exercitium gratias agamus deo quod nati sumus quod subsistimus quod in hoc mundo quasi in quadam domo potentissimi patrisfamilias procurationem gerimus et totum quod quid in mundo est nostri causa intelligimus esse creatum. Basil. Non gratias agimus in dei beneficiis que nobis specialiter accedunt gratulamur sed hec omnia gentilis et iudeus et christianus facit et ethnicus et publicanus facit. Christianorum vero bonorum propria virtus est etiam in hiis que adversa putantur referre gratias creatori placere [?] prius dictum [?]. Item infra de ingratitudine de laude creatura corporali de beneficiis dei de x. una et pietate. Bern. super Cant. Quotiens temptatio superatur aut vitium subiugatur aut imminens periculum declinatur aut laqueus insidiantis

deprehenditur aut animosa et inve
terata quecumque anime passio semel
perfecte sanatur aut multorum dierum
que continua vel sepius perdita vir
tus tandem aliquando dei munere obti
netur quam nisi totiens incorrecta
correctam personare debet actio gratiarum
et vox laudis et ad singula que
que beneficia bendicta debet deus in do
nis suis alioquin ingratus quis
que reputabitur cum discussio ve
nerit atque ventura ira et non po
terit deo dicere Cantabiles mihi e
rant iustificationes tue in loco
peregrinationis mee Idem dixit in
referendo gratias non esse tardus
aut segnis dixit ad singula dona
dei vel hominis gratias agere et di
ligenter que considerare que tibi apponuntur
ut nulla videlicet dona percepta
debita gratiarum actione frustrentur
non gaudia non mediocria non pu
silla denique iubemur colligere fragmen
ta ne pereant Idem Agamus gratias
factori nostro redemptori nostro remu
neratori nostro Idem in sermone Non
tantum verbo et lingua sed opere et verita
te exhibeamus nos non ingratos
non enim gratiarum dictiones sed gratiarum
actiones exigit apostolus dominus deus
noster Idem non omnis gratiarum ac
tio accepta est deo sed solum illa que
de puritate cordis et vera simplicitate
procedit Idem super Cantica Origo
fontium et fluminum omnium est mare sic
virtutum et scientiarum dominus est ipse dominus
Christus quis enim dominus virtutum nisi
ille ipse rex glorie sed ipse scientiarum dominus
est et continentia cordis carnis et
cordis industria et voluntatis rec
titudo de illo fonte manat sed et
si quis pollet ingenio si quis inter
eloquio si quis moribus placet
ex ipso est et inde sapiens sermo inde
scientia casta consilia iusta iudi
cia sancta desideria recta opera
omnia sunt et cuncti fontis illius
qui si copie aquarum strictus subter
raneis que rectur silens equora re
petunt ut inde ad usus nostros que
rivos infatigabili erumpant Ita
sequitur non etiam spirituales
rivi ut arva mentium rigare
non desinant proprio suo fonti sine
fraude et sine intermissione red
dantur ad locum ergo unde exeunt
revertantur flumina gratiarum ut iterum
fluant remittantur ad suum princi
pium celeste profluvium quo terris
uberius refundantur Quid ergo
sapientie et dei virtuti deputata Christo
Idem ergo sane gloriam Christo non
dabo multo minus simplum plus su
perabo cum multiplici laude ergo
de hac ornatum manus non ca
lamus plura que infra de lau
de dei Idem super Qui habitat Con
fidenti humiliter et devoti gratias
agenti non in modico beneficia promit
tuntur ampliora nam qui in
modico invenitur fidelis iure con
stituitur super multa sic econtrario indig
nus est accipiendus qui ingra
tus est fuit de acceptis plura que
re supra de amore hominis ad deum
Item super de beneficiis dei De can
tu de creatura corporali de laude
de ingratitudine Idem oportet
hominem deo gratum et devotum
esse quia libenter dei dona multi
plicantur si priora bene salva videt
plura que infra de ingratitudine
de laude Item oportet hominem deo
gratum et devotum esse quia
libenter dei dona multiplicantur
si priora bene salva videntur pla

que infra de ingratitudine de lande dei Anshelmus Considera anima mea intendite omnia intima mea quantum deo meo debeo tota mea substantia Ambros. li. primo de obitu satiri fratris sui Quid est secundum naturam venire quam gratias actiones deo creatori inferre nature Apparitio celum hoc nomine refert tantum suo gratias Cels. nunquid enarrant gloriam dei mare quoque cum sedatum fuit et tranquillum diuine seruitati testatum indicio Cum autem mare turbatur indignatio supra est Deo et de terris quod loquique dno obedientes preceptis aliis alimentibus sponte pabulum subministrant cum illud quod accepit cum aqua velud crescentibus usuris multiplicatum cumulatum que restituit Est cum hinc gratie et inde ut cum refertur habetur et habendo referat Crisostomus in li. de laude dei Gratiarum actio est ad plus dandum inuitatio Idem super Johannem Glorificemus dnm et confideamus et per opera nulla enim nobis utilitas ad salutem dogmatum sanorum erit nisi corrupta fuit in nobis bona operatio Idem Regnum ille quod tunc erat et cum gratias egisti in misteria et glorificasti dnm sed precum tuas gratiarum actiones nullas tibi fructificasti mercedes Idem in sermone hoc Dne miserere Kam le ue est hoc que supra de beneficiis et infra de laude ut de summo bono li. primo c. iiii. Sicut ars in artifice est que infra de laude dei Glo ad Ro. i. Gratias agere deo est sentire omnia bona a deo data esse et pro eis laudare corde voce et opere Item glo super illud ad Coloss. 3. gratias agentes deo Tunc non da

gratias agimus precepto qui modo precepto eius fideliter custodimus Glo. super illud ad phil. iiii. Cum gratiarum actione Qui impetrare vult alia gratus de petitis debet esse Glo. super illud primo Tess. v. In omnibus gratias agite Dignum est deo semper et ubique gratias agere quia deus nunquam cessat benefacere nobis Glo. i. Cor. iiii. Qui benedicimus cum totum deo attribuimus ubi cum deum exaltamus gratias agendo Plura que supra de cecitate contra scriptos Item infra de ingratitudine de laude dei Damascenus li. 2o. ca. xxxi. Ipse Christe dei verbum et sapientia et virtus et deus omnipotens Elige dne quia tibi nos pauperes retribuere valemus pro hiis omnibus que tribuisti et retribuisti nobis tua enim sunt omnia et nichil aliud petis a nobis nisi salute nostram quam et tu ipse nobis tribuens accipientibus gratias refers per tuam ineffabilem bonitatem tibi gratias dne qui nobis esse tribuisti et bene esse gratificasti Barlaam Sicut ipse medicina modica de magno languore liberat sic gratiarum actio in primis donis maiorum efficit auctrix donorum Plura que infra de ingratitudine de laude dei de pietate Seneca in epistola ad Lucill. lxxxi. Docet omnis philosophia propter bene debere beneficia soluere interdum autem beneficiorum solutio est ipsa gratiarum actio Idem Non omnes grati sciunt sciunt debere beneficium sed vero sapienti notum est quomodo res quoque taxanda sit et omnia sciunt quod animabit (?) taliter aquo et quo (?) ubi et quomodo admodum Unde methodorus ait Solum sapiente scire gratias referre Plura que de beneficiis et infra de ingratitudine de liberalitate

De gula. Gregorius in moralibus. De ventris ingluvie inepta leticia scurrilitas immundicia multiloquium hebetudo sensus circa intelligentiam oritur. Idem in iiii. Non omnis gratia sentit debere beneficium sed viris sapientibus notum est quomodo res quaeque taxanda sit et omnia secundum comparanda sit solicite. Quinque nos modis vicium gule temptat aliquando namque tempora indigentie prevenit aliquando vero non solum tempus prevenit sed etiam cibos lauciores querit aliquando autem quelibet sumenda accuratius comparari expetit aliquando vero et qualitati ciborum et tempori congruunt sed in ipsa ciborum quantitate sumendi de refectionis mensuram excedit nonnumquam autem et si abiectum est quod desiderat tamen ipso sumendi desiderio deterius peccat. Exemplum de primo in Ionatha primo Regum xiiii. De secundo in Israhelitis Numeri xi. De tercio in filiis Hely i Regum 2o. De quarto Ezech. xvi. De quinto in Esau Gen. 25. Unde est certum quod quinque modis gula condempnat edacem. Dum immunda comedit dum edendi prevenit horam. Dum delicias petit epulas delicate vel sumit cupide quod non est de licito sumi. Et habetur in decretis de c. di. v. quinque modis. Item alius versus ad idem: prepropere laute nimis ardenter studiose. Idem ubi supra. Plerumque non cibus sed appetitus in vicio est unde et lauciores cibos quosque sine culpa sumimus et abiectiores sine gule vicio non deglutimus. Idem. Pene semper comitatur voluptas qua dum corpus in refectione delectatione resolvitur cor ad inane gaudium relaxatur et dum gula se ingluvie extendit tunc membra carnis ad luxuriam erigit. Idem in eisdem moralibus. Convivium vix sine culpa celebrari potest quia fere semper epulas comitatur loquacitas et voluptas. Idem. Gula est inordinatus appetitus cibi et potus. Idem. Sepe dum quod concupiscit carni prebemus ad prelium contra nos hostem nostri spiritus enutrimus cibis namque alimentis vita suppletur quibus nutrite virtutes vivunt et tunc virtutes aluntur plerumque que viciis vires augentur. Idem super Ezech. xvi. Plus concupiscencia quam necessitas petit et sepe dum carnis in opere satisfacere cupimus voluptas surrepit et modum satisfactionis excedit. Idem. Si carni plus quam debemus tribuimus hostem spiritus nutrimus et si necessitati eius ea que debemus non reddimus civem nostrum necamus. Idem in pastorali. Edacitas gule ad luxuriam pertrahit quia dum saturitate venter extenditur aculei libidinis suscitantur. Idem. Esus et potus ad luxuriam alludens aut ad luxuriam pellit unde scriptum est: Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. Idem. Si non saturitatis culpa non tante dominaretur primus ab inquinante mens hominis intrante demonia. Idem. Vitulus mactandus liberis pascuis relinquitur et ad usum laboris non deputatur nec etiam sub iugo tenetur. Idem in pastorali. Gule deditos superfluitas locucionis levitas operis et luxuria et abstinentia abstinentes vero sepe superbie culpa sepius impaciencia atque tristicia comitantur. Que supra de abstinentia de crapula dicturus contra de ebrietate de voluptate. Augustinus in libro de conflictu viciorum et virtutum. Ventris ingluvies dicit ad esum deus

omnia unde sitiant et qui satura
ri cibo respuunt et que supra degustio
ni Idem in libro de doctrina christiana Et
habetur in decretis dist. xi c. Quis qd
fieri potest ut sine morbo voracitatis
pretiosissimo cibo sapiens quis utatur
insipiens aut fetidissima gule flam
ma in cibum vilissimum exardescit
Salvator enim non sine piscibus
vescebatur et esau accepto pane
et lentis edulio voravit abiit parvi
impendens quod sua primogenita ven
didisset Gen. xxv. et ad Hebr. xii
Idem Ideo enim precepta continentie
sunt nobis quedam bestie contra in
hominibus esse aluntur Idem super epi
stolas Debere que libet si absque de
siderio .i. appetitu guloso percipiantur
non officiunt et viles cibi gulose
percepti impediunt perfectum absti
nentie salutaris Unde David Aquam
male concupitam effudit et Helias
in necessitatis articulo carnes cum
gratiarum actione comedit non enim
cibus est appetitus in vicio est
Idem in libro [illegible] super [illegible]
Non enim est omnino quod alimentorum
sumas ut sustentes corporis natu
ram immo congruas in quibus ali
mentorum hiis cum quibus tibi vi
vendum est neque quantum sumas mul
tum interest cum videamus alio
rum stomachum citius saturari
et eosdem illo vili cibo quo satu
rantur ardent et animo cupiunt inhi
are alios aut videmus plus ci
bo indigere sed tamen tollerant inopi
am pacienter et ante horam positas
epulas cum tranquillitate aspicere
neque tangere velle magis ergo interest
non quid vel quantum alimentorum
pro congruentia hominum atque persone sine
pro valitudinis necessitate quisque accipi

at sed quanta facilitate et animi se
renitate quis capiat cum hiis uti opor
tet vel necesse est carere ut et illud in animo
rum libri christiani compleatur quod apostolus
dicit Scio et minui et habundare u
bique et in omnibus institutus
sum et saciare sine et esurire et habun
dare et penuriam pati omnia possum
in eo qui me confortat Plura que
supra de abstinentia de ebrietate
de voluptate Ambrosius super illud apostoli
Quorum deus venter est et idolum cum
poculo est inebriari vino mentem
dependere cibo ventre saltationibus mem
bra torquere et imparibus actibus con
tinuum occupare ut regnans igno
rare quod deus est Idem in sermone Sa
nes anima virtutis est inimica
lascivie saturitas aut castitatem
prodit et nutrit illecebram Idem in
sermone Gula a paradiso regnantem
expulit sed abstinentia ad paradisum
errantem exulem revocavit Idem
super Luca in maculati Iudicatorum est il
los homines curare de cibo tanto
qui celesti inhiant regno Idem in
quit ille anima habes multa bona
comede bibe et epulare Vox ista
vox est muti et animalis in mundi
Si enim postea haberet animam quod
aliud ei quam manducandi et bi
bendi bona nunciare debuerat nunc
aut totus animalis homo est et to
tus carnens ut animam suam carna
libus et corruptibilibus escis consti
tuit esse pascendam et eaque in
secessum egeruntur anime sue parat
adquirendam cum utique natura ta
lis est ut virtutibus alatur et ver
bo dei pascitur ut intellectibus
piis et disciplinis religiosis et sanctis
operibus consolatur Plura que supra

de abstinencia De cura carnis De
deliciis de ebrietate de voluptate
Crisostomus in libro de compunctione Excessus
ciborum consumit et corrumpit sanitatem
corporis humani nichil sit sensum ani-
me opprimit nichil quod sic egritudines
curat moderata sicut refectio de cons. di.
v. c. nichil Plura quere supra de ab-
stinencia de carnis cura de deliciis
de ebrietate de voluptate de luxu-
ria Idem super epistolam ad hebreos Inve-
tiem mitte inebriatam persuasio est et
ad hec plenus inclinata namque suum
operatur eos sine cui lesione si mi-
tte morbus tamen cum plus com-
lecerat quam reficiendi corporis ratio pos-
tulat non solum inimicum mentem illam
sed etiam corporis eius corruptionem in-
gerat cibi enim superflui causa sunt
multarum egritudinum ita ut male
dicturus sis ventre tuo sed potius
maledic intemperancie tue seu tue
gule vicio Ieronimus in epistola Difficile
inter epulas pudicicia servatur in-
tens (?) crucis sordidior audit animo
Item et habetur in decretis xxxv di.
c. primo Venter et genitalia consi-
milia sibi sunt et dum unus edaci-
tate gule reficitur alter in commixtione
luxurie concitatur ut ex vicinita-
te membrorum intelligas confederacionem
viciorum Item et habetur di. xxxv c.
primo Ventre mero estuante cito spu-
mat libidines ubi enim ebrie-
tas ibi libido dominatur Idem in epistola
ad eustochium et habetur di. xliv c.
ult. Venter pinguis crassum sensum
generat Idem Nichil salubrius pro-
videndum est quam ut diem sollempni-
tatem non tam ciborum habundancia quam
spiritus exultacione celebremus quia
valde absurdum est nimia saturita-
te velle martirem honorare quem sciamus
ieiuniis deo placuisse Idem in prologo
est ut et presentibus et futuris quis
fruatur bonis ut et hic ventrem
et illic repleatur mentem ut deli-
ciis transeat ad delicias et in utro-
que seculo primus sit et in celo et
in terra quis appareat gloriosus Idem
delicie et pluralitas epularum avari-
cie sunt fomentum et inter ciborum va-
rietates voracitas nescit modum
Idem nec affectate sordes nec ex-
quisite delicie laude pariunt Idem
esus carnium potus vini ventris-
que saturitas seminarium libidinis
est Idem ad paulinum de institucione
clericorum Venter plenus facile dis-
putat de ieiuniis Idem libro 2 contra
Iovinianum Invidet oratus appeti-
tus ciborum superfluorum qui eos sumpti
relinquunt penam Ro Breve volup-
tates nocet empta dolore volup-
tas Idem ibidem Quale est illud
ieiunium cum epulis distenditur ven-
ter et guttur inimicum efficitur medita-
torium latrinarum itaque non tam ieiu-
nium est quam crapula appellandum
Plura quere supra de abstinencia Idem
ad eustochium de gulosis dicit apostolus
Quorum deus venter est Id enim col-
lit unusquisque quod diligit et quod ma-
xime diligit maxime colit quo
sollicitate providendum est ut quos
saturitas de paradiso expulit reducat
esuries ventris Ysidorus de summo
bono libro 2 xlii Quatuor sunt
discretiones in gule appetitu .i. quid
quando quantum et quomodo appeti-
tum quid ad qualitatem rerum pertinet que ap-
petuntur Quando sed si ante legitti-
mum tempus appetatur quantum nec
ad immoderatam refertur quomodo
ad impatientiam festinans attribuitur

Plura que supra de abstinencia de e-
brietate de voluptate Bernhardus in epistola
O delicate qui divicijs et delicijs
circumfusus confusionem expectas et
mortem non est enim regnum dei es-
ca et potus nec purpura et bys-
sus quia dives ille in utroque cir-
cumfusus et confusus in puncto
ad inferna descendit quid de hoc di-
citis o gulosi luxuriosi quorum deus
venter est audite quid scribit apostolus
Esca ventri et venter escis deus
autem et hunc et has destruet Idem
quid dicitis abstinentes ciborum
et animarum neglectores Ypocras
et sequaces eius docent corpora
salva facere in hoc mundo Christus autem
et discipuli eius docent corpus perde-
re propter animas quem ergo de duobus
vultis sequi Idem Apes rapacissima
contenta est aere et lupus terra pis-
cis aqua sed homo rapacior alijs
animalibus terram et aquam et
aerem tollit quod si posset plus intu-
sceris applicaret Plura que supra
de abstinencia carnis cura de vo-
luptate Basilius in regula sua
Sic miles plenius pergravatus onere
armorum impeditur in bello sic mona-
chus vel clericus impeditur ad vigi-
lias et oraciones cum escarum pleni-
tudine torpescat Hugo de sancto Vic-
tore super illud Philippenses iii Quorum
deus venter est quorum finis interi-
tus et gloria in confusione eorum
qui terrena sapiunt Habent dijs co-
strum templa altaria ezgi ministri
velle fructores ordinari pecudes
ymo lari thura concremari deo si-
quidem venter templum est coquina
altare mensa ministri sunt coci
pecudes ymolate sunt cocte carnes

aromatum incensorum diversitas ciborum
et sic de alijs Seneca libro iiii de na-
turalibus questionibus Cor adhuc subtilius
aliquid et elegancius excogitat lu-
xurie finita usitata contempnens
iam enim non sunt homines ad co-
medendum dentibus et ventre et
ore contenti sed oculis sunt gulosi
Idem ad Lucillum epistola lxxxix Tha-
rus planissimorum agrorum pascuus
adimpletur una silva pluribus suf-
ficit elephantibus homo vero et
terra pascitur et mari nimpty ven-
tris fames non constat magno
sed ambicio plura quere supra de
abstinencia Item supra de accidia cir-
ca de delicijs de ebrietate de luxu-
ria de voluptate Agellius libro xv
de officio Socrates dicebat multos
homines propterea velle vivere ut ederent
et biberent sed vero velle edere et bibere
ut viveret Non vivas ut edas sed
edas ut vivere possis

De gustu spirituali Gregorius in moralibus
Dum magno desiderio mens
ad celestia inhiat miro modo hoc ipsum
quod querit accipere iam degustat Idem
in xv moralium Cum mens interius
gaudijs se inserit eo minus dolores
exterius sentit Idem super Ezechielem Dul-
ce est in celis habitare sed ei quidem
qui ad huc de celestibus gaudia nulla
gustavit quia quanto minus eterna
diligit tanto delectabilibus intempo-
ralibus conquiescit Idem si quis ia-
cordis gustavit ore que sit illa dul-
cedo celestium premiorum qui sunt illi
ympnidici chori angelorum que sit
illa visio incomprehensibilis trinitatis
hinc quanto dulcius sit quod intus
videt tanto in amaritudine vertit
omne quod foris sustinet gustato enim

cum spiritu despicit omnis caro. Idem
super Cant. Sponsa quo frequencius gus
tat quam dulcis est dominus eo solidius
sponsi rectitudine sentit et distorta
fastidit. Idem due sunt et que supra
de activa vita simul et contemplativa
Aug. in sermone Ubi gustat ut creator
in corde dulcescat. Idem in li. de medi
tacione. Fac precor me domine gustare per
amorem quod gusto per agnicionem sentiam
per affectum quod sencio per intellectum
plus tibi debeo quam me ipsum totum
quia nec plus habeo nec hoc ipsum quod
sum. Idem in li. de vera religione
Quamdiu simus in corpore peregrinamur
a domino gustemus saltem modo quam
suavis est dominus qui dedit nobis
pignus spiritus in quo senciamus eius
dulcedinem et desideremus ipsum vite
fontem ubi sobria ebrietate inundemur et
irrigemur sicut lignum quod plantatum
est secus decursus aquarum viven
cium. Idem in li. de cathezizandis
rudibus. Tu qui verum regimen
quod post hanc vitam veris christianis
promittitur queris etiam hic etiam inter
amarissimas huius vite molestias
suaviter gustabis si eius qui eam pro
misit precepta dilexeris cicius enim
senties dulciores esse fructus iusticie
quam iniquitatis et verius atque io
cundius gaudebis de bona consciencia
inter angustias quam de mala inter deli
cias. plura quere supra de contempla
cione de deliciis spiritualibus. Auctor
in li. de spiritu et anima Mentis visio
est intelligencia sed gustus est sapi
encia. Illa contemplatur ista delectat.
Idem ibidem Anima prius sanatur
sanata introducitur introducta refi
citur. Idem ibidem Hec est requies
cordis nostri cum in deo nostro amore et
desiderio figitur hec est vita cordis

nostri cum deum suum contemplatur
et in ipsa sua contemplacione suaviter
reficitur. Ambros. super Beati inmaculati
Iustus ut gustavit fructum suavi
tatis impaciens ad perfectiora festinat.
Idem divine dulcedini non iungeris
si ab amore temporalium non recedis.
Idem Gusta libenter divinam dulce
dinem et oblivisci valeas mundi a
maritudinem. Idem li. 3o ad virgines
Influentibus divinis torrentibus pe
gravatur affectus. Crisos. in li. de laudi
bus sancti Pauli. Quem namque
divina caritas semel absorbuit
eum foris ad terrena quasi insen
sibilem reddit. Plura quere supra
de amore contemplativo. Item supra de
ascensu spirituali de contemplacione de
dulcedine spirituali. Bern. in libro de
diligendo deum Ex occasione frequentis
necessitatis necesse est interpellacionibus
deum ab homine frequentari frequen
tando gustari gustando probari quam
nam suavis sit. Idem in eodem A
mandatis tuis intellexi ut sciat
non nisi obedienti mandatorum con
templacionis gustum prestari
non deberi. Non ergo putes de
superno amore contemplacionis sancte acti
bus abeundo senioris ne tradicionibus
omnibus prohibitam illam inire fac
ciendum. Idem in epistola Omnes certi
derunt mihi insplaris. Celestis
enim hereditas preclara est mihi
et terrena adulatur promisso blan
ditur consolacione carnis. Sed gu
stato spiritu necesse est desipere carnem
affectanti enim celestia terrena non
sapiunt et eternis inhiantibus fasti
dio sunt omnia transitoria mundi
huius. Idem in sermone Beati qui
lugent quoniam ipsi consolabuntur. Unde a
est hec consolacio quam prederis

desperie verme quaod de vitiorum et
suauissima · i · delicias boni et gus
tus sapie licet exiguus quibus i
terim benignus deus afflictos re
fingerit animas ac gustus ille in
terim aliud est quam incitamentum de
siderii incentiuum amoris patrie
celestis sicut scriptum est Qui e
dunt me adhuc esurient et quere
supra de amore contactu Idem dicit
unde que supra de amore contactu I
dem primus cibus anime est quere
supra de cibo spirituali Ambrosius ad hire
nim Est hoc viri et summi boni si
cut sino non concupiscibili ac summo
delectabili gustaverit anima dolorem
et formidinem concludens incredibi
liter conficiat Idem ibidem Consula
ta veritas dei et quere supra de anima Glo
illud Jacobi Omne datum optimum
et omne donum perfectum et donum per
fectum est gloria eterna quia illi per
fectus nichil deficiat quia fercula
glorie supercelestis pregustata super ce
lestem suauitate infundunt corrup
tionem non adducunt semper re
ficiunt et nunquam deficiunt perseuerant
incorrupta semper ad reficiendum ma
nent integra propter hoc ibi semper
vita sine morte quies sine labore
salus sine egritudine lux sine umbra
dies sine nocte pax sine fine plura
quere infra de Jeiunio de gustus
continentia que supra de abstinentia

De habitu Gregorius in omelia
Si supra fluus habitus culpa
non esset nequaquam dominus
diuitem epulonem reprehenderet dicens
et induebatur purpura et bysso Idem
in omelia Si alicuius vilis indumenti
vitium non esset euangelista tam vigilat
de Johanne baptista non diceret Et erat
indutus pilis camelorum Idem in omelia

Nemo vestimenta preciosa nisi ad inanem
gloriam querit quia nemo preciosis
induitur ubi ab alijs non videtur Idem
in moralibus Priores homines in tegendo
membris vestimenta quesierunt non
querunt solum que tegant sed et
que extollant appetunt et contra
teneritatem frigoris non solum que
per pinguedinem muniat sed etiam que
per mollitiem delectent et non solum
que per molliciem tactum mulceant
sed etiam que per colorem oculos hominum
seducant plura que infra de vana
gloria Idem in omelia Sunt non
nulli qui cultum subtilium et preciosarum
vestium et non putant esse peccatum
quia si culpa non esset nequaquam sermo
diuinus tam vigilanter exprimeret quod
diues ille qui torquebatur in inferno
purpura et bysso indutus fuisset
indignum est enim vili oneri saccum
serico purpureum Augustinus in regula
Non sit notabilis habitus vester
nec vestibus affectetis placere sed moribus
Idem ibidem In incessu statu habitu
etc Idem in libro de ciuitate dei Fateor
fateor de preciosa veste erubesco quia
non decet hanc professionem etc Idem
in epistola Verus ornatus maxime
christianorum non tam fucus mendax
nec auri quidem et vestis pompa sed
mores boni sunt Idem dicit dauid
compares et interpres etc hinc
que ad inanem gloriam pompa vel ad
illecebram forme solent adhibere
multo reprehensa sunt Est quidam
habitus per modulo persone patronatus
vel matronatus a mundiali veste dis
tinctus qui post fidelibus coniugatis
saluo religionis abstinentia que
mire etc Quid enim absurdius est
quam mulierem de habitu veste viro pro

bente supplere cum te possis componere ab temperare et candidis moribus quam nigellis vestibus dyabolo repugnare Idem in libro de virginitate Interiorem pulcritudinem tuam studiosa et sollicita cogitacione compone Non enim amat ille verax fallaciarum fucos sed verus veritas delectatur et ille sicut legistis et audistis veritas vocatur Idem super Math. Desertis deus superbus et calamum stratis pannosis aufert et humilibus dat graciam Idem Cum super mandato cultu corporis atque vestitu vel tectorum verum nitore prefulget facile coniectatur velimus prius plura que infra de ornatu corporis Item infra de monachis Ambro. in libro de offi. Non sit affectatus decor corporis sed naturalis et simplex neglectus magis quam expetitus non preciosis et albentibus adquisitus vestimentis sed quibus vel honestati vel utilitati nichil desit nichil quod accedat nitori Idem super illud i Thymo. v.o Ornantes se qui vult audiri in orationis clamore debet homo amota pompa vestium facere ut manus dei provocet non avertat habitus enim superbus nec impetrat nec vitia deposcit credi Idem ad virgines libro primo Quanta dementia est effigiem nature picturas querere mutare timeo si pulchra est cur abscondens si deformis cur formosam te mentiris esse Idem Exameron Cerne et ut dicat deus non agnosco colores meos non agnosco ymaginem meam non agnosco vultum quem ipse formavi reiciam ergo quod meum non est illud quere qui te depinxit et cum illo habeto consorcium plura que infra de

mulierem Item infra de ornatu de monachis Crisostomus super Math. Omne vestimentum ad tres pertinet causas aut propter usum necessitatis aut ad delectacionem corporis aut ad tegumentum nuditatis Idem super illud Math. v. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum Mulieres si se ornaverint et ad se provocaverint oculos hominum quamvis plagam non intulerint vindictam tamen dabunt eternam Nam venenum cum obtulerint licet nullus sit inventus qui biberit Idem in libro de compunctione Non omne tempus inter curam consumimus componentes domum et adornantes ancillas diversis ornatibus Idem super psalmum Miserere mei deus Pulcritudo corporis vel habitus sine sobrietate et pudicicia et castitate speciosum est patens est et venenum insipientibus compositum Idem ad rusticum monachum Sordes vestium candide mentis indicia sunt vilis tunica contemptum seculi probat ita dumtaxat quod animus non tumeat nec habitus sermoque dissenciat Idem nec affectate sordes nec exquisite delicie querunt laudem pariunt et habentur in decretis xli di. c. ii. Idem ad Athletam Nitens cutis sordidum ostendit animum Idem ad Demetriadem virginem Fuge lascivias puellarum que ornant capita crines a fronte demittunt cutem poliunt limamentis utuntur subtilibus et strictas habent manicas vestimenta quoque sine rugis sarcos quod crispantes ut sub nomine virginali vendibiliores pereant mores enim et studia dominarum ancillarum et sociarum plerumque moribus et habitu indicantur Idem ad eandem Illa sit et pulchra illa sit amabilis illa sp

nec sociatis est hirida que se nescit
esse pulchram que procedens in pu
blicum eo pectus et collat denudat
nec palleo reuelato tenuiores appe
rit sed que celat faciem et in uno
oculo qui uix nitidius est patente
progreditur plura quere supra de conti-
nentia per totum Item infra de mulierum
ornatu Item idem in epistola Sordes
et ornatus uestium pari modo fugi
enda sunt quia alterum delicias alte
rum maneriem gloriam redolet Cyprianus
in epistola Fugiant caste uirgines et
pudice cultum incestarum et habitum
impudicarum insignia lupanarum or
namenta meretricum hec enim deus
culpat hec denotant sericum et pur
puram indute christum induere non pos
sunt auro et margaritis et monilibus
ornate ornamenta cordis et pecto
ris perdiderunt Idem equalem se in om
nibus prestat integritas uirginea
nec bonum cordis cultus et habitus
corporis infamet ut quid enim or
nata uirgo quasi corrupta prodit
quasi maritum habeat aut querat ti
meat potius nec periculum sui appe
qui misterium valeat adimplere il
lusio per crapulam facta a percepcione
sacri misterii subtrahere se debet
humiliter si tamen dormientis mentem
turpi ymaginacione pollucio non
concusserit Si vero ex turpi cogitatione
vigilantis illusio oritur illusio dor
mientis patet animus reatus suus
videt enim a qua radice inquina
cio illa processerit quia quod cogita
vit sciens hoc pertulit nesciens
Sed et hoc pensandum est utrum ipsa
cogitacio suggestione tantum vel delecta
tione vel quod maius est peccati
consensu contigerit etc. ut videas
in decretis Aug. in x. confessionum Adhuc
vivunt in memoria mea talium rerum y

magines in sompnis aut non so
lum usque ad delectacionem sed eciam usque
ad consensum factumque simillimum appa
ret Cassianus in libro de institucione mo
nachorum Profecto mentis iudicium non
est nec ad purum excocti vicii mani
festacio cum per fallaces ymagina
ciones huius corporis operatur illu
sio dormientis

De inconstancia mentis et corporis
Aug. in suo pastorali Interior
est custodia cordis etc. quere supra de
cordis evagacione Idem in mor. Di
cit meum in adversis etc. quere supra de cor
dis evagacione plura quere infra de
mutabilitate de lapsu Aug. in suo
pastorali homini in temerariis mediis
plena sunt omnia de quo enim mul
tum speramus subito deficit et fit
pessimus de quo tota die desperamus
contemnus proficit et fit optimus nec ti
mor ergo meus certus est nec spes mea
nec amor meus quid sit hodie quisque
meus homo novit ipse si autem vel quo
usque novit ipse quid sit hodie quid al
terius erit nec alius nec ipse plura
quere supra de cordis evagacione Item
supra de brevitate huius vite De casu
hominis in principio de hominis miseria
infra de lapsu de mutabilitate
Seneca ad Lucill. in epistola prima So
crates querenti cuidam cur mutatio
locorum nichil sibi prodesset adde
peregrinacionem viatorum Audit quod mira
ris nichil tibi peregrinacionem prodesse
cum te circumferas Idem
in epistola xxviij animum debes mutare
non celum licet enim vastum tra
ieceris mare sequentur te tamen vicia
quocumque perveneris queris quare fu
ga ista te non adiuvet quia tecum
animus aut illa mutatos cum depo
nendo at tu illud ex emere malum

nalium tunc animus loci mutacio si
at iocunda licet in ultimos terre
angulos expellaris aut apud quos
cumque barbaros colloceris hospitalis
tibi illa qualiscumque sedes erit Idem
non sum uni angulo natus sed pa
tria mea totus orbis est Idem in
epistola lxxx frequens de loco ad locum
migracio inconstantis animi est
ut ergo animum possis retinere primo
ergo corporis tui fugam siste Idem
ad lucill in epistola utraque utrosque rep
hendas et eos qui semper quiescunt
et eos qui semper inquieti sunt na
ista tumultu gaudens non est in
dustria sed exagitate mentis contur
bacio illa vero non est quies que mo
tum omnem molestiam iudicat sed dis
solucio et languor itaque ut sic inqui
renda sunt hec quiescenti a
gendum est et agenti quiescendum
Ambrosius li. de officiis vox quedam
animi corporis est motus Glo. super
illud prover. vir homo apostata et
interior custodia sunat exterius ordia
ta membra Valerius libro vii dua
gaudes arenis et diuiciis opulen
tissime lidie regno inflatus animo
phillum appollinem sciscitaturus ve
nisset an aliquis mortalium se felicior
esset statim ex abdito sacrarii spe
cum vox insonuit que aglaum so
phidium ei pretulit ille autem aglaus
erat pauperrimus sed etate et virtute
senior qui terminos agelli sui nunquam
excesserat Plura quere supra de
cordis euagacione et infra de quie
te de Iucunditate quere infra de sa
nitate de incorporacione nostra vel in nos
tra quere supra de incredulitate
quere supra de credulitate mala de
fide de perfidia de infidelitate. De
indulgencia quere supra de clemencia
de inepta leticia quere supra de con

flictu de gaudio malo et vana
De infamia quere supra de fama ma
la De inferno quere supra de damp
nacione Item infra de iudicio extre
mo de christi descensu ad inferos de
aduersitatibus de infirmitate quere
supra de afflictionibus de breuitate
se huius vite Item infra de tri
bulacione de morte de miseria Se
neca Infirmus non curat medicum
eloquentem sed curantem dem fide
litate Ambrosius in sermone Infideli
tatis genus est indignis rebus
nec gaudere prosperis nec flere con
trariis. de ingluuie ventris quere
supra de gula

De ingratitudine Greg. in
registro de imperatore Mau
ricio valde mihi durum et ini
quum videtur ut ab eius seruicio mi
lites suos prohibeat qui et ei omnia
tribuit et dominari cum non solum
militibus sed eciam sacerdotibus
concessit Aug. de li. de vidinitate
Multi habent multa sed deum nes
ciendo aquo habent impia va
nitate iactantur Nemo enim de bo
nis dei est letus qui deo donatori
fuit ingratus Idem ingratus deo
est qui plenus virtutibus dei mi
non animo timuit Iuhor enim fit
culpabilior quo deo est acceptior
Idem in li. de spiritu et lra Anima
tunc est ingrata deo si quod illi ex
deo est sibi tribuit proprie et ins
ciciam Crisos in sermone Nemo pey
or est qui patronum post libertatem
offendit et beneficiis ingratus
est qui datoris timorem aurigm
cia despicit Idem super math Vnde
bona que non ex amore boni fa
ciunt homines ingratum est ante
deum Bern super cant Sitat Con
fitenti humili et deuote gratias agenti

non in uno beneficia promittunt et
dant ampliora Item qui fidelis in
venit in modico iure constituitur
super multa Sicut et contrario de accipi
endis indignus est qui ingratus
fuit de acceptis de acceptis beneficiis
Idem ibidem Nos autem aut non at
tendimus aut vix attendimus re
verenciam presidentis dei custodiam pro
tegentis beneficia largientis ingra
ti gratie dei ymo tam multiplicibus
gratiis dei quibus nos preveniunt
et nobis subveniunt et nunc quidem
presencius ipsum implet splendoribus
suis Sanctus animas nostras nunc per ange
los suos sanctos visitat nos nunc
per alios homines instruit nos nunc
etiam consolatur nunc etiam erudit
per scripturas quecumque enim scripta sunt
etc. Idem super Cant. Ingratus reputatur
qui non potest dicere cum David Can
tabiles michi erant iustificationes
tue in loco peregrinationis mee Idem
Quomodo nos impedit per affectu con
versacionis sola ingratitudo nostra
dum quodammodo perditum perditur re
putans quicquid dedit quod ingratus
accepit cavet sibi deinceps ne tan
to plura perdet quanto plura con
ferret ingrato Idem nunquam non pe
rit quod datur ingrato Ingrati
tudo enim inimica est gratie perdi
cio anime exinanicio meritorum dispersio
virtutum perdicio beneficiorum Idem
Ingratitudo ventus est urens
fontem exsiccans pietatis rorem
misericordie et fluenta omnis gratie Idem
Peremptoria res est ingratitudo nec
est aliquid quod tantum deo displiceat
in filiis gratie sicut ingratitudo
graciarum Item ingratitudo hostis est
gratie et inimica salutis eterne Idem
Beneficia in perpetuum tollit mater
ingratitudinis gratie inimica

Idem Pusilli cordis est occasiones in
gratitudinis investigare tales enim
est gratis ingratus Idem in sermone
Ingratitudo meas abstrusit gratie
ubi enim fuit illa gratia non habet
accessum non invenit locum Hinc
michi levis dolor continuus est mul
ta quod tristicia cordi meo quia vo
nullos video tam pronos ad risum
et ad levitates adeo quod ubi
nec non sentiebam ita ut pertimes
cam valde ne forte sint in memo
res et ingrati domini mei super tam
multis et infinitis beneficiis gratie
dei prout quod iuste deserunt agnicia
qui non habet ut gratum Seneca in
epistola Omnis qui de accipiendo pro
cogitat oblitus est accepti nec
ullum habet tantum malum cupi
ditas maius quam quod ingrata est Idem
ad Lucillum in lxxxi epistola Nichil ca
rius estimamus quam beneficium quam
diu petimus michi vilius tum acci
pimus quid quod nobis faciat obli
vione acceptorum fidet cupiditas
accipiendorum Idem Beneficia etiam
fere indomite et bestie silvestres
senciunt Idem libro 3o de beneficiis In
gratus est qui dissimulat beneficium
reddere quod reddendum est sed magis ingra
tus est qui non reddit omnino sed ingra
tissimus est qui oblitus est apparet
enim illum nunquam cogitasse de red
dendo cui obrepsit oblivio Idem ibi
dem Ingratus est qui beneficium red
dit sine usura Idem Turpe quod sator
gongnid est sed quod sequitur exceco mag
nis est Idem Propositum optimum viri
est tam diu ferre ingratum quam
diu facit eum gratum Idem ibidem
Maximum delictum est ut datis
tamquam in vanis et inacceptis beneficiis

gloriam usurpare beneficiis Idem
Undecim hoc inter duos et quere supra
de beneficiis Idem Undecim libro iiiº Pla
to cum flumine ingenti transisset nec
ab illo portator quicquam exegisset hoc
honori suo datum credens dixit
positum esse ibi apud platonem of
ficium sed quid si plato fuerit ignotus
portatori et alii familiares et ignoti
aut aliquo iam eundem portatorem
beneficio prius obligaverunt aut certe
secundum platonem nichil iam deo deemus
de omnibus beneficiis unde patet
quia plato fuit ingratus Tullius ca
ue ne obliviscaris beneficii Ingra
tus est qui se negat accepisse benefici
um Ingratus qui dissimulat Ingra
tus qui non reddit sed ingratissimus
est qui cum est oblitus Glosa super illud
Thobie iiiiº Memor esse debet et ne
sis ingratus matris laboribus illi
ergo redde te que tui dolore dedit te

De iniuria et iniusticia Augustinus in
libro de mandato nulli est in
iuria vel leviter inferenda ut ab alio
gravior repellatur iniuria Ambrosius libro
primo de officiis et habetur in decretis
xxiii. q. iii. Non inferenda et quere
supra de correctione veniens ita Iuvenalis
patrum Cui nocetur iniuriis quere
infra de rapina de iniuriis remis
sione que supra de amore inimicorum
de iniusticia quere supra de discor
dia Item infra de ira de invidia de
iniusto bonorum operis quere supra de incri
pentibus Item infra de operatione

De innocentia Gregorius in moralibus
Plerumque quod res quelibet innocenti
incute consumitur sed ipso conspectu a
nimus compunctione gladio confoditur Ideo
enim david vite quingentis ideo studio
se respexit quia concupivit sed patrinus
ideo concupierat quia incaute respi

xit Idem nichil simplici corde
felicius quia quo innocentia er
ga ceteros exhibet nichil est quod ab aliis
pati formidet Idem Illum facit
summa de ipso presumi deo quem
abstinendo pravitatibus innocentia
fuat alienum Idem Si mentis inno
centia custoditur et licet foris que
dam infirma sint tamen quoque ipse
innocentia vere relevant Idem
in registro Sicut multorum iam
conpunito didicimus in damphus ex
pendit quod qui cum petro congrega
Sed nos multos nichil in iuste pudet
studere de iniusticia nichil habe
mus cum rebus semper campa
dampnum est ergo petat Idem Vas
inter ipsos sit ante conspectum omnipo
tentis dei in bonis operibus exhi
bere debetis ut in die iudicij ne
queat invenire quod abscondam dei
videre et abstineat insidiante vale
at accusari Idem in pastorali Sit
quod plerumque quod deo amore gravior ardes
ita post culpam quam securitate cor
poris innocentia Augustinus super psalmum re
tempni duobus modis nocet ho
minibus si facit iniuriam vel si deserit
iniuriam Innocens vero est qui nec
sibi nec aliis nocet Idem de civita
te dei pertinet ad innocentis officium
non solum nemini malum inferre
verum etiam apud quelibet cohibere
vel punire peccata ut aut ipse qui
plectitur documento pene corri
gatur aut alii terreantur exemplo
Idem in regula magis innocentes
non estis si fratres vestros quos indi
cando corrigere potestis tacendo pe
rire permittitis Idem in epistola Sicut
non estis beneficientie adiuvando
efficere ut bonum quod melius est amit
titur ita non est innocentie parcen
do sinere vel permittere ut malum quod

graminis mundatur Idem in libro de
vita christiana nichil deo dignius nichil
carius esse potest quam ut innocencia
tota observacione teneatur quamvis enim
quis in aliis operibus devotus appa
reat si non habuerit innocenciam frus
tra sibi blanditur de iusticia quere
supra de consciencia bona Ambrosius
libro de officiis hoc est innocentem
esse ignorare quod noceat si tantum
sentitur ab aliquo dicat decembris
quam fidem esse in omnibus arbitratur
Idem Iteram efficiunt vitam tranquilli
tas consciencie et securitas innocencie
Idem in libro de penitencia facilius inveni
quam vidi innocenciam servavit quam qui
veram penitenciam egit post peccata Idem
super Lucam Tales leges iniquitas
habet ut quod odit zelus et in
nocencia iniquitas diligat plura
que supra de consciencia bona Ergo in
sinodo Gaude innocencia et exul
ta gaude inquam quia ubique secura
es et illesa si tempteris proficis si hu
miliaris erigis si pugnas vincis
si occideris coronaris tu in servitute
libera es in periculo tuta in custodia
leta tibi omnis reatus adicitur tibi
omnis malicia subiugatur te po
tentes honorant principes sublevant
magnates exquirunt etiam illi te
desiderant qui impugnant tibi boni
parent mali invident emuli zelat
inimici succumbunt nec poteris vin
ci quia victrix non esse etiam si tibi
inter homines iustus iudex defuit
Ieronimus ad Oceanum Innocens et
absque simulacione commissatio quanto
exemplo mihi prodest tanto plenius
nocet si adversum fidei non cont
dicat nam nam et latratu canum
et baculo pastoris est lupora rabi
es deterrenda Augustinus libro de s

intelligendum Ieronimus Ex hinc peccati pudo
rem et illinc infernum teniens ibi hor
rorem et hic in mundo vim illorum in
merge primus me purus et innocentem
in infernum demergem quam peccatum i
me semper dimittere mallem enim
purus et innocens apertum in gehenna
intrare quam peccatorum sorde pollutus
celorum regna tenere cum procerto
constet solos malos et peccatores in
inferno torqueri solos que bonos et
innocentes in celesti beatitudine re
foveri Bernhardus in libro de consideracione ad
eugenium papam non eris innocens
si vel peccatas cum tu fortasse preven
dum esset aut preceptis ei qui fuerat
puniendus Idem super Cant Non me
diocris titulus perfecto virtutis est
inter pravos vivere bene et inter malig
nantes tandorem innocencie retine
et morum lenitate Cassiodorus in libro
de anima vir sipiens purus et inno
cens omnes laudat et semet ipsum ac
cusat ut complaceat universis
sibi displicet plura que supra de
consciencia bona Idem de cordis puri te

De inobediencia Greg in moral
Ille primus inobediens mox
ut supplicando peccando peccavit pu
denda texit quia cum contechant
prius deo intulit mox contechan
tarius invenit Idem Cum huius
mundi successus sequitur tunc locus
superior impetratur is qui ad hec per
picienda patiens obedit obedire plus vir
tutem adimit ut evacuat si ad hec
etiam ex proprio desiderio anhelat Idem
adde conventum obediencia ducatur
tum mente ad superi suscipienda pro
bra huius seculi nequaquam ex parte
aliqua etiam sua vota coniunctatur
Idem Dignum perfecto est ut adeo bu
sitas per ostracienus tamus minime

nessionibus non vult esse subiec-
tus. Idem in registro. Apud nostre-
tes dum quamvis sit evidens in obe-
dientia vitio haec ipsa tamen ob statuta
esse solet. Plura quere infra de obe-
dientia. Aug. in li° confess. Nemo in-
vitus bene facit etiam si bonum est
quod facit. Idem in libro de civitate
dei. Si quis in domo per inobedientiam
pati domestice adversatur corripiatur
seu verbo seu verbere seu quolibet alio
genere pene licito atque iusto quantum
societas humana concedit pro eius
qui corripitur utilitate quibus pati
unde dissilierat coaptetur. Ambros.
in exameron. Non mediocris nobis
pudor est imperio dei insensibilia ele-
menta parere et hominem non obedire
cum ab ipso deo auctore sensibus et
intellectu tributus est. Gregor. super Iob.
Quanto seniora sunt precepta tan-
to maius supplicium restat hiis qui
non obediunt. Plura quere infra de
inobedientia. Bern. in epistola. Facere ma-
lum quolibet etiam iubente constat
non esse obedientiam sed potius inobedientiam.
Idem. Extorta seu coacta licentia
non est licentia sed magis violentia.
Idem in sermone. Hec profecto sunt multorum
hodie pusillanimitas et perversitas quo-
rum ut plurimum abbas querit optat
quid vis ut faciam tibi, sed non ipsi que-
runt domine quid me vis facere. Consi-
derare igitur nunc habes et intuemur
ipsi quid sibi precipi velint subditi
sed non ipsi considerant que sit volun-
tas preceptoris. Idem. Qui vel occulte
vel aperte satagit ut quod ipse vult
hoc ei prelatus iniungat ipse se se-
ducit et frustra sibi blanditur de o-
bedientia. Prelatorum non cum in ea
re prelato sed magis ei prelatus obedit.
Idem in libro de precepto et dispen-

sation. Imperfecti cordis et infir-
me prorsus voluntatis indicium
est statuta seniorum studiosius
discutere, hesitare ad singula que
iniunguntur, de quibuslibet
rationem petere, male suspicari de quo-
libet precepto cuius causa latu-
erit, nec unquam libenter obedire
nisi cum audire contigerit quod for-
te libuerit aut cum non aliter
licere seu expedire monstraverit vel
aperta ratio vel auctoritas indubitata.
Idem. Si iubente seniore ut silea[m]
libitum mihi forte per oblivionem
elabitur verum me fateor inobe-
dientie sed venialis. Si autem contra
temptu sciens et deliberatus pro-
te in verba pro nugacio et nugacio si-
lencii legem prevaricatorum me con-
stituo et criminaliter pecco et si impe-
nitens persevero usque ad mortem dam-
nabiliter peccatum. Idem in sermone. Si
moleste susceptis sustine si indicate
prelatum si murmuras in corde non
est virtus obedientie sed velamen ma-
licie etiam si compleveris impleas quod
iubetur. Idem super Cant. Si in die ie-
iunii mei invenitur voluntas mea
non tale ieiunium elegit sponsus
Christus nec sapit illi ieiunium me-
um quod si libens obedire sed in vicium o-
bedientie proprie voluntatis detrahit.
Si ergo non solum de ieiunio sed de
silentio de vigiliis de oratione de di-
lectione de opere manuum postremo
de omni monachali observatione ubi-
cumque invenitur tantum voluntas
monachi in ea et non magis vo-
luntas magistri id ipsum senio iudican-
dum. Idem. Non vos felices. Quere
infra de prelatis bonis. Idem. Aman-
dacis tuis intelligo et quere super
de gustu spirituali. Plura quere infra
de obedientia. Seneca in epistola. Cum
inopia vel iniuria liberis decipit pat-

tem arcelissimam virtutis effugit solus facere quod volt qui nesciens aliquid facit Tull' li° 1° de offic' Cum deliberant utrum illud quod iustum et honestum videtur sequantur in ipsa deliberatione facinus concipiunt plura quere infra de obediencia de pacientia de iudicio quere supra de luxuria et de gula infra de iudicio de inquietudine quere supra de inconstancia et infra de gere Seneca verecundia ad innocenciam proximum locum tenet De infamia spirituali quere supra de amore potacio Greg in li° de laudibus pri pauli tales fuerunt celestis curie senatores que sup de amore potacio

De insidiis dyaboli que supra de iniuriis item sup de demonum temptacionibus de temptacione Aug in li° de divinacionibus demonum Dyabolus est humani generis inimicus adversarius inventor mortis superbie institutor radix malicie scelerum capud princeps omnium viciorum persuasor omnium voluptatum plura que sup de demonibus item de demonum temptacionibus item infra de temptacione Ambros sup lucam Qui sunt isti latrones nisi angeli noctis et tenebrarum qui se nonnunquam transfigurant in angelos lucis sathane sed perseverare non possunt hii sunt qui nos primo despoliant indumentis virtutum et gracia spirituali et sic inferre vulnera consueverunt plura que sup de demonibus de demonum temptacionibus Iohannes sup Ieremiam dyabolus bono operi semper invidet ubique gradientibus semper ponit insidias Idem sup dyalogum vero dum ipsus abyrahel persequitur ipsi et dyabolus contemptus a sanctis viris confugit in scandala Idem

venena non dant nisi sint melle circumlita et vicia non decipiunt nisi sub specie et umbra virtutum plura quere sup de demonibus de demonum temptacionibus Cyprianus in epistola scias hoc opus semper esse dyaboli ut servos xpi mendacio laceret ut opinionibus falsis gloriosum nomen infamet ut conscientie sancte que virtutum luce clarescunt alienis rumoribus sordidentur plura que sup de demonum temptacionibus item infra de mala fama Idem Cyprianus in epistola dyabolus pacem pollicetur tibi ne pervenire possit ad pacem salutem promittit ne qui delinquit veniat ad salutem Beda sup illud prima petri fratres sobrii estote et vigilate quoniam adversarius vester Cyprianus dicta pondurus circuit unumquemque ille nos singulos et tamquam hostes clausos obsidens muros explorat et temptat an sit aliqua pars murorum minus stabilis et minus firmatus cuius aditu ad interiora nostra penetretur offert oculis nostris formas illicitas et faciles voluptates ut visu destruat castitatem aures cum armis per canora musice temptat ut in sonu dulcioris auditu solvat et molliat xpianum vigorem linguam cuivis nostram convicio provocat manum irritam iniuriis lacessentibus ad impetenda cum cedis instigat ut fraudatorem vos faciat lucra componit iniusta ut animas nostras laqueo pecunie capiat ingerit perniciosa compendia terrenos honores promittit ut celestes honores eripiat ostendit falsa ut surripiat vera et cum latenter non potest fallere tunc aperte minas terrorem turbide persecucionis intentat ad debellandos xpi servos semper inquietus et semper infestus consistit imparem sub

nō

dolus supersapacione violentus quam obviam. Sic ergo miles contra cunctas dyaboli vel fallacias insidias vel astucias minas et minicias stare debet semper instructus armis fidei et paratus et armatus semper ad impugnandum. Plura que supra de demonibus, de demonum temptacionibus. Greg. in mor. li. xxxi. Per temptaciones dyabolus aperit libidinis et subdito fraudulenter [illegible] desiderata suggerit castitate. Idem. Hostis noster in hac vita nos positos quanto magis rebellare nos conspicit tanto nos amplius expugnare contendit. Eos enim pulsare negligit quos quieto iure se possidere sentit. Plura que supra de demonum temptacionibus. Aug. li. primo de civitate: nullus hominum ita locutus est ut in omnibus ab omnibus intelligeretur. De instabilitate quere supra de inconstancia.

De intelligencia et intellectu. Greg. in mor. Quam bene potest intelligere qualis ipse [illegible] est tales [illegible] debet ipse conspicere qualis ipse non est ut [illegible] fama [illegible] quantum ipse de isto bono deformis est. Idem in xvi mor. Humane intelligencie sublimitas apperit superna abscondit. Idem. In hoc mundo dum vivimus tunc perfecte que scienda sunt scimus tam proficientes per intelligenciam nichil nos scire perfecte cognoscimus. Idem. Dum in corporalibus mens se totam delectando inserit tunc ab intime intelligencie subtilitate grossescit. Idem. Dum pensamus et intelligimus quales erga quosdam alios fuimus esse circa nos alios tales minus dolemus quia aliena in iusticia in nos illud vendicat hoc quod in se iuste [illegible] recipiat. Plura que supra de

cognicione dei et [illegible]. De cognicione sui ipsius, de cognoscendo deum. Idem. Omel. xxvij. Quid nos sunt intestamentis nisi uberum illius occulta et misteria [illegible] que tunc vocamus cum verba vite cum aviditate sumimus. Iugiter eo de vocacione verbo quid aliud quam pigricie mentis torpor reprehendit quod eius verba atque misteria et per eos in ipsos nos reficimus et dicta ab aliis utiliter audimus. Aug. de civitate dei. Tria sunt que in uno quoque quere supra de consideracione. Idem ibidem. Multa ad fidem katholicam pertinencia que supra de consideracione. Idem in li. lxxxiij questionum. Nullus bonum perfecte intelligit quod non perfecte amat. Idem de doctrina christiana. Disputacionis disciplina ad omnia genera questionum que in litteris sacris sunt per intellectum penetranda ac dissolvenda plurimum valet. Cavenda tamen est ibi libido rixandi. Idem. Non simus in disputacionibus prompti et in oracionibus pigri. Plura quere supra de cognicione propria. Item supra de consideracione, de deo, de donis. Crisos. super Math. Sicut de deo multa intelligimus que supra de cognoscendo deum. Idem in sermone quando accubueris que supra de cognicione sui ipsius. Item supra de deo. Bern. in epistola. O utinam saperes et intelligeres ac novissima provideres que inferni sunt perfecto inferna horreres superna appeteres que sunt mundi contempneres. Idem in sermone. Super omnes doctores me intellexi. Si queris vel quo pacto numquid quia superna et [illegible] me videri aut quia [illegible] epulis [illegible] numquid quia [illegible] argucias aut [illegible] vel

fallacias intellexi aut ut intellige
rem laboravi absit sed quia testimo
nia tua que sunt Idem Au non infla
ciones et torsiones in conscia sua
sustinebit qui hominis est sciens in
debite bonum et non faciens an non
tupinm mortis et dampnacionis
tormentis sustinebit quociens in men
tem eius venerit filius que dominus
ipse dicit quia sciens sciens volun
tate domini sui et non faciens plagis
vapulabit multis Idem super Can
Est quidem quantum inest omnis
sciencia bona querere super decon si
deracione Idem orans quidam sanctus
deus inquit noverim me noverim
te breviter quod oro sed fideles hec
enim est vera philosophia et utraque pa
rs cognicio necessaria ad salutem ex
priore si quidem timor concipitur et
humilitas Ex posteriori vero spes et ca
ritas generatur Idem tria sunt que
oculum intelligencie confundunt
atque a contemplacione veri luminis
excludunt scilicet tenebre peccatorum
et eorumdem recordacio et cura ac
tuum exteriorum Idem Inicium salutis
est intelligencia peccatorum nam
nam qui peccare se nescit corri
gi non potest plura que super de
cognicione peccatorum Item super decon
sideracione de deo Idem in libro de con
sideracione ad Eugenium papam In
tellectus est cuiusque rei invisi
bilis certa et manifesta noticia
Ysidorus de summo bono libro 2o Ea que
supra hominis intelligenciam sunt scru
tanda non sunt et quod quid
supra hominis intellectum est quodcumque
ab homine non est Cassiodorus in libro
suo de anima Nimia magnitudo
sciencie est intelligere suam parvi
tatem nec prevalet quisquam ho

hoc ipsum scire nisi cum sibi repe
runt divina potestate plura quere
super de cognicione peccatorum Glosa super
illud ad Hebreos 1o Cum cum sit splen
dor glorie ubique siquidem religioso
nobis opus est intellectu maiore
non ubi de deo loquimur aliquid vel
audimus quia ad loquendum digne
de deo iam non prevalet intellectus
multa namque de deo nos legimus
que loqui penitus non valemus
multa quoque de deo loquimur que
non intelligimus quod enim deus est
ubique scimus qualiter autem sit ubique
per intellectum non valemus capere
Item quod deus est incorporea virtus
que omnium est causa scimus vel intel
ligimus qualiter autem vel que sit is
ta virtus multum per omnem modum
ignoramus Glosa super illud psalmi In
mandatis tuis exercebor Nemo ad
penetralia intellectus pervenit nisi
prius intra prius fuit Glosa super
illud Ezechielis 2o Bos modios Ra
mo capacitate intellectus tribuens
pro se operacionis modus Glosa Illud
in Ubi maius donum sciencie vel
intellectus tribuitur ibi transgressor
maiori subiacet culpe plura que
infra de sapiencia bona et mala A
ristoteles super 1o methaphysice Omnes
homines natura sciencie sunt desi
derant Idem in libro de anima Molles
carne aptos mente dicimus Tullius
in tusculanis Aristoteles ait Omnes me
lancolicos ingeniosos esse itaque
ego me tardiorem esse moleste non
feram Avicenna dicit in phisica
sua Multe carnes et dure gros
sum intellectum declarant Carnes
non leves et molles bonum et subti
lem intellectum plura que supra de
prudencia Boecius in libro de consolacione

Est mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas sed ad falsa quoque devius error abducit Item infra de memoria de prudencia de sapiencia bona et mala de sciencia bona et mala de scriptura de studentibus de intemperancia quere supra de gula Item supra de carnalitate sive de carnis cura Item supra de continencia preterea de deliciis de modestia de temperancia de voluptate

De intencione pura sive recta Gregorius super Ezechielem omelia septima super illud Proverbiorum Oculi sapientis in capite eius quere supra de cogitacione Idem ibidem Restat ut summo opere debeamus intencionem nostram discutere quatenus autem quod facimus non nostro sed divino zelo faciamus ne in hiis que agimus nobis potius quam domino ministremus Idem ibidem in omelia 2 super illud Psalmi Ambulans in via immaculata Habet enim maculam in via qui in opere bono quod agit terrene glorie premium sibi ponit qui in hoc mundo mercedem operis recipere quaerit et fedat in conspectu dei speciem boni operis macula prave intencionis Restat ergo ut summo opere inde supra Idem in moralibus libro 1 super illud Job Verebar omnia opera mea Sepe cum bona nostra facta latrocinante fraude deperiunt quia rectis nostris se actibus cupiditates terrene subiungunt ergo omne bonum quod agimus per intencionem rectam semper ad celestia elevemus Idem Considerandum nobis est opus nostrum quale sit que saltem cogitacio in opere vel que sit intencio in cogitacione quod quod enim agitur in iudice intencionis pensandum est quoniam apud districtum hoc iudicem hostem si accio sit in publico ut intencio maneat in occulto Idem in 2o moralium super illud Job Tonso capite corruens in terram adoravit Illud enim per capillos nisi defluentes animi cogitaciones accipimus quid vero per caput nisi illa que principalis animum tenuit scilicet racionis est tamen mentis intencio significat Unde et aliter dicitur Et oleum de capite tuo non deficiat Oleum quippe in capite est caritas in mente et oleum a capite deficit cum caritas a mente descendit Caput ergo detondendum est cogitaciones superfluas a mente resecare et primam intencionem corrigere detonso ergo capite in terra corruit qui repressis prave intencionis et cogitacionis presumpcionibus quam infirmus in semet ipso sit humiliter cognoscit Plura quere supra de cogitacione Item supra de accione vel de activa vita Item supra de operacione bona vel mala vel de voluntate bona vel mala Idem in dyalogo Multa videntur bona sed non sunt quia bono animo non fiunt Idem in 1a moralium Omne quod agitur quere supra de accione vel de activa vita Augustinus in epistola ad Publicolam et habetur in decretis xxiiii q. v. de occidendis Absit ut ea que propter quere supra de bonitate et bono Idem in 4o de libero arbitrio Valet intencio ad initium accio ad complementum sed utrosque preveniunt cogitaciones ad cogitandum cogitacio namque liberum cogitat arbitrium et cetera quere supra de cogitacione

Greg. li. 2. de compunctione cordis. Non ideo homo creatus es ut deo servias et illi placeas et tu de mercede cogitas. Vide que supra de cogitatione, plura que supra de activa vita. Item supra de cogitatione. Item infra de voluntate cordis, puritate, de conscientia bona. Supra in epistola. Quandoque agis pro eterna mercede agas, nichil studeas agere propter laudes nichil propter hominum opiniones nichil propter famam aut favorem sed tantum propter vitam eternam. Plura que infra de operatione. Idem non quid sed ex quanto considerat deus. Ex voto ille solummodo deo serviunt qui studio placendi deo bonum agunt. Ysidorus de summo bono. Hec per contingit. Vide que infra de timore bo. Greg. nazazenus. Recte intentionem deus maxime cooperari consuevit. Gregorius in mor. li. xxxiiii. Recte est ut cum bona res agitur prius cogitationis mercede vinciatur, si a radice munde intentionis prodeat amaros nequitie fructus producat. Idem in li. xxviii. mor. Vigilanti cura per cuncta opera nostra intentio nostra pensanda ut nichil temporale in hiis que elegit appetat, sed totam se in soliditate eternitatis infigat, ne si contra fundamentum actionis nostre fabrica parietum deficiente solvatur. Aristoteles in ethicis. Virtus quidem intentionem facit rectam. Plura que infra de voluntate. Aug. li. xv de civitate. Circa primam tutissima querentis intentio que proficiscitur ad fidem. Bern. super Cant. Intende non in deum sed non propter deum in prosperitate anime est intendere in aliud quam in deum sed propter deum non Marie sed Marthe opus est. Intendere autem in deum sed propter solum deum hoc plane est Marie. Non intentionis simplicitate sed habere faciem pulcherrimam sicut turturis pudica enim est avis turtur et con

versatio eius non tum in multis sed solitaria sedet et gemit. Plura que supra de cogitatione, de cordis puritate, de conscientia bona, de activa vita, de operatione bona. Idem super Cant. Contumelia non habet virtutem apud deum que gloriam querit humanam. Ideo quia maxime opus est intentionis puritate qua soli deo mens nostra affectat placere et velit firmiter inherere. De intentione corrupta que supra de conscientia mala. Item supra c. proximo.

De invidia et odio. Greg. in mor. De invidia oritur susurratio detractio exultatio in adversis proximi et afflictio in prosperis nascitur. Idem. Ex postea puniendi sunt retributionis supplicio nunc semet ipsos afficiunt invidie tormento. Idem. Pravorum hominum mentes cum quedam a proximis bene gesta conspiciunt in contemplatione livoris sui aculeo torquentur et gravem invidie sue penam sustinent cum in aliis bona habescendo videt. Idem. Dum electi proficiunt reprobi ad rabiem furoris et invidie concitantur et bona nascentia que nolunt imitari gravius persequuntur. Idem. Invidia iram generat quia quanto interno livoris vulnere animus sauciatur tanto mansuetudo tranquillitatis amittitur. Idem. Invidi dum bonum quod videt accusare nequeunt celata malicia malum quod non vident ad accusandum querunt. Idem in mor. xxxv. Ex invidia propter omne vitium hujus germinis antiquus hostis nostris undique infunditur in invidie tunc nequicia tota sua in pectore serpens concutit et imperciende malicie pestem vomit. Ipsa namque pestem vomit corporis optiora designant quod gravant intus animam nequissima hec instringat color quippe faciei fallo pallore afficit

oculi despiciunt mens accenditur
et membra frigescunt fit incogita
tione rabies in collocutione furor inden
tibus stridor Idem ibidem Nemo me
tem livor cruciat quia hoc quod appe
tit quia aut funditus alius adimit
aut aequalitate restringit Idem
in omelia quadam quia in invido continue fit
tum hoc procul dubio proximus invide
mus videtur cum quod volus de
sit hoc quod alius advenit Idem in
dyalogo Antiquus hostis unde bo
ni crescunt per caritatem proruche ad
gloriam inde peiores per invidiam rapit
ad penam Idem In moralibus libro xxx Qu
am livoris peste plene caret desi
derat illam hereditatem diligat quam
capiendum numerus non angustat que
est omnibus una et singulis tota
que tanto longior ostenditur quanto
ad hanc percipiendam numerus dilatatur
Invidentie ergo livoris est affectus
interne profectus dulcedinis et ple
na mors eius est profectus amoris
caritatis qua cum animus illam
terrena desiderat nichil est quod eius
caritati circa proximum contradicat
plura que infra de malicia Item in
teriora. Augustinus de doctrina christiana Ancer
tas deus invidie pestem ab animis
nostris ne dum christianorum vitium enim
dyaboli tale est invidia quod solo dy
abolus est et inexpiabiliter reus est
non enim dicitur dyabolo quod dampnetur
quia adulterium commisisti aut furtum
fecisti vel villam alienam rapuisti sed
quia homini stanti tu lapsus contra
invidisti Idem in libro de virginitate de
virginitate Superbiam sequitur invi
dia tamquam filia pedissequa eam
quippe superbia continue parit nec un
quam est superbia sine tali prole at
que comite quibus solus dyabolus est
invidus Idem Tolle invidiam et tuum
est quod habeo vel quod ago tolle inv
idiam et meum est quod habes et quod
agis ubi enim est invidia fraternus
amor esse non potest Idem super
illud psalmus Ut videret populus eius In
vidia est odium felicitatis aliene
plura quere infra de superbia Crisostomus
in sermone Zelus o invidia o omni
malicia cumulata invidia enim ignis
inextinguibilis est et enim sicut tinea
comedit vestimentum sic et invidia
consumit eum qui cumulatur eum autem
cui invidet clariorem reddit Idem super
Matheum Quando bonum in sua virtu
te laudatur tunc mali invidia
cruciatur Idem ibidem O invidia que
semper tibi es inimica nam qui in
videt semper ignominiam facit sibi
ille autem cui invidet gloria parit
non gravat si paciens est sed ad
hoc magis commendat Idem per formis
homo amor et per formam odium quere
supra de amore proximi Idem super
illud Mathei xx Et pares illos
nobis fecisti etc Cum aliquid alii
datur ita dolet invidus ac si sibi
totaliter subtrahatur Idem invidi sunt
feris ac bestiis deteriores quia de
mones invident demonibus pares
fortassis aut et illis deteriores quia
demones invident tantum homini
bus invidi enim tam animalibus quam
corporibus sunt infesti Idem Fera
pessima est invidia nam conversa
tione privata causa et mater est
omnium malorum Idem Sicut scarabei
delectantur in stercore sic et invidi
in aliorum miseriis et infortuniis
delectantur Idem super Johannem Invi
dere passio fornicatione et adulterio
multo deterior est Idem invidi o
culus liquatur tristicia et tamen morte
vivunt continua Idem Zelus est o

odium et invidia ppt deum qui ami
ticia ppt dm Cum em ppt deum
amamur debitores dei sumus cum
ppt ipsum odio hemur debitorem
nobis deum facimus Ieronimus in
epla O invidia primo nocens tm
ospathane caliditas semp sancta
psequens Idem Invidia semper
sibi credit abstractum qd qd aliene
laudi fuerit impensum felicitas
semp invidie subiecta est Idem
Iustinus invidia nichil est que p
timus ipm rodit corruciat et aium
invidentis plura que infra de ira
Item infra de odio Idem sup apche
dm ppe modum ualem est ut in
vus odit socm et socius inviciem
Seneca nuqm melius torquebis
invidos qm uirtuti et glorie sue
do Idem in tusc odium est ira in
ueterata valerius maximus libro ys
Ire et odii affetus magnos impetu
ibus huius comitant fructus ille
ceursu celerior ille no nocendi cu
piditate ptinacior est ysid in syno
nimis Invidia aime tynea sensum
comedit pectus urit mente afficit
cor hauriens quasi queda pestis par
cit et ardore pestifero cuncta bo
devorat et consumit Idem iudeum
Odium aregno dei sepat acelo ab
trahit aparadiso deicit odium nec
passione admittur nec martirio
Rabanus sup lucam Invidia ma
lis omnibus peyor quos tepus liba
ri nequiunt quos uiliciant ad cu
ram non rodeunt non ueniunt
ad salute Invidia delatores ueneum
t mi uinus peior mar origo
omnium uiciorum habet qui non uiderit
bona uidebit habet qui nesciuerit
mala nesciet habet qui fiuset ui
net qui sectabit moriet ambros

lo de solitudinibus Qui bonis altius
congaudet sanctis consentit qui aut
invidet demonibus similis est
siquidem magis puto saluacionem
comendam cuius qui pars bonum facit
et factis alioum fauet qui illius q
multa et invidet aliis Cyprianus
Carthaginensis loquens de invido
sic ait hinc uultus minax tor
uus aspectus pallor infacie tremor
in aliis stridor in dentibus uba ra
pida et effrenata convicia et ma
nus ad uiolencia prompta hugo
de sco uictore Invidia est arbor
cuius radix superbia truncus ma
licia rami no rancor et odium fo
lia detractiones et mendacia flores
aut pallor et macies s fructus
eius eterinus interitus Basilius in
omelia Fugiamus invidiam abi
ciamus pietatis obstaculum regni ce
lestis uiam iehenne et prinicias
eterne pene Exterius libro tercii
tis ut cpd et quibus quarta pars
colonis detinendi habetur Natura
le vicium est .i. contra natura ab
omnibus negligi quod abomnibus
possideat et quasi se nichil habe
qui no totum habent arbitrantur
deinceps quosque suam corrupi ptrz
patitur dum inimicz aliene Bld pre
pis xxiii Invidia et ira indiuiso cu
rent Tull in rethorica ca 2o vir
tutis comes est invidia Affricanus
Et quidem industria sua uirtute uirtute
uero gloriam invidos cumulos co
parant Idem cont Cantilin Absen
tem non intelligo cur invidere quidem
dolorem acquirant pluriros se cu
multas qui si sale purent Seneca
in epla Invidia sui ipsius pena est
quot enim et quanta sunt gaudia
felicium tot et tanti sunt gemitus

invidorum. Idem. Laus honoris est
supplicium invidorum. Idem. Odia tec-
ta peiora sunt quam aperta. Idem. Odio-
sa mens in ulle factorum furias
dispertivit. Socrates. Si eum invidiam
vitare esto sicut vir tristis sola enim
invidia miseria non sentit invidia.
Item Seneca in proverbiis. Non dum
felix es si non dum te turba deri-
det et si nullos tibi inimicos facit
invidia. Idem. Facilius est pauperis
contemptum effugere quam diviti invidi-
am. Boecius in libro de consolatione. In-
vidia sui auctoris consumptiva est. Ju-
venalis. Invidia comburitur intus et
extra de ioco et risu querere supra de
gaudio malo. Item infra de ludis.

De ypocrisi et simulacione. Gregorius
in moralibus. Omnis ypocrita quia
male iuste simulans iniustorum sibi lau-
dem arripit alienum est profecto quod
tollit. Idem in moralibus. Ypocrita as-
pectus sancte conversacionis habitu
filiorum suorum custodiam deserit sed
postmodum in monasterio tempora-
lia defendere etiam iurgiis querit.
Idem. Omnes ypocrite dum honorem
virtutum simulant imitacionem speciem
habent sed veritate accionis sancte
non habent. Idem. Illud libro viii°. Ple-
rumque ypocrite per assumptam speciem
maturitatis ostendunt quatenus si-
lencii longanimitate pacie et virtute
continencie decorantur sed dum per hec
quesiti culmen honoris attingerit
dumque sibi iam cunctis reverencia
impenditur protinus se in lascivias
voluptatis et bona que simulata
fecerant non ex bono corde se re-
misse ipsi sibi testes existunt quia
ea citocius diminuerunt. Idem. Que
est vita ypocrite nisi quedam visio
fantasie fictis que hoc ostendit y-

magine quod non habet in veritate.
Idem. Nullus ypocritam audet cor-
rigere suus enim esse non appetit
sed vocari. Dum ergo corripitur
in opinionis sue gloria detruncatur
unde se deprehensum impuritate
cordis vel operis irascitur et turbatur
et loqui sibi quelibet redargucionem
prohibet et irascitur qualis enim
apud imperitos innotuit talis esse
vult ab omnibus sapientibus estima-
ri. Pavor morum quam corrigi quia
redargucione deterior redditur un-
de ex apparatus protinus in contumeliam
surgit et que mala continet intam
correptionis exaggerat inquirit
reprehensorem suum longe magis et
incomparabiliter esse reum demonstrare
desiderat ut innocentiam suam non
suis actibus bonis sed alienis cri-
minibus manifestet. Idem in pastorali.
Inter ypocritas iure deputatur
qui ex simulacione discipline ministerium
regiminis vertit in usum dominacionis
tu autem fictam fugiens humilita-
tem illam sectare que vera est quia
propius decorat humilitate in qua non
sit inclusa superbia. Multi namque vir-
tutis speciem umbram veritatem vero
pauci sectantur. Pascale enim est
aliquem habere vestem contemptam
et alios submissius salutare ma-
nus aliorum et genua deosculari
et inclinato capite interrum ocu-
lis quoque deiectis humilitatem ac man-
suetudinem polliceri lenta quoque
voce tenui quoque sono sermones in-
fringere crebrius quoque suspirare et
ad omne verbum peccatorem atque miserum
se clamare sed si vel levi sermone fuerit
talis simulator offensus continuo
videbis eum attollere supercilium leva-
re cervicem et delicatum illum oris

sanctus in pravis clamore virtutis Idem
Gregorius super illo verbo Job xx · divi-
cias quas devoravit evomuit
et de ventre illius extrahet eas deus
vult enim ypocrita sancte divina eloqui
nec tamen vult facere nisi docte loqui
nec tamen vult vivere et ideo iniusto
dei iudicio quia non agit quod no-
vit eciam hoc quod novit amittit ut
quia sciencie sue pravam operacionem
non sociat quanta pravitate bonum
operis eciam ipsam scienciam perdit Idem
xvi · li° moralium super illud Job xxvii
Que spes est ypocrite si avare ra-
piat et non liberet deus animam eius
ypocrita qui latina lingua dicitur
simulator iustus esse non appetit
sed videri Et idcirco raptor avarus
dicitur quia dum agens inique de fide
vult venerari de sanctitate laudem inde
rapit sed alienae Idem ibidem Studium
ypocritarum esse solet ut quod non
sunt appareant et hoc quod non sunt
esse hominibus innotescant refugi-
unt apparere quod sunt sed ante oculos
hominum superducta quadam innocencie
honestate se vestiunt unde recte per
ewangelium voce nostri redemptoris
increpantur cum eis dicitur Ve vobis
ypocritis quia similes facti estis
sepulcris dealbatis que foris quidem
apparent hominibus speciosa sed intus
vero plena sunt ossibus mortuorum
omni spurcicia ita et vos foris qui-
dem apparetis hominibus iusti intus
autem estis pleni avaricia et iniqui-
tate Idem ibidem Tunc dum ypocrita
innotescat cum hunc tribulacio vero
tribulacio angustat nam dum in hoc
seculo quesite felicitatis effectum in-
venit mox anctore suo quem habet
in ipsam felicitate tribuit requirit
Idem in eodem super illud Job xxvii Si
comportaverit sicut terram argen-

tum et sicut lutum preparaverit vestimen-
ta imparavit quidem sed iustus vestietur
illis et sicut argentum innocens
dividet argentum intelligi sacri
eloquii claritas solet iustus ergo
vestietur eis vestimentis que preparat in-
iustus quia viri sancti eiusdem sancte
sacre scripture auctoritatem utuntur
quibus se pravus quisque vel hereticum
doctum ostenderit contra veritatem conna-
batur exemplo de gladio Golie que
David cum eodem interimerat Aug.
li° de doctrina christiana et habetur in de-
cretis · xli · di · quibus quis rebus pro
temporibus distinctius utitur quin se
se mores habeant eorum cum quibus
vivit aut intemperans aut supersticio-
sus est quisquis non sic eis utitur
ut metas consuetudinis bonorum inter
quos conversatur excedit aut aliquid
significat aut flagiciosus est in omnibus
enim talibus non usus rerum sed libi-
do in culpa est quod circa locis perso-
nis et temporibus conveniat diligenter
attendendum est nec temere flagicia
reprehendamus si enim potest fieri quere
sapiens degula nam in omnibus huius-
modi rebus non congruorum natura qui-
bus utimur sed causa utendi et con-
modo appetendi vel reprobandi vel im-
probandi est quod facimus vel habemus
Idem super Mathiam Malus spiritus stul-
ticie alter peior simulacio sapiencie ma-
lus spiritus erroris alter peior simulacio
veritatis malus spiritus temeritatis al-
ter peyor simulacio fortitudinis malus
spiritus spiritus ignorancie alter peior simula-
cio sciencie malus spiritus spiritus spiritus
impietatis alter peyor simulacio pie-
tatis malus spiritus spiritus elacionis
sed alter peyor simulacio timoris ma-
lus spiritus spiritus preparacionis sed alter
peyor simulacio consilii Idem in li° de vir-
ginitate Simulacio humilitatis ma-

caz est simplicia Idem de conflictu
Simulacio dicit et que supra de con-
flictu Idem de penitencia Cautus
sit penitens ut caveat peccare supra
de confessione Ambrosius in sermone Omnis
simulacio et omnis duplicitas men-
dacium est mendacium namque et que
infra de mendacio Crisostomus super illud Luce
6 ypocrita eice primum trabem ab
oculo et si quomodo reprehende Idem
Idem ibidem Omnis sacerdos et que
supra de correctione [illegible] Idem
super quod dic ypocrita si bonum est esse
malum ut quod non es appare quanto
si autem melius est esse bonum quam
malum ut quod non es esse quod es
appare Idem Qui bene predicat et ma-
le agit deum instruit quemadmodum
ipse dampnetur Idem osculum pacis
porrige tempore quo sacramenta ce-
lebrantur in usu ecclesie est sed vereor ne
plures cum nobis labiis tantum pacem
faciant cum tamen Christus non ore
sed concorde velit proximum non labiis
salutari Idem inimicus manifestus
melior est quam amicus fictus ille
enim dum timetur de facili cavetur
iste vero dum non cognoscitur prevalet
et confundit Idem ypocrita assimilatur
cancro qui faciem habet precedentis
ante sed tamen vadit retro Idem Si
quis ieiunat et tristem se facit ypo-
crita est quanto iniquior est qui non
ieiunat et tamen in facie sua quibus-
dam artibus pingit venale colore
Ieronimus super Matheum ypocrita est qui
aliud est et aliud simulat aliud voce
pretendit et aliud operatur Idem in ori-
gine super Iudicum nunc rara fides
est in hominibus aliud enim in labiis
et aliud in corde versatur et vene-
num cum sanguine medulla conte-
gunt vel abscondunt Idem in epistola

ad Eustochium Cauta magis esse
quam videri stude quia nec velis
estimari quod non sis ubi duplex
peccati reatus est scilicet non habere
quod creditur et quod non habes simulare
Ysidorus de summo bono libro 3o ca° ca° 38
dupliciter dampnantur ypocrite sive
pro occulta iniquitate sive pro aperta simula-
cione Ex hoc enim condempnantur
quia iniqui sunt ex illo vero quia si-
mulant se esse quod non sunt Idem
ibidem Omnis sincerus permanet nam
que simulata sunt diuturna esse non
possunt Idem ca° 36 Cavendus est
inimicus qui manifestus est sed
multo magis ille qui videri non
potest facile enim vitamus quem
videmus quem autem non videmus
difficile se a nobis compellimus Idem
sepe per simulacionem amicicia colliditur
ut qui non potuit aperte decipere
decipiat fraudulenter Idem probatur
sed magis quam prospera comprobatur
si deus et proximus diligitur quia
dum adversa provenerint tunc amor
fraudulentus ostenditur Idem qui cru-
cem portat debet et mundo mori
nam crucem ferre semet ipsum est
mortificare ferre vero crucem et
non mori simulacio ypocritarum est
Bern. super Cant. Ve portantibus
crucem et non sicut salvator sua
sed sicut ille cireneus alienam nec
semel et ne solo pauperibus sump-
tibus portantibus crucem Christi sed
non sequentibus Christum duplicia enim
contricione conterentur qui eius-
modi sunt quia et hic pro gloria
temporali se affligunt et in futuro
pro interna supplicia ad eterna supplicia
pertrahentur Talos ergo de torrente
in via bibunt sed non exaltabunt
capud qui enim facit supplicia ypo-
crite sub pannis humilitatis simulate

inclusum non habet unde se pal
leat humana malicia nisi unde in
voluta est salvatoris infancia I
dem Homines semper malicia voce
palam nominat nec umquam bonus
nisi boni simulacione deceptus est
Idem Intende in deum quod non propter
dum ypocrite est et unum et si una
facies decora videtur ipsa tamen
simulacio totam viam decoris con
sumit et si magis pectatum cor
pus et animam totaliter ingerit fe
ditatem Idem in libro de contemptu
mundi Non dicet ypocrita gloria
mea testimonium consciencie mee quod
et si indicanciam eorum faciem verbo
vultu et habitu simulacionis delu
dat opinionem hominis non tamen
eius qui scrutatur renes et corda
fallet aut evadet ulcionis iudicium
Idem in epistola Nemo magis iram
dei et hominum incurrit quam amicum
se simulans inimicus Petrus Rave
nas super illud Mathei vi Nolite fieri
sicut ypocrite Ypocrisis subtile
malum est secretum virus vene
num latens virtutum fucus et tinea
sanctitatis Idem Ypocrisis est cognata
febri nam frigido poculo comparat
super illud Iohannis xix Videbunt in
quem transfixerunt sicut eadem carne
venturus est in qua crucifixus
est Glosa super illud Hester vii Aman
quoque prorupit et deprecatio amor
ad Hester oppressio dicitur ab apparcio
quod in die iudicii peccatorum et reprobo
rum ordo dei est invitacio Unde et
scriptum est Cum iudicavit vocat
condempnatus tunc etiam apparebitur
iniquus oppressio et iniuria et vio
lencia quam sanctos et humiles oppresse
runt quos decreverunt publicare
Glosa super illud Ysaie xxvi Hasta
vindemia et sua insumacione hinc
peccata dictorum recordacio erit
materia cruciatuum futurorum Glosa

super illud 1 Cor. 4o illuminabit ab-
scondita tenebrarum Omnia gesta et dicta et
cogitata tam bona quam mala singu-
lorum hominum et bonorum et malorum te-
nebunt omnibus nota et aperta Glossa super
illud Ezech. 7o   nunc adveniet Ju-
extremo iudicio non communi sed commu-
nicatum iudicium peragetur Glossa super Johel
secundo Comedat mane et iudicium contre-
mi ab excelsibus et potentibus in-
cipiet Glossa super illud Malachie 4o Quis
poterit cogitare diem iudicii decies in-
dicii erit lux eterna sed peccatoribus tene-
bre permanebunt perpetue et blasphemus
penas timentibus vero proxima videbi-
tur Clemens in epistola ad apostolum Petrum
Nullus umquam peccare poterit si ante
oculos suos iudicium dei ponat Be-
da in omelia Vnde faciet virgula de-
serti quod timore mortis generatur cedrus
libani i. sancti et electi paradisi In
vitas patrum quidam senex pater
sic ait Ego tres res timeo Vna est
quando anima mea egressura est de corpore
meo Secunda est quando sum occursurus
domino meo et omnibus sanctis eius Ter-
cia est quando proferetur sententia finalis super
omnibus factis meis et reddet unicuique
prout gessit in corpore sive bonum sive ma-
lum Zephar qui et albumazar dicitur
et astrologus et astronomus in libro
de introductorio maiori de iudiciis as-
trorum tractatu 3o differentia prima inicio sic
dicit Sicut circuli superiores et quod
in eis complanete moventur ista inferiora
corpora terrestria motu frequenti sic
generacio et corrupcio fit frequenter in hoc
mundo usque ad tempus quod deus
voluerit Sibilla tyburtina Judicii sig-
num tellus sudore madescet. E celo
rex veniet per secla futurus. Scilicet
in carne presens ut iudicet orbem

Vnde deum cernent incredulus atque
fidelis. Celsum cum sanctis et in iam ter-
mino in ipso Sic anime cum carne ad-
erunt quas iudicat ipse Cum iacet
incultus densis in vepribus orbis
Reiecient simulachra viri cunctam quoque
gazam Exuret terras ignis pontum-
que polumque Inquirens tetri portas
infringet averni Sanctorum sed enim cuncte
lux libera carni Tradetur sontes eterna
flamma cremabit Occultos ac-
tus retegens tunc quisque loquetur
Secreta quoque deus reserabit pectora
luci Tunc erit et luctus stridebit
dentibus omnes Eripitur solis iubar
et chorus interit astris Volvetur
celum lunaris splendor obibit Deiciet
et colles valles extollet abysso Non
erit in rebus hominum sublime vel al-
tum Iam equantur campis montes
et cerula ponti Omnia cessabunt
tellus confracta peribit Sic pariter
fontes torrentur fluminaque igni Et tu-
ba tunc sonitum tristem dimittet
ab alto Orbe gemens facinus
miserum variosque labores Tarta-
reumque chaos monstrabit terra
dehiscens Et coram hic domino
reges sistentur ad unum Decidet
celo ignisque et sulphuris amnis
Plura que super de dampnatione

De iudicibus et iudicio hominis
Gregorius in omelia dicitur est ut
qui nescit tenere moderamina vite
sue iudex fiet aliene Idem Judicare
digne de subditis nesciunt et nequeunt
qui in causis subditorum sua sequuntur
odia vel favores Idem libro 4o moralium
super illud Job Memento quia ventus
est vita mea Cum maiora nesci-
unt iudicare de minimis nequaquam
possunt Idem Jurgancium contro-

versias que sup. de correctione c
quitate Idem tres sunt acceptio
nes munerum ad quas festinat conside
de admiciend munus namque a
corde est accepta gratia cogitatio
ne munus ab ore est gloria per fauo
rem munus a manu est premium
perdicionis plura que supra de cor
rectione prelatorum Item infra de in
fra de iudicis superius de iusticia de
sacerdotibus malis Idem Cum sensus
ipsum prius non iudicat quod in alio
recte iudicet ignorat Idem in mor.
nullus unquam bene iudicat quod
ignorat li. xxviii in decret. de
pe. di. vi ca. primo Caueat iudex
ut sicut non quesiuit tamen neq
tie ita non careat munere scientie sed
cum ut sciat cognoscere quod quid debe
at iudicare iudicaturus cum pietas
hoc postulat ut quod debet iu
dicare discernat Idem in mor. Omnis
qui iuste iudicat que infra de mi
sericordia et iusticia plura que in
fra de sacerdotibus malis Idem in
registro Cum iudicibus assistunt
et sincere erga eos affectionibus
astringuntur debet eis illa sinceriter
persuaderi que et animas saluant et
opinioni sue bone fame non contra
dicant Idem Quotiens ira animum in
uadit que supra de ire remedio Au
gustinus in epistola et habetur in decret.
Non debet iudex iustum vendere
iudicium nec testis verum testimonium
quia si vendat ad notatus iustum patro
cinium et imperitus verum consilium
Idem Ignorancia iudicis plerumque
fit calamitas innocentis Idem Iu
dicium non perficitur si disciplina non
corrigat Idem Iniquum est ut quis
quam iudicare de alio velit et iu
dicari de se nolit Idem Cum iudica
rius tenet ipsum sine adulatione iudi
ca proximum cum dilectione Idem Sim
plex christiane iudex per patris offi
cium persuice ne dolcas iniquitati
ut consule memento humanitati
Idem de pe. Sacerdoti omnis con
fitetur peccator et ante quem constituitur
omnis languor in nullo corpore sit iu
dicandus que in aliis iudicare ipse
est promptus iudicans enim alium in
quo ipse met iudicandus est condemp
net semet ipsum Idem Non iudicat
personaliter qui iudicat equaliter Idem
contra donatistas Non facile pro uno
peccatore aduersus in vinculum reli
gionis et unitatis unios et inge
nio magno ac uberi doctrina pre
ditos nisi per tractatus viribus atque
bene perspectis rebus sua scienda
est Idem xxiii in testem inuoco quod
mallem per singulos dies meis ma
nibus operari quam tumultuosas per
plexitates causarum pati Aug. v. q.
i. Non nos quemquam sicut scire non
possumus nisi aut sponte confessum
aut testibus conuictum Idem in li.
xviii de ciuitate c. xxviii Potencia
ad metu iusticie vel iusticiam accedere
vel subsequente potencia faciat iudi
ciariam(?) pertinentem potenciam cum sequi
debet iusticiam non preire Ambrosius in
sermone Iudex constans nec sanguinem
innocentis addicet morti nec mu
neribus cedere debent nec timori Idem
super Beati immaculati Scalibus venia
datur erranti quam impube in aliud
iudicare iniquum est cum eandem formam
vides meditare quam in aliud decre
nisti Idem ibid. Christus peccatricem iudicis
sententiam quam suscepit dicens Non
possumus enim amore ipso facere quod que
bonum enim iudex nihil ex arbitrio

suo facit aut quod domesticae propriae voluntatis sed iuxta leges et iura pronunciat patris cum iuris obtemperat et non propriae voluntati nichil patitur et meditatum de domo defert admixtum sed sicut audit ita iudicat et sicut se habet natura negociorum se determinat legibus obsequitur non adiungat iura tamquam parens conamat et non mactat. Disputate ergo iudices secundum a summo iudice mundi quae in iudicando tenere debeatis affectum quam sobrietatem quam sinceritatem in iudicando cum non conira voluntate aut potestate sed cogitatione formare debemus sententiam. Idem in sermone. Certum quod nonne speciem esse quo iudicio iudicabitur eodem iudicabitur de nobis absque dubio levius iniuris et moderatius iudex est et plus bonitate cognoscit quam severitate compellit amicus cum indulgentiae familiaris venire est ut dum eam frequenter impertitur proximo ipse semper eam accipiat a Deo. Idem in apologetico. Saepe in iudiciis damnatus perdere est iudicis quam semper perdere de quo fuit iudicatum. Idem unum semper est de alio quere infra de iudicio primo. Idem in sermone. Melior est causa quae non defenditur et probatur plenior iustitia quae non illius astruitur sed veritate fulcitur ut taceat lingua. Unde necesse est ut ubi ipsa veritas vel equitas adest taceat lingua in bono et iusto negocio quia et malas causas lingua obtinere consuevit. Nolo sic iustitiam defendi sicut solet iniquitas occupari. Idem iudicat ille quere infra de iudicio primo. Crisostomus super Matheum opere imperfecto. Iusti iudicis et benigni est suas iniurias contempnere sed aliorum iniurias iudicare. Idem. Facile declinat a iustitia qui in causis non deum sed hominem formidat. Hic peccandi differt facultatem sed peccandi non aufert voluntatem. Idem. Haec est iudicii disciplina scilicet primus contrariae partis causam cognoscere et sic agnita veritate sententiam promulgare tamquam cum nulla personae acceptione pandunt. Ysidorus de summo bono libro tercio capitulo liiii et habetur in decretis. Quatuor modis humanum pervertitur iudicium: timore, cupiditate, odio et amore. Timore dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pavescimus. Cupiditate dum premio muneris alicuius corrumpimur. Odio dum contra quemlibet adversarium molimur. Amore dum propinquis vel amicis obtemperare contendimus. Hiis enim de causis saepius innocentia leditur et saepius equitas violatur. Idem ubi supra capitulo liiii. Non est persona in iudicio consideranda sed causa. Cum consanguinitatis vel amicitiae favore vel inimicitiarum occasione iudicium pervertunt procul dubio Christum qui veritas et iustitia est contempnunt et ab eodem in iustissimo iudicio contempnuntur. Idem ibidem. Qui recte iudicat et inde premium remunerationis cogitat fraudem in deum perpetrat quia iustitiam quam gratis impertiri debuit acceptione pecuniae venalem facit. Idem. Neminem stultorum vel improborum oportet iudicem esse. Nam stultus per ignorantiam et improbus per improbitatem corrumpit quam didicit veritatem. Idem. Furor in iudice veritatis non valet investigationem invenire quia mens turbata furore alienatur a perscrutatione iustitiae. Idem. Omnis qui recte iudicat quere infra de iustitia et iura. Idem. Plerumque pauperes lacerantur a pravis iudiciis quam acerrimis hostibus. Nullus enim tam cupidus praedo crudelis est in alienos quam in

dex impius et iniquus est in suos
Unde Salomon ait Leo rugiens et
ursus esuriens princeps impius
super populum pauperem Idem de summo bono
Ubi sunt iudices et elati ut videantur sa
pientes non diiudicant causas sed auf
ferunt et conturbant iudicii ordine
dum scilicet non contenti suo officio alie
na presumunt Idem Sepe iudices pra
ui cupiditatis causa aut differunt
aut preveniunt iudicia nec finiunt cepta
negocia quousque marsupia eorum qui
causantur exhauriant Idem iudices in
qui que supra de acceptione personarum
Idem in synonimis Noli esse plus iustus
quam iustum esse ama eum qui minus est
meum est Idem ibidem. Nulla iudices
suspicionis arbitrio percutias proba et
sic iudica non enim qui accusatur sed qui
convincitur reus est Idem Pereunt le
ges avaricia iudicante cupiditatis
amore iudices nichil iura valent Idem pe
cunia et dona legibus iura absu
lerunt ubique pecunia vincit ubique
venale iudicium est Idem Cito viola
tur iusticia nullaque pertimescit re
us culpam quam redimere nummis confi
dit plus enim obtinet mente in
dicis amor lucri quam equitas iudi
cii Idem libro ethicorum Iudices dicti .i.
ius dicentes populo sine quo iure
decepterit iure aut discepitare est
iudicare iuste non est autem iudex
si non est in eodem iusticia plura
que supra de acceptione personarum in iu
dicio Item supra de advocatis Item
supra de dyscussione factorum Bern. ad
Euge. Petam utrique gladius ecclesie et
materialis scilicet et spiritualis sed is quidem
pro ecclesia ille vero ab ecclesia exercendus ille
militis manu hic sacerdotis sed sane
sine ad nutum sacerdotis et iussu
imperatoris Idem ad eundem tradicores

humane regnant in ecclesia hodie que in
tam leges sunt quam lites et cavilla
tiones animas hominum subvertentes tu
vero pastor et episcopus animarum quam diu
te sustines coram te sile dei legem
et illos de humanis legibus cau
gaudere plura quere supra de acceptio
ne personarum Item supra de advocatis
Item infra de prelatis Glo. Cor. v. Iu
dicis non est sine accusatione dampnare
unde nec eciam Ihesus Iudam abiecit
quia non fuerat accusatus Glo. deutero
nomii Humanus testium plurima in omni iudi
cio sine divine scripture auctoritas requiratur
unde et dominus dicit Sommatam prophetam
Glo. Gen. xviii descendam et videbo etc.
Dum omnia novit hoc nobis exemplo
reliquit mala ergo hominum non ante cre
dite quam probate hinc est quod iudex tu
men sibi notum iure non prec
pulus est Iudicante ex cuncta rima
ri et ordine rerum plena inquisicione
disputare plura de iudicibus et iudicio
hominis que indicentabilis plura que
supra de advocatis Lotharius in quo
dam in vectura de malis iudicibus
et advocatis Thali iudices et personarum
acceptores non attendunt merita cau
sarum sed personarum non iura sed munera
non iusticiam sed pecuniam non quod ra
cio dictet sed quod voluntas affectet non
quod lex sanciat sed quod mens cupi
at non inclinant animum ad iusticiam sed
iusticiam ad affectum non quod licet hoc
libet sed quod libet hoc licet pauperum
causam cum mora negligitis sed divitum
causam cum instancia promovetis in illos
rigorem ostenditis sed cum istis cum man
suetudine dispensatis illos enim cum
difficultate respicitis istos cum favore
tractatis illos vix auditis sed illos istos
subtiliter auscultatis ne volens quia hu
tum virum in arca sed dampnum meo

presencia pecuniarum captivatis sed animarum captivatis. O falsa divitiarum iudices felicitas que per divitie veraciter efficit infelicem. Hu rapiunt maiora pat° uum munera sed timeo ne rapiant ad yma plura que supra de acceptione personarum de advocatis Radulphus Calumpnia est qua quibusdam veri similibus racionibus aliena res usurpatur et corrupto muneribus iudice seu falsis allegacionibus iuste iudicatur deteriori quia iniuste impeditur plura que supra de advocatis Tullius libro 2o de officiis Iudicis est semper in causis verum sequi non verba Idem libro 3o tres neque contra rem publicam neque contra iusiurandum ac fidem amici ne causa vir bonus faciet etiam si de ipso amico iudex fuit deponit enim personam amici cum induit personam iudicis sed tantum dabit amicicie ut amici causam malit esse veram ut moderate litis tempus quia ad leges permiserit accomodet cum autem iuramento sententia dictanda sit meminerit se deum testem adhibere. Idem libro primo de officiis omnis animadversio et castigacio quere supra de correccionis equitate Idem grave pondus in iudice est splendet angeli claritate et moribus non luce quam enim iudices nesciunt quibus delinquant racione vendunt aliena emunt sua faciunt maiora precia Idem Optimum iudicem puto qui cito intelligit et tarde iudicat in iudicando enim celeritas est temeritas plura que supra de correccionis equitate Bern. in libro de xii gradibus humilitatis Amor et odium nesciunt iudicium veritatis nam iudicium veritatis audire potest audio nec ille iudex verum sit iudicio non potest odio non potest amor non potest timeo est enim iudicium odii potest nos legem habemus et secundum legem debet mori Est et iudicium timoris ut illud Si dimittimus eum sic venient romani et tollent nostrum locum et gentem Est et amoris iudicium iniquum ut illud david de filio parcenda vel parcendo. parce filio absolon Ar. in vto ethicorum Homines qui dubitant refugiunt ad iudicem ad iudicem autem ire est ad iustum Iudex enim debet iustus Cassiodorus in epistola 3 facilius recta persuasio est innocentes iudex sub iudice predicabili qui satis prodest modos probabiles non habere plinius optimum iudicem existimo qui cito intelligit et iudicat tarde quorum alterum prudencie alterum vero diligencie est Valerius libro vi Zalentus et Seneca de clemencia libro primo tamen omnibus et quere supra de correccionis equitate Helinandus libro xi Demostenes orator ait Lingua causidicorum dampnosa nisi vinciatur cum ut dici solet funibus argenteis apud malos iudices eciam ipsum silencium est venale Valerius maximus libro 4o Charius curius romanorum legatus cum simitas inussis in scamno ligneo rudi sedens atque de ligneo catino cenans respuit magnum pondus auri quod ei legati samnitum attulerant et iudice dicens Narrate samnitibus marcum curium malle locupletibus imperare quam ipsum locupletum esse et mementote me nec acie posse vinci neque pecunia pecunia posse corrumpi plura infra de iudicibus et iudiciis quere supra de accepcione personarum Idem supra de advocatis de dispensacione de correccione prelatorum de iudicio temerario de iusticia prelatorum de ypocrisi supra ypocrites Cum potestatem sibi datam ministrorum conscienciam purgare debet Iustum est

ut delicta corrigat aliorum ipse vero et ea
dem non committat vitat ergo quod vin
dicat Idem Stultum est ut quis velit
aliis imperare qui sibimet imperator esse
non potest Ex concilio parisiensi xxiii
q. iii de illicita nemo presumere vel presumere
quia non convictus neque confessus est
iudicandus Sixtus papa scribit univer
sis episcopis per ytaliam constitutis Incer
ta nemo pontificum iudicare presumat
et quamvis vera sint tamen credenda
non sunt nisi que certis indiciis com
probantur nisi que manifesto iudicio
convincuntur vel que iudiciario ordine
publicantur xxx. q. v. Incerta Evaris
tus papa scribit universis episcopis Nulla
ante veram iusticiam quam probationem iudica
re debemus aut dampnare mala ita
quod audita nullum moveant nec pas
sim dicta absque certa probatione quis
quam umquam credat sed ante audita di
ligenter inquirat nec precipitando quis
quam aliquid agat xxx q. viii. nullo
Eleutherius papa Iudicantem opor
tet cuncta rimari et ordinem rerum
plena inquisitione discutere interrogandi
et videndi obiciendi quam plurima patientia
ut ambarum partium actio sit ita plene
consummata xxx. q. v. iudicantem Iohan
nes in apparatu concilii antonii
patet quod iudex non secundum conscientiam
suam sed secundum allegata debet iudicare
ar. ii q. i deus omnipotens. iii. q. vii
Iudicet xi q. iii. eorum tunc vero plerosque
quod xx q. v. presbiter de c. di. v. c. ult.

Detractio temeraria Gregorius in mora
libus Plerosque ut dum ad aliena
iudicanda mens hominis ducitur ipsa in
diiudicatione succutitur et eo durius cetera
aliena peccata suplicat quo negligentius
sua ignorat Idem quibus quis puplice
vel inimice tyrannidem sive captiva
mente suscepit hoc primo dampnant

parantur quam clausis cordis oculis equitate
iudicium perdit nam cuncta que ab aliis et
bene geruntur sibi displicent et ea sola
que vel ipse etiam perversa fecerint sibi pla
cent Idem Cuncti vane glorie sectatores
et que superius de gloria vana Idem Stulta
cum tum prudentiam facta conspiciunt
licet eis omnia reprehensibilia videntur
quia sue stultitie et infirmitatis obli
ti tanto deterius de alienis iudicant
quanto sua profundius ignorant Idem
in pastorali Saepe pastoris est et indiscretis
ut in re dubia certa dicantur sinistra pla
querere super decompsita mala Item super
decredulitate de Errore de conspicione
aliorum Item infra de suspicione de suspi
tione Idem in moralibus Sancti viri alie
na opera etiam parva mirantur sua vero
etiam bona vel magna despiciunt Repro
bi autem que sua parva vel prava sunt
admirantur et plerosque de suis malis
bona estimant de bonis autem alienis
male autem sentire et dicere numquam
cessant Augustinus de libero arbitrio capitulo
xxx. xii. omnis opinio vel in veritate
vel errore versatus est vel credentis
sensus autem aut consuetudine aut na
tura valet posset autem fieri ut aliud
sit in opinione et aliud in sensu cum hoc cog
noscere facile est quod plerosque aliud faciend
esse credimus et aliud facere delectat et
aliquando verior est sensus quam opinio
sit videlicet illa de errore sed ille de na
tura est veluti cum eger plerosque aqua
frigida delectatur quam tamen credit si
biberit sibi esse nocituram Aliquando vero
verior est opinio quam sensus sicut
si credat artis medicine obesse frigida
cum revera oberit et tamen bibere delec
tet aliquando aut utrosque in veritate est cum
scilicet illud quod non solum ita creditur
sed etiam libet aliquando utrosque in errore est
cum scilicet illud quod nocet et prodesse

creditur et bibe non desunt Idem ibidem
Solet aut et vita optimo prima corri
gi consuetudine et prima optimo lecta
de primare natura tanta enim vis
est imp immoparatu domus Idem ad Chaa
dem Chores viri non coco q quisq no
vit s coco q quisq diligit Iudicare
solent nec faciunt apud nos bonos
vel malos nisi boni vel mali amores
Idem in suo pastorali homini temera
riis iudicijs plena sunt omnia de quo
enim in multa sperauimus subito defiat
et fit pessimus de quo multum desperamus
pro fiat et fit optimus nec timor in
certus est quis hodie sit vel quisq uno
homo novit ipse de se quis aut aut
qualis aut quid cras futurus quisq
nec ipse de se novit Idem in sermone de
monte dm Illi maxime temere iudicant
de meritis alienis et aliorum facta faci
le reprehendunt qui magis amant vi
tuperare et dampnare quam corrigere et
emendare quod quidem morbi vel superbie
vel invidie est Idem in epistola Quem no
cet diabolus etc quere de fama Ide
in li de baptismo parvulorum Cum in rebus
incertis nulla est humanitas etc quere supra
de credulitate Idem non reprehendamus
quere supra de corruptione aliorum plura
quere de conscientia mala De credulitate
de errore de detractione De corruptione
de suspicione Ambrosius Homini iudicia se
pe falluntur etc quere supra de fama mala
Idem Vnusquisq de alio quere infra c
proximo Idem multi habent speciem humili
tatis quere supra de humilitate Hom
Crisostomus super Math Pene malum hoc omnibus
hominibus invenitur ut alias culpet
errantes et ipsi in eosdem currant
errores Idem ad condempnandum ceteros
quere supra de detractione plura quere
infra c proximo Item infra de suspicione
quere infra c proximo Idem in li
de compunctione cordis Qualiter de
lictis fratrum et amarissimi iudices
residemus trabes aut trabes infixas
proprijs oculis non videmus quia a
liena etiam minima perscrutamur Idem
iudicare de alterius mente summa diffi
cultas est Ieronimus ad Celllam Periculo
sum est de servo alterius iudicare et ne
fas est veteri prima deponere de rectis
Idem non est dubium quere infra de
suspicione plura quere infra de con
scientia mala De credulitate de errore
de detractione de corruptione Ysidorus
et Herm in decretis di. Bac
dum q plena q capita quo causa quo
persona quo loco quo tempore considranda
sunt ne quorum modi quia non in
dagant propter hoc in errores laberinthi
nonnulli impingunt tum autem
iudicant quam intelligant prius
inculpant quam iterare lecta pertinuat
sine perquirant Idem de summo bono
Quamvis humana iudicia quere supra
de conscientia mala plura quere supra
de temeritate Item infra de suspicione
Basilius in li de septem creaturis Iudicant
tunc et pueri dicunt superbe filii in
rege suo qui sunt ad latera aquilo
nis Exaltentur et elevent tunc se
cedrus libani cum pluribus et cum ut
crint opprimunt tunc quosque pue
blasphemant et maledicta congregat
venient super nos absque ulla com
cum populo quam meretrix una copiosa e
medio Idem super Cant Cave aliene co
versacionis etc quere supra de occupa
cione aliorum Idem ibidem Ei is qui de
claustro est quere supra Idem in epistola Er
ror humani iudicij est bonum putare
malum aut malum bonum aut vim

verum falsum aut falsum verum sed et certa recipere pro dubiis aut dubia pro certis. plura quere supra de conscientia mala. Beda super illud Nolite iudicare et cetera. Hoc in loco nichil aliud nobis comprimo precipi nisi ut ea facta que dubium est quo animo fiat illud quod factum est vel cum incertum est quo animo fiat illud quod factum est vel cum incertum est qualis enim quis futurus est qui modo malus vel bonus apparet. Idem super illud prima Cor. iiii Nolite iudicare et si suspiciones vitare non possumus quia homines sumus hec est enim humana temptatio et venialis culpa. Gregorius Nazazenus in apologetico Observamus invicem diligenter non iam sed aliena peccata non ut placeamus aut compaciamur sed ut imputemus et provocemus non ut curemus sed ut amplius videamus malos aut et bonos non ex eorum moribus sed ex nostris partibus iudicamus et que forte cras in aliquo placent hodie crastinus si fuit ex parte alterius displicebit ut sic qui laudabatur hesterno culpabitur hodiernus. plura quere supra de credulitate de comparacione de suspicione.

De iudicio proprio. Gregorius in moralibus. Reprehendat semetipsum in minimis qui se meminit in maioribus deliquisse plus quisque se corrigat propria vicia feriendo et postea iudicet alios corrigendo. Idem Qui semetipsum prius non iudicat quid in alio recte iudicet ignorat. Idem Recte alios iudicare non valet cui innotescens conscientia regulam iudicii non prebet. Idem venturo iudicii tanto nunc securius quisque comparat quanto nunc cottidie metum suum suspectus examinat. Idem Electi quique

quere supra de discussione factorum. Idem Sancti viri quere supra de iudicio dei. Idem durus est quere supra de iudicio temerario. Idem in Registro Dum mens ad aliena peccata considerenda rapitur proprii iudicii rune privatur. Idem in moralibus Qualis ipse debet esse quere supra de correctione bona. Idem in omelia Rarum curiositas est que supra de curiositate. Idem in moralibus Sancti viri aliena opera quere supra de iudicio temerario. plura quere supra de compassione bona. Item de amore privato de cognicione sui. infra de oracione bona. Augustinus Ascendat homo tribunal quere supra de consideracione. Idem in epistola Iniqua est quere supra de iudicio bonis. Idem in sermone Cum iudicamus te ipsum quere supra. Idem non iudicat personaliter qui diligit equaliter. Ambrosius in apologetico Unusquisque de alio iudicaturus prius iudicet de se ipso nec mora in alio curata contempnet cum ipse graviora committit. Idem Iudicet ille de alterius errore qui non habet quod in semet ipso contempnet plura quere supra de conscientia et de consideracione. Gregorius in sermone Quando accubueris et cetera quere supra de consideracione. Idem super Matheum Unusquisque semet ipsum ex alio iudicat plura quere supra de proximo. Item supra de conscientia de consideracione de cognicione sui.

De iugo Christi et dyaboli. Gregorius in moralibus Anima quanto crebrius iugo dyaboli se subiciat tanto se sibi ipsi magis intollerabile reddit et quanto dyaboli iugum tenuerit durius tanto delinquit difficilius. Augustinus de doctrina christiana Sicut avaricia in infernum demergit ita iugum Christi in celum levare consuevit. Ambrosius super

Ubi immaculati portare iugum christi
suave est si portabis ornamenta ter-
renis esse non ancilla leve iugum
christi et ideo tertio tua subeo non pre-
mitur sed levatur. Idem de obitu Valen-
tiniani. Iugum ubi suave dixit et o-
nus meum leve quid enim qui iugum
ubi parentum temere suscepit omnis
disciplinae sibi grave esse non poterit.
Idem in libro de Ieiunio. Suscipe iugum
christi noli timere quia iugum est pro-
festinate quia suave est et leve non
conterit colla sed elevat non coarctat
sed honestat quid ergo dubitatis quid
procrastinatis non alligat vinculum vin-
culis sed mente copula gratia caritatis
non necessitate constringit sed voluntate
bonum opus dirigit. Idem super illud Iu-
gum bonum cum quibus. Dum iugum christi
suave non suscipit omnis grave collo
suo imponit quod portare minime suf-
ficit. Crisostomus super Matheum. Tollite iugum
meum super vos. O gravissimum pon-
dus quod magis confortat portantes
quam opprimat nam pondus terrestrium do-
minorum atterit paulatim et conterit
vires ministrorum pondus autem christi
magis adiuvat et sublevat baiulan-
tem. Idem ibidem. Iugum meum suave. Sus-
cipite ergo iugum meum et dispiscite
a me quia mitis sum et humilis in co-
pore autem gravis est iusticia christi
corpore autem suave est. Basilius in questione
sermone. Quod manifestum est hoc
dicit deus virtutis esse et non huma-
ne ... semel preter iugum de
... qui cum facit
peccatum servus est peccati nec idem potest
liberari nisi in manu forti. Idem gra-
ve legis iugum et mile peccatum nam
tenta est [illegible] in evangelio

suave iugum et sublimi regnum pla-
quere. Supra de adversitatibus de afflic-
tionibus de pace.

De iugo Christi iniunctis. Quibus
quibus servando iugum delecta-
... periunt hosti malignus fami-
liaris sunt. Idem [illegible] assumpto
sic enim sacerdos habitu filiorum suorum
custodiam deseruit sed temporalia post-
modum defendere etiam [illegible] que-
rit plura que supra de contemptione
et [illegible]

De iuramento et periurio. Augustinus
in libro de periurio et iuramento.
Iurare est deum qui est veritas testem
adhibere. Idem super Matheum. Dum grave
est peccatum periurare et verum dicens vel
non iurare omnino nec falsum iuran-
do semel ad facilitatem iurandi veni-
atur et ex facilitate ad consuetudinem
et ex consuetudine iurandi in periurium
iuxta precipitium est qui vero iurat
non peccat quidem sed iuxta peccatum
est qui vero non iurat omnino longe
est a precipitio et a peccato. Idem. Qui per
lapidem iurat falsum periurus est quia
non lapidem qui non audit sed eius
creatorem testem adhibet. Idem
in epistola. Homines malum est absque du-
bio pro falsum deum iurare veraciter
quam pro verum deum iurare fallaciter quan-
to enim illud per quod iuratur sanc-
tius est tanto magis penale quia
tale periurium est. Idem. Qui iuramen-
tum exigit ab alio multum interest
utrum sciat illum falsum iuraturum
an nesciat. Si enim nesciat et ideo
veritate compulsus dicit iura ut
sibi ut fides ei fiat de dubio non
audeo dicere peccatum esse tamen humana
temptatio est. Si vero exigit cum iura-

ve et stat cum falsum iuratum
homicida est. Primo iugulat homici-
dam quia ille corpus tuum occidit
hic autem duas animas interficiat
scilicet suam et alterius que adiu-
rando periurare provocavit. Idem
super Can. Jacobi. Iuratio falsa per-
niciosa est, iuratio non periculosa
est sed iuratio nulla securior est. Idem
ibidem. Nemo est qui frequenter iurat
et aliquando et aliquando non periuret. Pla-
ga que infra domum ipsius remissione de civitate
de iusticia. Ysid. de summo bono li-
bro 2° ca° xxxi. Quacumque arte verborum
quis iurat deus tamen qui con-
scientie testis est ita illud accipit sicut
ille cui iuratur intelligit. Idem. Du-
pliciter autem reus fit qui dei no-
men in vanum assumit et proximum
dolo capit. Idem. Sunt multi ad
credendum qui non moventur ad fidem
ubi graviter delinquunt qui
sibi loquentes iurare compellunt.
Idem ibidem ca° xxxiii. Non est serva-
dum sacramentum quo malum incaute pro-
mittitur veluti si quispiam adulte-
re perpetuam cum ea fidem polliceatur
permanendi tolerabilius enim est
non implere sacramentum quam in stupri
flagicio permanere. Idem et habetur in
decretis. In malis promissis rescin-
de fidem in turpi voto muta
decretum. Quod incaute fecisti
ne facias vovisti ne facias. Impia
enim est promissio que cum scelere ad-
impletur. Idem. Animadverte quod in
iuramento tres habet comites scilicet
veritatem iudicium et iusticiam que
si defuerint non iuramentum sed
periurium est. Idem. Cavenda est
iuratio nec utendum est ea nisi
sola necessitate. Idem. Iurare dei

est illa providentia dei qua statuit
deus sua statuta non convellere. Provi-
dentia dei est verum ad sue
sue
sine mutacione non penitere dei est
ipsius firmum seu statuta non revo-
care ut est illud. Iuravit dominus
et non penitebit eum i. illa que
statuit non mutabit. Glo. super illud
1 ad Cor. xv. Cottidie morior per
gloriam vestram. Falsum iurare gravius
fuit est peccatum. Valerius maximus
li° vi. Cum Alexander macedo addi-
ruendam lampsacum civitatem cum ma-
gno impetu ferretur progressum ob-
viam civitate obvium habuit
anaximenem preceptorem suum sciens
quod quod peccatus et ne sic nollet op-
ponere iuravit se non id facturum
quod ille peteret. Peto ergo inquit
ille ut lampsacum civitatem diruas
et dissipas. Et sic salus civitatis
iuramento obtenta est. Tull.
de offic. li° iii. Est ius bellicum fi-
des quod iuris iurandi cum hos-
te sepe servanda sed non semper tamen
enim ita iuratum est ut mens
concipit id faciendum est quod
autem aliter si non feceris nullum
periurium ut si predonibus vel piratis
pactum pro capite precium non attuleris
nulla fraus est si et iuratus illud
quod non feceris nam cum pira-
ta sit communis omnium hostis nec fides
nec iuramentum cum eo debet esse
commune. Seneca de beneficiis. Si promi-
seris aliquem te daturum beneficium et
postea scias eum malum dabis an
non. Si facies sciens peccas, das
enim cui non debes. Si negas hoc
etiam modo peccas promisisti enim
sed prudencia tua in hoc loco titubat
et illud superbum stulte promissum [illegible]
quam sapientis consilii sui penitere

nec umquam emendare quod fecit
nec umquam mutare consilium

De iure et iusticia Gregorius
in moralibus Humana iusticia di-
uine iusticie comparata iniusticia
est quia lucerna que in tenebris videtur
lucet in solis radio tenebratur Idem
Sepe iusticia nostra ad examen diuine
iusticie deducta iniusta est et sor-
det in districtione iudicis quod fulget
in estimatione operantis Unde dicit
propheta omnes iusticie nostre quasi pan-
nus menstruate Idem plerumque men-
tem sub optentu iusticie immanitas
ire deuastat et dum quasi fertur ze-
lo rectitudinis rabiem complet fu-
roris Idem in omelia Vera iusticia
compassionem habet falsa vero dedig-
nacionem quamuis etiam iusti solent
recte peccatoribus dedignari sed aliud
est quod agitur typo superbie atque
aliud quod fit zelo discipline dedignantur
et enim iusti non dedignantes ac-
tores hii qui de iusticia falsa superbi-
re solent et ceteros quosque despiciunt
nulla infirmantibus misericordia condescen-
dunt et quo se peccatores esse non cre-
dunt eo deterius peccatores fiunt Idem
in Registro Turpe est defendere quod
nunquam prius non constituit esse iu-
stum quia homines propter iusticiam
diligere non autem iusticiam propter homines
postponere Idem iustum est ut imi-
tatores illic separentur stipendio quos
proposito suo regimen dare reperiuntur
obsequium Idem super Ezechielem Cumque
peccator commissis iniquitatibus iam iu-
stus esse incipit tunc cepit accusare
quod fecit Cumque iustus non sit
qui conuersus iam in iusticiam iam per
lacrimas fecit plura que supra de iudi-
cio Idem in Registro Iusticiam quam in
corde gentis oportet ut luce bonorum
operum demonstret Idem in iiij^o moralium
super illud Job deridetur iusti simpli-
citas quere supra de simplicitate homo
Augustinus libro de vera religione Hec est per-
fecta iusticia qua pocius pociora et
minus minora diligimus Idem Iusticia
est quedam animi pulcritudo qua pul-
chri efficiuntur etiam illi qui corpore
sunt deformes Idem Tunc est plena
iusticia quando est plena sanitas tunc
autem est plena sanitas quando plena
est caritas erit quando videbimus
eum quem diligimus sicut est iusticia
indutus Idem in psalmo et locum Quamdiu
vnicuique videtur in ea que proficienda sunt
iusticia multum in hac vita profecit
ille qui quam longe sit abeo perfectionem
iusticie proficiendum cognouit Idem
de ciuitate dei Hec in vno quoque iu-
sticia est ut deus homini obedienti
animo corpori racio viciis etiam re-
pugnantibus imperet vel subigendo
vel resistendo ut ab ipso deo petatur
et meriti gratia et delictorum venia
ac de bonis fructibus beneficiis accep-
tis adeo vel hominibus gratiarum actio
persoluatur Idem in libro de mirabilibus
sacre scripture Perfecta iusticia hec
est virginitas sacerdocium et marti-
rium que triplex iusticia in abel per-
fuit qui munera beneplacita deo de-
uotus obtulit et perpetuam sine coniuge
in hoc seculo non reliquit et mar-
tirum coronam sanguinis effusione
promeruit Idem libro xiiij de ciuitate
capitulo xix In mortalis est omnis iu-
sticia nec in eterna beatitudine desinet
esse sed talis ac tanta erit ut per-
fectior et maior esse non possit
Idem in libro de trinitate Homines
dyabolum tanto magis imitantur
quanto magis neglecta iusticia po-
tencie student eiusque adepcione
letantur Idem de ciuitate dei Quid
sunt magna regna sine iusticia

magna latros tuna Idem iudeum Iuste quod quam malorum et que infra de potentibus Ambrosius in libro de paradiso Iusticia magis aliis quam sibi prodest et utilitates suas negligit emolumenta communia preponens Idem libro primo de officiis Iusticia suum cuique tribuit alienum non vendicat utilitatem propriam non negligit ut communem equitate custodiat opem fert aliis et pericula suscipit aliena Idem in sermone melior est tamen que superbis daudicibus Idem in libro de virginibus Iusticia quodam modo in alto locata videt et conploret omnia que potius aliis nata quam sibi nam tam suas utilitates quam emolumenta publica rimatur Idem super Lucam philosophi morales dividit iusticiam in tres partes unam scilicet in deum que pietas dicitur alteram autem in proximos vel parentes vel equaliter diligantur Tercia unde funeros ut illis concinnaros debita persolvantur ac non deum istius philosophice fastigium supergressus in eos quoque qui nos lesserunt unitos pietatis ac iusticie porrexit officium oportunum Crisostomus super Matheum Qui tenet iusticiam nullius patronus indiget iusti dei Idem sicut iusticia sunt vnam que infra capitulo proximo plura que de retentione protocum Ysidorus in libro differenciarum Iusticie principium est deum timere religionem venerari parentibus honorem deferre patriam diligere cunctis prodesse nulli nocere vincula fraterne caritatis amare aliena pericula suscipere miseris opem ferre beneficium accepti in assiduitate rependere equitate in iudicio conservare Idem ad districti iudicis comparationem nec iusticia secura est nisi pietate divina etiam ipsa iusticia qua quisque iustus est iustificante iustificetur

Idem in iiii° libro ethicorum Fas est lex divina ius autem est lex humana transire per agrum alienum fas est ius autem non est Idem ius generale nomen est lex autem iuris est species Idem ius autem dictum est quia iustum est omne autem ius lex et moribus constat Idem ius civile est quod quisque populus vel civitas sibi proprium humana divina que causa constituunt plura que supra de iudicibus plura quere in decretis de pe. di. i. Idem in libro de natura boni In iustum non est que infra de peccatoribus Bernhardus super Cantica Studeas ab sceleris omnem iusticiam adimplere paucum est ira per quam ad plenam leticiam pervenitur nam leticia primum est iusticia non iniuria et vita gaudiorum Idem Sic rigor iusticie semper ferendus sed iniquum preceps Idem contra iusticiam nec amicum quidem recipere fas est Idem in libro de consideracione Iusticia nec factura est utique alteri quod sibi nolit fieri nec quod sibi fieri velit alteri negatura in hiis nempe duobus liquet integram esse iusticie statum Idem in epistola Nunquam iustus arbitratur se comprehendisse nec unquam dicit satis est sed semper esurit sicut sitit quoque iusticiam in tantum etiam ut si semper viveret quantum in se est iustior esse vellet Idem in libro de quadripertito mundi panis anime iusticia est et soli beati qui esuriunt illam quoniam illi saturabuntur nimirum ad ymaginem dei facta est anima racionalis et ceteris quidem omnibus rebus occupari potest sed impleri non potest Idem in sermone Iusticia virtus est unicuique quod suum est tribuens ergo que sua sunt tribue si te iustum esse volueris approbare redde superiori reddas inferiori reddas et equali tunc quod debes habemus enim ante nos pares per nos

iuniores adoptiuis animas a principiis
inimicos reddimus ergo prioribus
obedientiam iunioribus doctrinam animas
leticiam Inimicis patienciam omnibus ca-
ritatem Idem Si iusti fuerimus debemus
deo honorem fratribus imitacionem defunctis
compassionem proximis amorem et malis
disciplinam mundo contemptum et dya-
bolo continuum bellum Alquinus qui et Al-
binus informator karoli magni Iu-
sticia est nobilitas anime suam cuique
tribuens dignitatem superiori reverenciam
pari concordiam minori disciplinam deo
obedientiam sibimet sanctimoniam animas le-
ticiam Inimicis patienciam inopibus com-
passionem Tull. li. 2° de off. Tanta
vis est iusticie ut nec illi qui ma-
leficio et scelere pascuntur sine ulla
iusticie particula vivere possint nam
archipirate sine principes latronum
nisi predam capta cum sociis equaliter
diuidant aut interficiantur aut a sociis
relinquantur Idem ibidem Iusticia est ha-
bitus animi communi utilitate servata
suam cuique tribuens dignitatem Idem
dicit Aristoteles Item Tull. ubi supra
iusticia est fundamentum perpetue commen-
dacionis et fame sine qua nichil
potest esse laudabile Idem in eodem
iusticia virtus est una virtutum omnium
domina et regina Idem in Rethorica
prima iusticia principium a natura pro-
fectum est quedam in consuetudinem
ex utilitatis consideracione venerunt
Seneca in li. de virtutibus Quid est
natura iusticia nisi natura quedam
tacita conventio in adiutorium multorum
inventa Et quid est iusticia nisi mutua
constitucio diuina lex et vinculum humane
societatis In hac non est ut estime-
mus quid expediat expedit enim
quidquid illa dictaverit Idem Quamprimum
iusticiam sequi decreveris tunc primus

et ama deum ut ameris adeo amas
autem deum si in hoc imitaris eum
ut velis omnibus prodesse nulli ob-
esse aut nocere et tunc te virum iustum
appellabunt et sequentur et venera-
buntur et diligent te Idem Iustus si
sis non solum non nocebis sed etiam
nocentes prohibebis Illam michi nocere
non est iusticia sed aliena abstinencia
Idem ibidem Ita iusticie amabilis ama-
bilis regula tenenda est ut reveren-
tia discipline eius eius nec nimia
negligencie comitate despecta vile-
scat nec senioris atrocitate durata
graciam humane societatis amittat Lac-
tancius in li. de diuina iusticia Quamuis
omnes virtutes sunt complectatur
tamen due sunt omnium principales que
ab illa diuelli non possunt pietas scilicet
et equitas Pietas non sicut veris-
sime Mercurius trimegistus diffi-
nit nichil aliud est quam dei noti-
cia Equitatem autem dicit bene iudi-
candi periciam quod et ipsum laudabile
est in homine iusto et se cum ceteris
hominibus coequandi quam Cicero vocat
equabilitatem Deus enim qui homines
generat et inspirat omnes homines equos
esse voluit et eandem vivendi con-
dicionem omnibus proposuit ac in immorta-
litatem omnibus spopondit nemo
apud eum servus est nemo dominus si
enim cunctis hominibus idem pater est
equo iure omnes liberi sumus nemo
pauper est nisi qui iusticia indiget
nemo dives nisi qui virtutibus
plenus est Diuites namque non fa-
ciunt homines insignes nisi quos pub-
licis operibus facere clariores multi
non pauperes videntur et tamen diuites
sunt qui et non egent et nichil con-
cupiscunt Aristoteles in ethicis preclaris-
sima quidem virtutum iusticia esse vi-
detur et non lucifer neque esperus

tam ad mirabiles plura que infra
de iusticia ca° proximo Item supra
de correctione de iudicibus et iudicio
hominis
De iusticia et misericordia Gregorius in re
gistro ipsa tunc dulcedo sit
inter tanta non remissa correctio
ut iusticie diligens non severa sed sit
altrum condiatur ex altero ut boni ha
beant amando quod caveant et prava
in metuendo quod diligant Idem Bo
in dulce et que supra de correctione et
equitate Idem in pastorali iuxta pau
li vocem in archa tabernaculi cum
tabulis testamenti simul etiam manna
fuit quia scripture sacre scientia in boni
iudicis et doctoris pectore sicut est
virga districtionis sic est et manna dul
cedinis Hinc etiam david ait vir
ga tua et baculus tuus ipsa me con
solata sunt virga enim percutimur
baculo sustentamur sed que et queere
supra de correctione hominis bona Idem
in moralibus Et habetur in decretis di. plu
ribus qui iuste iudicat stateram in
manu gestat et in utroque penso iusti
ciam et misericordiam portat sed per iusticiam red
dit peccati sententiam per misericordiam peccati tem
perat penam ut sic iusto libramine
quedam per equitatem corrigat quedam
vero per misericordiam indulgeat Idem dicit
Qui dei iudicia suis oculis proponit
semper timens scilicet et tremens in omni
negocio formidat ne de iusticie tra
mite declinans cadat et unde non
iustificatur inde potius condempnetur
Ambrosius in epistola Beatus qui et severi
tate et mansuetudine tenet ut altero
disciplina fulciatur et altero innocentia
non opprimatur nimia enim severitas
iusticie plerumque solet crudelitate et
mendacium extorquere Idem de officiis
neque severitatem esse durum convenit
nec nimiam remissionem ne aut potesta
tem exercere aut susceptum officium de
serere negligere videamur plura que
supra de correctione Crisostomus super Matheum Sic
iusticia sine misericordia non est iusticia sed
crudelitas sic misericordia sine iusticia non
est misericordia sed fatuitas plura que supra
de correctione prelatorum Ysidorus in synono
mis Impia iusticia est humane fra
gilitati non ignoscere non ergo damp
nare sed emendare potius et corrigere
studeamus Idem Tene rigorem in
discussione iusticie sed misericordiam in dif
finitione sine Bernardus super Cantica Sit inter
dum severitate opus est paterna sit non
tyrannica matres ergo vos exhibete
fovendo sed patres corripiendo Idem
in sermone in cena domini quoddam necesse est ut
rector se subditis et matrem pietate
et patrem exhibeat disciplina atque ut
hec palliata circumspectione prudenti
est ne aut districtio iusticie sit rigi
da aut pietas nimie sit remissa Glo.
Ap° 1° Vera virtus est cum nec pie
tas sine iusticia nec iusticia sine py
etate iusticia est que quidem ab invicem
separate continuo dilabuntur plura que
supra de correctione et equitate de iusto
bello que supra de bello
De iuvenibus et iuventute Gregorius
in pastorali Iuvenes plerumque
severitas admonitionis ad profectum
dirigit senes autem ad opera meliora
deprecatio blanda componit Idem in me
sa superbia iuvenum est a seniore plus
venerantur corrigere et silencium melioribus
imparem Idem in registro Esto sollici
tus ut iuvenes et pueri ad sacros
ordines nullatenus admittantur ne
tanto periculosius cadant quanto citi
us alta conscendere festinant Idem super
Ezech Cum prima sunt iuventutis tre

tempora quere infra de predicatoribus
in principali plura que infra de seni
bus et senectute Greg. nazazenus
in apologetico Juvenis cuius est os
tendat adversus mala fortitudinem
suam et in hoc utatur iuventutis f
lore nec iuvenilibus erroribus ce
dat sed maturitate prudencie lasciviam
vincat etatis Ambrosius in li. de viduis
Lubrica est lapsibus iuventus et ado
lescencia quia variarum estus cupidita
tum fervor talentis inflamat etatis
Idem in libro de virginibus Etiam
si fides tua tuta sit iuventus tamen
tua suspecta est Idem in li. de offic.
Pulcra virtus iuvenum verecundia et
suavis gracia que non solum in factis
sed eciam in ipsis sermonibus conspectatur
Idem Sicut in senibus gravitas sic in iuve
nibus verecundia velud de quadam dote
commendatur Idem ibidem Decorus iuve
nis est dei timorem habere parentibus de
ferre senioribus honorem exhibere casti
tatem tueri humilitatem non aspernari
diligere clemenciam addiscere verecundiam
que sunt ornamenta iuvenilis etatis
Crisost. de compunctione cordis Non cani
ties laudabiles neque iuventus cul
pabilis consistit Quanti quippe et in iu
ventute presbyterium monstraverunt et in se
nectute lapsi sunt Canicies ergo sa
piencie non capilli candidi commen
datur Idem Iuventus est inseria
lenis inaccessibile fenum corruptibiles
spiritus extinguibiles lucerna ab luxorio
somnium deceptuosa concupiscencia intol
labilis umbra prophana etas bulliens
sanguinis quectis delectoris et spur
ticie consuetudo Item Bernus sup. cant.
Iuventus insipiencie copulata est
plura que sup. de adolescencia ite
infra de senibus et senectute ite

infra de senibus de senectute Item
infra de militibus cap. ult. Cyprianus
in li. de xii abusionibus Sicut in
senibus sobrietas et morum perfectio
requiritur sic in adolescentibus et
iuvenibus obsequium et subiectio vite
debetur Anshelmus in li. de similitudinibus
Iuvenum tria requiruntur quibus ad sta
bilitatem ventus preponitur tamen etas
scilicet corporis continencia et verecundia
Basil. in epla Eya letare iuvenis in
adolescencia tua ut decedente puer
cium etate temporalis leticia succedat
que te absorbeat eterna tristicia Idem
in li. de amore dei Sapientes latent
et delitescunt sed pueri regnant et pu
cipant. Sunt enim principes qui mane
comedunt et ideo ve terre illi Idem
de consideracione ad Eugen. papam Ubi
sunt iuvenes et studentes eloquencie
cum sapiencie sic iuvenis que sup. de a
dolescentibus Idem sup. Cant. Quid da
bimus queere sup. de adolescentibus
plura que infra de senibus Tull. in
li. de senectute Siquidem sperat iuve
nis et adolescens qui promittit qui
promittit se diu victurum quid enim
stulcius quam incerta pro certis habere na
tamen etas illa multo plures quam
senectus habet mortis casus facilius et
in morbos iuvenes incidunt gravius
egrotant et tristius curantur in hoc
est melioris condicionis senex quia
quod cupit et sperat et iuvenis hic iam
senex consecutus est ille enim vult diu
vivere ille diu vixit quamquam michi qui
dem nec diuturnum quidquam videatur
in quo est aliquid extremum tunc enim
illud advenit tunc illud quod preterit
iam effluxit hoc tamen remanet quod
virtute et recte factis consecutus
tutus est Idem de offic. li. 2. Vera

iuuenis et adolescentis commendacio
cognoscitur a modestia cum pietate
et beniuolencia imputes sed et si ad sa
pientes et claros viros et bene con
sultos rei publice se contulerit et ty
cis assiduus sit Sydonius in episto
la tercia Plurimum laudis iuuenes mori
bus suis applicant quociens de nego
ciorum initiis ambigentes ad peritorum co
silia recurrunt Idem ibidem Hoc
etiam contingit iuuenibus que supra
de adolescentibus Quintilianus de ora
toria institucione libro primo Utinam liberorum
nostrorum mores non ipsi perderemus infan
tiam statim deliciis soluimus et mollis
educacio quam nos indigenciam voca
mus neruos omnes mentis et corporis
frangit etas quidem hominis tunc maxime
formanda est cum simulandi nescia est
et preceptoribus facilime cedit Seneca
in declamacionibus libro v. Nichil est
puero teste certius nam et ad illos an
nos peruenit quibus intelligat non ad
eos quibus fingat Idem ibidem libro primo
Torpent ingenia desidiosorum iuuentis
nec ullius rei honeste vigilatur sed can
tandi saltandi que obscena studia effe
minatos tenent Versus Gaudia semper
amat et ludicra vilia iuuentus Et
iuuenum mentes heu in amore trahunt
electum ad horrea celestia perducat
Idem in v° mor. et habetur in decretis
de xxv. Quibus hic quippe egredi-
tales in iudicio putatur plura quere
supra de martiribus de iudicio ex-
tremo Aug. in li° de questionibus responsionibus
contra pelagianos Mors primaria
vite est nomen tamen habetis
non ecclesia et ideo deus auctor
mortis dici non potest quod quid
enim deus dicimus fecisse hoc habere
certam et habet esse Idem super illud
ii ad Cor. iiii° nolumus vos ignora-
re etc. Mors anime perfecit deserendo
deum et mors corporis secuta est dese-
rente anima hoc deserunt deum volens
et ideo coacta est deserente corpus
etiam nolens et ideo coacta est
deserente corpus etiam nolens ac
si diceretur ille recessisti ab illo quem
diligere debuisti ab eo tu recedes ab
eo quod dilexisti quis enim vult mo-
ri certe nemo Idem super Johem. Adeo
naturalis est affectus vivendi ut
cum nec Petro senectus abstulerit
unde dictum est ei alius te cinget
et ducet te quo tu non vis sed vi-
cit enim vis amoris domini Idem ibidem
laboret homo ne moriatur mori-
turus et non laborat homo ne pec-
cet mecum victurus Idem mors
quem timent homines separatio est
anime adeo Idem in li° de libero arbi-
trio. Si prudentes dicunt homines

qui modicis annulis agunt ut dif
ferant mortem et viviant paucos
dies quantum stulti sunt qui sic
vivunt ut perdant eternos dies et an
nos Idem non est audacia sed demen
tia vivere in illo statu in quo quis
mori non audet Idem placet una
dies ut timoris omnis dies Idem in
civitate dei Mors illa mala non
est quam bona vita precessit Idem contra
prosperos pro quam mors ut anima de
licta diminuantur et bona vita cu
mulatius angelis augeantur Idem in
li. de verbis domini Agnoscat se homo
mortalem et frangit elacionem tu
mida bona et mala futura incerta
sunt sola non mors certissime ven
tura est Idem in libro de cura pro mor
tuis agenda et habetur in decretis
xiii. q. ult. c. quicunque mortuis
apud memoriam martirum sepelitur
hoc unum tantum videtur prodesse
defuncto ut commendans cum mar
tirum patrocinio affectus pro illo
supplicacionis supplicationibus auge
atur Idem de civitate dei libro pri
mo quod quis vivit etc. quere supra de bre
vitate humane vite Idem in iiii^o con
fessionum magis etc. quere supra de de
speracione Idem respice tenet ipsum
quere supra de desperacione Idem respi
ce tenet ipsum quere supra de memoria
de martiribus Idem in libro de im[illegible]
cordis Homo ex quo homo incipit
esse iam etiam mori potest possibili
tas enim mortis est initium vite
Idem ibidem Ingressus huius ille solus
mori non potest qui non dum vivere
incepit Idem in libro de vita xpistia
na Differt adeo mors malorum du
plici racione videlicet ut humano generi

longa dei pacia consulat ad salu
tem et ne deus in impaciens videtur
Idem in epistola ad Camite Ro
amicorum turba etc. quere supra de
avaricia Idem Audiatur veritas
nunquam melius temperatur ut quis
quam diem mortis sue cottidie me
ditetur Idem super Paulum Contrista
mur in morte mortalium propter necessitate
amittendi sed cum spe recipiendi hic
agimur inde consolamur hinc infir
mitas afficit inde fides reficit
hinc dolet humana condicio inde sa
nat divina promissio Idem de disciplina
na Cara mortem timetis quare
non adueritis plura quere de bre
vitate humane vite De consideracione
de discussione de iudicio quere
de martiribus Item infra de vita
Idem libro iiii^o de civitate Nemo xpistia
nus ambigit quod nos et anima et
corpore mortui sumus in anima quidem
propter peccatum Corpore vero propter penam
peccati ac per hoc in corpore propter peccatum
Corpore vero propter penam peccati ac per
hoc in corpore propter peccatum Idem ibidem
Mors anime impietas est et mors
corporis corruptibilitas per quam fit
anime recessus a corpore Idem ibidem
Sicut anima deo deserente sic cor
pus anima deserente moritur pla.
quere supra de cura de morte
xpisti Idem in libro de verbis domini Deus
amissus mors anime est anima amis
sa mors corporis est necessaria mors
autem anime voluntaria et e contra
ipse adeo inflicta duabus in fine
Non est dicenda mors qua inve
niente carnemus persecutoribus et
xpisto querimur non est plane dicen
da mors que xpisto mortuum suscipit

tinus lucrum efficit morientis ipsa
plane depositio est in qua arma to
tius deponimus cessamus delinquere
peccare desinimus et quod quod totum nostre
saluti est generale quandam quadam alacri
ta sarcina ponderis uel oneris depo
nimus ut pausemus unde et de
patronis ipsa dies dies natalis dico
eo quod de delictorum et de peccatorum carcere
liberati nascimur libertati saluatoris
Idem in libro de bono mortis Multiplex
ita bona est mors quia oppugnatum
diuidit ne semet inuicem impugnent
et quia portus est illorum qui mag
no huius uite iactati salo quietis
stationem requirunt et quia deterio
rem statum non efficit sed qualem
inuenit talem in iudicio reseruabit
Idem in eodem Passus est dominus
subintrare mortem ut culpa cessa
ret sed ne totalis finis esset in mor
te culpa deficeret et per resurrectionem
natura perpetua fieret Idem ibidem Quid
autem est mors nisi sepultura uici
orum et suscitatio uirtutum Idem ui
ta est finis peccandi initium sed mors
primari Idem mors est uite testimonium
Idem instar amarum letitia Quere
supra de beatitudine Idem mors omni
bus est communis et cunctis debita
sorte datur hominibus plura quere
infra de morte Christi Item supra
de breuitate de consideratione de iudi
cio extremo de martiribus De ma
ceratione de mortificatione De uita
de cruce Idem in libro de patriarchis
Cur uitam istam Quere supra de
breuitate uite plura quere supra
de contemptu de conflictu Quere Eusebius
in sermone Quam terribilis nos expectat

exitus mortis et tamen omnis pullum
quotiens tussiemus animaduertas quo
omnis homo et inde quod ille qui ia
cet coram nobis contremiscit et tu ioca
ris ille dissoluitur et tu extolleris ille to
tus horrescit et tu non speras ille mi
ratur obstupescit totus contremiscit et tur
batur uidens que prius numquam uidit
audiens que prius numquam audiuit
sudat tamquam qui metit in campo et
umbris se commendans dicat Ei iter
extremum ergo quod numquam prius perambula
ui in regionem longinquam vado quam pri
us numquam uidi et in alium seculum ani
marum unde numquam aliquis est regres
sus et in mansiones metuendas ad
quas nullus uiuorum me modo comitatur
et adducere illa terribilem et distric
tum ubi nescio quid mihi aut gracie
me contingat Idem in eodem Reges
generum contemplamini et nolite alta sa
pere ecce totus factus est miserabilis
qui paruum ante fuit terribilis ecce
totus potentatus eius et omnis eius
superbia dempta sunt Ecce totus stupe
factus est et quando sacris inspice iudi
cium potestates immobiles et sue
potestatis oblitus est uidet enim multi
tudinem terribilem formam dyabolicam
et specie alienatus est audiunt sinas
anime contra se et totus tremefac
tus est corpore Idem ibidem Cum de no bn
morituri de lecto consilium effugere
uolentes sed non ualentes alii denti
bus strident alii manibus maxillas
manibus lamant alii suos oculos
horribiliter uersantes excoriant Idem
Cum uirtute corporis paulatim defi
cere uiderint et animam abscedentem cum

ternas quoque virtutes astantes vo
cinantes ac accusantes de animam
de corpore impie intentes multe tunc
necessarie sunt orationes multa quoque pro
tectio sanctorum et multa suffragia an
gelorum Idem Si semper hic maneremus
tunc iuste mortuos lugeremus nunc
autem lugere eos qui de hac vita dece
dunt ex pusillanimitate venit et fidei
procedit Idem super Math. ix Non
est mortua puella sed dormit Porro
tranquillus est mors nam vita plus
plena est malis Idem in epistola Dedisti
deo filium suum age gratias ei qui
recepit eum ille qui eum creavit
ille suscepit quem tibi ad tempus
commendavit Idem in sermone Sepelimus
mortuorum psalmos et ympnos pre
mittentes gratiarum actiones pro mortuis
designamus novis eos vestimentis
induentes novum amictum incorrup
tionis iure prenunciamus cum incen
so et cereis comitantes ostendimus quia
[illegible] impetere et tenebrarum capti
vitatis et carceris ad lumen vero eterne
glorie devenerunt versus orientem
sepulchrorum apponentes resurrectionem cor
porum et animarum quia Christus ab oriente
veniet in die novissimo designamus
plura que super de lugentibus debe
mitate vite de consideratione de medi
cis contrariis de martiribus de mace
ratione carnis de cruce de mortifica
tione de morte Christi de vita Iheronimus
ad heliodorum Epitaphium non tamen plan
gendus est eius qui hac luce cla
ruit quam congratulandum est ei quod de
tot malis ereptus unde [illegible] Na
tales hominum plangens gaudebat in
fine mortuorum Idem Iheronimus ad he

liodorum Epitaphium Nepotiani
in plerisque sua est omnes sapientum
vitam esse mortis meditationem lau
dant ergo alii philosophi et maxime fer
tur debemus ergo nos in animo nostro per
meditari quales aliquando fuerimus et
quid futuri simus et quod nolumus
longius mors abesse non potest
nam si nongentos vite excesserimus
annos sicut ante diluvium homines
vixit genus et mathusale nobis
donaretur nichil tamen esset pre
terita vite longitudo cum esse desis
teret et cum inter eum qui decem vixit
annos et illum qui mille vixit an
nos post quam idem vite finis ad
venit et irrecuperabilis mortis necessitas
aderit transactum omne tempus
tundem est nisi quod ille qui magis
senex est est magis onustus pec
catorum sarcina proficiscitur ex hac vita
Idem in eodem Epitaphio Xerxes
ille rex potentissimus qui mon
tes subvertit et maria constravit
cum quodam tempore de sublimi lo
co multitudinem infinitam hominum
conspexisset et exercitum innumerabilem
vidisset flevisse dicitur eo quod cen
tum annos nullus eorum quos tunc
videbat superstitiurus esset et si
possemus in talem ascendere spe
culam de qua etiam totam terram
sub nostris pedibus cerneremus iam
tibi totius mundi ruinas ostenderem
et gentes gentibus et regnis reg
na collisa monstrarem alios torque
ri alios necari alios fluctibus ab
sorberi alios in servitutem redigi hic
nuptias ibi planctum illos nasci
istos mori alios deliciis affluere

alios mendicavero et non tui here-
dis regis extiterim sed tocius orbis
homines qui nunc vivunt infra decem
finctos spacio vivatur sine in-
gratitudine vero et unum est omne quod
dicimus quando quod vero eventibus
perpetratur redeamus ergo ad nos
ipsos et quasi de celo descendentes
paulisper vitam nostram videamus fa-
teris michi obsecro te quando puer aut iu-
venis vel infans fuisti quando robuste
etatis aut quando senex factus sis cot-
tidie morimur cottidie mutamur et
tamen eternos nos esse fantasiamur
hoc ipsum quod dicto quod dico quod
lego quod relego quod corrigo quod
emendo de vita mea subtrahitur
quot puncta notarii tot meorum
dampna sunt temporum ergo solum
habemus hoc quod in Christi nomine
et amore coniungimur de tempore nobis
dato Idem ad paulam de morte ble-
sille filie sue lugetur mortuus
quem sepulcrum de lugentibus Idem ad pau-
linum Cura seu condicio sepulture
vel exequiarum pompa solacium magis est
vivorum solacia quam mortuorum sub-
sidia Idem adiuvat defuncti spiri-
tum mortui corporis locus sed quo lo-
ci memoria vivus martiris affec-
tus Idem Si tanti patriarche quod
circa ipsum [illegible] peccatum ageretur
ignorant quomodo mortui vivorum
rebus aut vivi mortuorum cognos-
cendis se inmiscent Idem in epistola
ad heliodorum Amoris amaritudine que
fratres dividis et amore pater-
nitatis sociatos crudelis ac dura dis-
socias certe ille te vivit ille te mo-
lavit qui pro ore quondam tibi ri-
gidus minabat Ero mors tua
o mors ero morsus tuus inferne

Idem ad heliodorum Christi morte mors
mortua est et illius morte vivimus
o mors devorasti et devorata es
dum quod funeribus audis predari
putas vitiosa tua sunt admodo
dente confossa gratias tibi Christe sal-
vator agimus quod tam potentem
potentem adversarium nostrum dum occi-
deris occidisti Idem Ita diviti epu-
loni cura sunt de vivis quamvis quid
agerent omnino nescirent quemadmodum
est nobis cura de mortuis quamvis
quid agant penitus nesciamus Idem De-
pone potuit lazarus indicante cog-
noscere ne falsum sit quod propheta ait
Idem possunt etiam spiritus mortuorum
aliqua que hic aguntur spiritu dei
revelante cognoscere Idem
super illud psalmi Circumdederunt me
gemitus mortis In extremo mor-
tis articulo proponit anima causas
sue dampnacionis et ideo refugit
de egredi de corpore suo Idem non
memini me mala morte vidisse mor-
tuum qui prius liberaliter et amor-
dem vitam duxerit plura quere
supra de amore caritatis Item supra
de brevitate vite de consideratione
de cruce de iudicio extremo de luge-
tibus de maceratione de martirib-
de mortificatione de Christi morte de
vita ysidorus in 4o sinonimorum In fine elec-
torum anime nimio terrentur amore
mortis in exitu vite pertimescunt
multum incerte sunt utrum ad pre-
mium an ad supplicium tendunt Idem
ibidem Finem iustorum optimum vo-
cacio tranquilla commendat per quod in-
telliguntur hic consorcium optimum an-
gelorum eo quod ab hoc corpore sine vexa-
cione dum tolluntur malos autem
homines morientes accipiunt apos-

tate mali spiritus ut ipsi sint impe-
rius tormentatores qui fuerunt
eisdem in morte persuasores Idem
de summo bono libro 2o ca. xviii
Talem tunc portat quem suscipit de
tunc spirituali Idem li. tercio ca. primo
Periculosa securitas est in hac vita
malorum hominum sed bonorum tamen quilibet
nam iniquus post mortem ducitur
cruciandus iustus vero post mortem
dormit securus Idem in eodem libro
libro 3o ca. lxxxiii Et si pietas
humana pro fidelibus defunctis flere
permittat fides tamen christiana pro
eisdem lugere plorare vetat Illi autem
utique deplorandi sunt in morte
quos miseros et infelices infer-
nus ex hac vita recipit non autem
illos quos aula celestis letifican-
dos et beatificandos includit Bern.
in epistola Vere beati mortui qui in
domino moriuntur audientes apperi-
unt iam requiescant a laboribus
suis nec hoc solum sed succedit
eis nouitas de nouitate securi-
tas de eternitate Ideo quod bona mors
iusti preciosa sed melior propter nouitatem
optima vero propter securitatem Idem ibi-
dem Mors peccatorum pessima Mala
si quidem est in admissione mundi
seu parentum et amicorum et cum bo-
norum temporalium destitutione peyor
autem in separatione sed pessima in ig-
nis et vermis duplici contritione
Idem Quid enim si comederit mors
saltem corpus tuum dum tamen te
postea succedet leticia spiritus sancti
Vere beati mortui qui in domino
moriuntur Idem in sermone Quid incer-
tius certius morte aut quid hora
mortis incertius Mors enim non mi-
seretur inopiam non diuicias reueretur

non omnibus qui magnos pepercit
non moribus nec statui nec ipsi
demumque indulget etati nisi quod sene-
bus et antiquis est in ianuis et
iuuenibus autem in insidiis latet
Idem non debet extolli in hiis
que agit qui nescit quomodo ve-
nit huc aut quo vadit Idem
Certum est quod morieris sed incer-
tum est quando vel quomodo aut
ubi moriens quia ubique te mors
expectat sed tu quoque si sapiens
fueris et ubique mortem expectabis
Idem in sermone Cum sacro horo-
rem mortis medium quoque treme-
dum discrimen et ardentis gehen-
ne metum ab oculis cordis tui
tu nullatenus patiaris elongari
quod si in hiis perseueraueris parum aut
nichil senties quod tibi hic molestum
vel difficile videatur Idem in epistola
O vita secura quere infra deuita
Idem in sermone Pungunt pungit
me memoria mortis quere super
de iudicio extremo plura quere sub
de breuitate humane vite de contemp-
tu mundi Cesarius martir et egit
Deo gratias post modicum tempus
maritum suum cum post modicum
in causa dei sicut martires cum
gloria et honore non moriuntur ut
fiat cum magnis uel minus statim
post futurorum esse nouum plura que
infra de vita Ciprianus in epistola co ha-
betur de pe. c. inquit Qualem
deus inuenit te tum vocat talem
et iudicat Idem Valus reuelatum
est ut publice predicemus fratres non
esse lugendos de seculo per mortem
liberatos cum sciamus illos non
amitti sed premitti recedentes ad

tempus anolus Iohannes Damas-
cenus in sermone de quiescentibus
in Christo. Statutum est in ecclesia a principio
ribus discipulis Christi in oblacione
illibati sacramenti orare pro fi-
delibus defunctis et sancte memo-
rias annales et psalmodias et
oraciones faciebat eius et ipsi perfectum
magnum esse fidelibus defunctis
probat re. Idem sermone precipue Athana-
sius sic dicit non negligas can-
delas et lampades accendere ad se-
pulcrum defuncti quia valde confe-
runt illi. Albinus qui et Alquinus
Karolo magno querenti quid esset
philosophia. Audite philosophia est honestas vite
studium bene vivendi meditacio mor-
tis et contemptus presentis mundi pla-
que scripsi de amore contactu de
brevitate vite de contemptu mundi
de cruce de luctu de maceracione de
consideracione de iudicio extremo
de Christi morte de vita. Macrobius
libro primo de sompno Scipionis. Pla-
to in Phedone diffinit hominem non
esse sua sponte moriendum sed in
eodem itaque dyalogo dicit mortem
philosophantibus appetendam et ipsam
philosophiam dicit mortis esse meditacionem
hec ergo sibi invicem videntur esse
contraria sed non sunt quia ita. Ita
plato duas mortes hominis esse no-
vit quarum unam racio hominis na-
ture prestat alteram vero virtutes prestant
homo enim moritur cum anima
corpus relinquit soluta lege na-
ture mori etiam dicitur homo cum
ad huc anima in corpore constituta
corporeas illecebras philosophia docente
contempnit et cupiditatum dulces
insidias reliquasque omnes
[illegible] corporis passiones

et hanc mortem dicit plato sapien-
tibus esse appetendam illam vero
mortem quam omnibus natura con-
stituit cogi vel inferri vel accersiri pla-
to vetat. Macrobius mortuos ad
sepulcrum cum cantu prosequi opportere
instituta plurimarum regionum et
gencium sanxerunt hac persuasione
quia post tempus debitum anime
ad originem dulcedinis impore id est
ad celum credantur redire. Glosa super
illud ysa xxxviij Memento quomodo
ambulaverim etc. Item adhuc
Ezechias cumulat bona sua felix est
enim illa conscientia que tempore ma-
lorum potest reminisci bonorum. Item glosa
super illud proiecisti post tergum om-
nia peccata mea videlicet ne ea in mea mor-
te aspiciam sed tuam mundi considera-
rem. Item glosa i Thess iiij Quando
mortuum plangimus et ingemescimus quia
mors amara est considera quia per
illam dominus omnium pertransivit compu-
lem ergo nos si enim credimus quod
Ihesus mortuus est et resurrexit ita
et deus eos qui dormierunt etc. Glosa
super ad Hebr viij Quod antiquatur
et senescit etc antiquacio et senec-
tus primarum sunt. Seneca de naturalibus
questionibus li. vj. Mors est lex et tri-
butum officium mortalium et ma-
lorum omnium remedium mortis ergo no-
men non formides sed efficias illam
multa tibi cogitacione familiarem
ut si te tulerit possis et obviam
illi ire. Idem ibidem hoc etiam habet inter
omnia iusticie sue natura precipuum
quod cum ad exitum ventum est omnes
in equo sumus nichil enim interest utrum
me lapis unus elidat an totus mons
premat. Idem ibidem pusilla res est homo

vita sed ingens res est contemptus vite. hanc enim qui contempsit securus videbit maria turbari securus aspiciet horridam faciem fulminantis celi. quid ad me quam magna sint quibus pes ipsa eius pre non est magnum. Idem ibidem libro vi contempne mortem et omnia que ad mortem ducunt simul contempta sunt sive bella sive naufragia sive ruinarum pondera unquam quid amplius facere possunt quam ut corpus et animam separent. hec nulla diligencia commutat nulla felicitas donat nulla potencia vincit. Idem ibidem Cogita te de morte et oblitum fragilitatis tue si tunc tantum times mortem quando tonat nam si fulgur effugies reperiet te gladius opprimet terra mare submerget percuciet baiulus aut lapis elidet. Idem ad Lucillum in epistola prima Quem michi dabis qui aliquod precium tempori aliquis imponat qui diem computum estimet qui se intelligat cottidie mori. In hoc enim fallimur quod mortem non prospicimus magna autem pars eius iam preterit quicquid etatis retro nos est mors tenet. Idem ad eundem in epistola iiii plures quia inter mortis metum et vite tormenta miseri fluctuant quia nec vivere volunt nec sciunt mori. Idem in epistola xxii Peiores morimur quam nascimur et vicium istud non nature sed nostrum est natura namque nobis querulari posset et conqueritur quid est hoc sine cupiditatibus et avaricia vos ego genui sine timoribus sine sollicitudinibus sine superstitione sine perfidia sine ceteris pluribus pestibus quales intrastis in hunc mundum tales exire proprio. Idem

epistola xxiiii Non potest semper stare cottidie morimur quia cottidie demitur aliqua pars vite et tunc cum crescimus vita decrescit infanciam amisimus deinde pueriam post hanc adolescenciam usque ad hesternum quicquid transiit tempus periit hunc ipsum quem agimus diem cum morte dividimus. sed nos in utraque partem monendi sumus scilicet et ne nimis amemus vitam vitam istam et ne nimis oderimus sed cum racio suadeat sine timore finire. Idem Dum est vita grata grata mortis condicio est optima. Idem Stultum est timere quod vitare non possis. Idem illic dolor levis est levi si ferre possumus brevis aut si ferre non possumus. Idem in hoc natus sum ut mori possim. Idem in epistola xxvi ad Lucillum Una est catena que nos ligatos tenet scilicet amor vite qui sicut non est abiciendus ita minuendus est ut si quando res et racio exigit nichil nos detineat nec impediat quominus parati simus statim facere quod tamen post paululum faciendum est. Idem Iuvenibus et nichil refert si iuvenis an senex sis non enim dinumerantur anni mortis incertum est enim quo te loco mors expectet itaque tu illam omni loco tutus expecta. Idem ille veram percipit sapienciam si quis tam securus moritur quam nascitur. nunc autem trepidamus cum periculum mortis accesserit non animus nobis non color faciei constans est lacrime nichil profuture cadunt ab oculis nostris quid autem turpius est quam ab ipso limine securitatis esse sollicitum huius autem tempore

est quam manere cum honore sine
Idem de licencia timent mortem tamen vi
tam suam similiter fecerunt quis
enim mortuus est magis quam ille
qui portat ignem in sinu Idem
ad eundem Lucill' in epistola lxxxii non
est mors gloriosa nisi fortiter mori quod
moriendum est gloriosum est quem enim
dementia est fugere cum retinere
non possis Idem in epistola lxxvii ad
eundem Nemo tam imperitus est
ut nesciat sibi quandoque moriendum
esse et tamen cum prope mors accesserit
tergiversatur et tremit et plorat
Si nunc tibi videtur stultissimus qui
fleret quod non ante mille annos vi
xisset quam stultum est qui flet quod
post mille annos non victurus
est hec enim paria sunt non eris
et non fuisti utrumque enim tempus
alienum est Idem Quid non
fles aut quare ploras quia morie
ris ad hanc legem natus es quod
etiam non est hoc omnibus cum ho
minibus hoc accidit Idem Satis multum
temporis sprevimus incipiamus sarci
nas vel in senectute colligere in fine
vite vixi satis moriamur in portu plan
gere infra Seneca Tull' in Tuscul'
libro primo Tota philosophorum vita sicut
ait Catho commentacio mortis est nam
quid aliud agimus cum a volupta
tibus corporis et a rei publice ne
gociis animum revocamus nisi
ut a corpore abducamus secum quod esse
cogimur animum enim a corpore secernere
nichil aliud est quam mori discere Idem
Ideo mors non solum non est formi
dabilis verum eciam optabilis et precipue
in senibus quia mors est finis mise
riarum requies laborum naturalis de
biti solucio periculorum tuicio carceris
effractio corporum quoque liberacio et ad pa
triam regressio mirorum quoque revelacio
et philosophie consummacio Unde et Solonis
Atheniensis unius pro cunctis septem
qui priscorum ingenia sapientes appella
ti sunt legitur elogium illa prima felici
tatis index dies sibi ultimum est et
honoris appellacionem sapienti confirmat
rogas si quidem initia sunt virtutis
fortune philosophiam aut salus conferet
finis Et Zenon stoicus hac collacione
usus est ut refert Seneca nullum ma
lum gloriosum est mors autem gloriosa est
mors ergo malum nullum est unde
et ipse Zenon sibi ipsi manus intulit
ut post mortem felicius viveret Sicut
dicit Lactancius Idem Tull' in libro
de amicitia Illorum mors beata est quorum
vita laudabilis erat Idem in Tuscul'
libro 2º Cum non solum quia mori necesse
est verum eciam quia nichil mors habet
quod sit horrendum mortem non timet
magnum sibi comparat ad vitam beatam
presidium et solamen Hermes trisme
gistus ad Asclepium de bona morte
appetenda nos quidem precamur mor
talibus natis optamus si divine placet
voluntati ut nos mundana custodia
absolutos superioris partis nature
restituat et hec mentes pie sit vene
rabilis deo prebeas diligenter cum mundo
plura que infra Seneca Valerius
in libro Theodorus cyreneus cum
regem in primatum increpasset et ille hoc
ille cum cruci affigi impressisset terribi
libus purpuratis ait hec parva sit tuus
mea si quidem nichil interest utrum humi
an in sublimi putrescam Idem libro
de corporis et anime federis infirmo
vinculo coherens fatale dirimitur in
utroque studio bonum requirendum non
est cuius cadere posse tam leni appella

tu molencie dilabi poc plura quere
infra de uita ptholomeus in principio
almagesti Quanto plus comprimas sim
tanto magis bonum cum augmento de
bes plura quere infra de uita Item sup
de breuitate Balterus in allexandr li
vi° fortis animus est contempne uitam no
adisse tamen si amare mortem uncorum
est plura quere infra de uita Item sup
de breuitate uite de contemptu mundi de
timore de iudicio contrario de lugentibus
de martiribus de mortificacione de mor
te

De mortis memoria Greg in mor
nichil est quere de morte Idem
in omelia Cogitandum nobis est quere
supra de morte plura quere per totum
capitulum de lugentibus de luctu de iudi
cio contrario de memoria Item infra
de operacione

De mortis equitate seu generalitate
Ceps in simone Dm terribil
quere sup de morte Idem Reges gen
tium quere sup de morte Idem Xerses
re ille quere de morte Idem platonis
sim est quere sup de morte Aug Mors
primacio et quere de morte Seneca
Cottidie morimur Idem Quid fles et
Aug Mors anime Idem Iugurte Hanno
quere sup de morte Seneca de natura
libus questionibus libro tercio hoc habet
etiam quere sup de morte Bernh Mors
non miseratur inopiam quere supra
de morte

De morte bona appetenda Greg
sepe solet animalibus quere sup
de morte Aug Quid Pappus quam mors
quere supra de morte Ambros Non
est dicenda Idem Ista plane Idem Qui
pharaz quere sup de morte Idem li
gatur mortuus quere supra de morte
Bernh Quam beati mortui quere sup
de morte Idem anima peccatrix quere in
fra de uita Idem Quid si consideres
quere sup de morte Cesarius mar
tir Segratis post maditum quere
sup de morte Macrobius Mortuus
ad sepulcra quere sup de morte Cyp
rianus Nobis reuelatum est quere
sup de morte Tull Ideirco mors no
salium quere sup de morte Mercurius
trismegistus quere sup de morte

De morte mala timenda Greg
in omel Cogitandum nobis est
quere sup de morte Idem Si quis eum
tum et quere supra de morte Contris
tamur et Aug mortem timetis quere
supra de morte Ceps in simon Dm
terribilis Idem Reges gentium Idem
Quid mortuum quere supra de morte
Idem portus tranquillus est mors
quere de morte Idem super illud ps
Circumdederunt me ps Electorum ac
Bernh Mors peccatorum pessima Idem hor
rorem mortis quere omnia supra de mor
te Seneca plures inter mortis metu
Idem de le[…] timent mortem Idem ne
mo tam imperitus est quere sup de mor
te

De mortis contemptu quere sup
de morte bona appetenda per
totum Seneca Pusilla res est Idem
contempne mortem Idem a te de morte
Idem dum est uita grata Idem Stul
tum est timere Idem Una est kathed
Idem Iuniores Idem non est mors
glosa Idem Quid fles quere omnia
de morte Valerius maximus Theodo
rus tyrenensis quere sup de morte
Balterus in allexandr Fortis animus
est quere de morte

De mortis certitudine et incer
titudine Greg esse nobis Ide
hora incerta mortis Idem omnipotens
deus quere supra de morte Idem
platonis sim est Idem Xerses

ille rex potentissimus Idem cottidie
morimur Boeth quid in rebus humanis
Idem Certum est quod est mori Cepri
us Sigirtis postmodicum & Seneca
Cottidie morimur Idem Iuxta hoc natus
sum Idem Sumores Idem quid fles
que omnia ista supra de morte
De mortis prelatione Breuis hora
ue mortis Idem Pene mor
tuus Idem Quanto viri sancti Idem
Quanto morti vicinior Idem Cogita
dum nobis est Idem Timendum est
nobis Idem qualis hec quiescas quere
supra de morte Idem Sicut quidam vi
uimus quere supra de memoria Aug
laborat homo Idem Si prudentes di
cunt Idem non est audacia Idem ag
noscat se homo Idem Auaricie certi
tas Idem mortem timetis quere hec
omnia s que supra de morte Idem Respi
ce temet ipsum quere supra de memoria
Eos quam terribilis Idem Reges
genuimus Idem Cum virtute corporis
quere supra de morte Idem platonis
sima est Idem Xerses ille rex Idem
Non inclinavit me qui tunicam portat
quere supra de morte spirituali Boeth non
debet contolli Idem Certum est Idem
hominum mortis quere supra de mor
te Ceprianus Sigirtis post modi
cum de super quere supra de morte Al
binus qui et alquinus quere de morte
Glo Quid morte plangimus quere
supra de morte Seneca Mors est tri
butum Idem contempne mortem Idem
quid quod mihi dabis Idem non pot
semper stare Idem vna est kathena
Idem incertum est Idem Satis mul
tum temporis prosperum hec omnia quere
supra de morte Tull Tota philosophorum vita
quere supra de morte Ptholomeus Quanto

plus appropinquas fini quere supra de mor
te Valerius corporis et anime separatio
quere supra de morte De mortis compen
dio quere supra de morte bona appeten
da de mortis equitate seu communitate
De morte triplici Ambrosius libro 2o
de obitu Satiri fratris sui Secundum
scripturas triplicem mortem esse cognouimus
vna dum morimur peccato viuimus autem
deo bona autem mors que culpa re
fuga domino deo deditur a mortali nos
separat in mortalibus nos consecrat et
coniungit Alia est mors que inter corpo
ralis est excessus cum scilicet anima a nexu cor
poris liberatur ita mors est de qua dictum
est Dimittite mortuos sepelire morti
os suos ea morte non solum caro sed
etiam anima moritur moritur enim
domino non nature infirmitate sed
culpe hec mors non perfecto perfunctio
humanus inter sed lapsus erroris vna
ergo mors spiritualis alia naturalis
alia penalis Sed non que naturalis eadem
penalis non enim penam deus sed pro
remedio data est dedit morte Idem
in eodem Aduersus penas humanas seculi
et sollicitudines mundi voluptates que
diuiciarum que lumen dei concludunt
penam includunt mors pro remedio da
ta est .i. finis omnium malorum mors ergo
non solum non est malum sed etiam bo
num Idem ibidem Non ergo formida
bilis mors nec amara degentibus
sed gratiosa diuitibus nec iniusta seni
oribus nec magna fortibus nec pre
tua fidelibus sed iniuriosa sapientibus
Idem ibidem Quantos viue produnt
et mori persint morte eius viuus ante
primus plerosque pertos liberatos Idem ibi
dem Seguemur a corpore segnemur
a suis licet eius in corpore simus tamen

tame que sunt corpis no sequam
nec deservim⁹ mira nature ꝫ do
na celestis gratie portam⁹ cu
dissolui et esse cum xpo mult⁹ est
pmane · pmane autem in carne ma
gis necc̄ ꝑpt nos ꝫ non omnibus
necc̄ due ihu xpe non michi qui
nulli utilis sum nam michi lucr̄
est mori nec plura pecem ad morte
non est currendum ꝑ fastidio Marco
bus li° pmo plato in phedrone que
supra de morte

De mortuoꝝ luctu Breg̃ pene
mortuum que sup̄ demorte Aug̃
Contristam̃ quere supra d'morte
Cꝭos Reges generum Idem Quidam
moritur Idem Si semp hic maneremus
que sup̄ demorte Idem Non tam
plangendus Idem Xerses ille rex
quere sup̄ de morte Idem Flugeat
mortuus que sup̄ deluctu et luge
tibus Cyprianus nolus reuelatum
est Seneca Quid fles aut ꝑ quae
ploras quere sup̄ demorte

De morte Exequiis et sepultu
ris Breg̃ Tunc pdest mor
tuis que supra de mortuis Aug̃
Cuiusque mortuus Ambros̃ Quid
autem est mors Cꝭos in exequiis
mortuoꝝ Idem Cura seu condicio
Idem Adiuuat defuncti sp̄m que
supra demorte

De mortuoꝝ suffragiis Breg̃
quatuor modis soluunt͛ Id'
Quid valet que sup̄ demorte Aug̃
Ex quipp mortuus ꝯ Ambros Cu
vitutem corpis Idem Adiuuat de fūc
ti sp̄m Iohannes Damascenus quere
supra demorte

De morte multiplici Breg̃ Ista
mors quere sup̄ demorte Aug̃
mors anime pessima Idem Mors ꝫ

timent homines ꝯ que sup̄ de mor
te Tull' in tusculis libro pmo Ma
crobius li° pmo desompno Cypria
nus que sup̄ de morte

De morte spirituali Breg̃ Ista mors
Idem Nam quam autem
que sup̄ demorte Aug̃ Mors aie
pessima Idem mors quam timent
homines Idem Non est audacia que
sup̄ de morte Idem in li° de uibus dni
Sicud corrumpit corpus cum anima fo
ris cruciat sic corrumpit anima cum
deus dimittit Anima sicud cum sepa
mors corpis dicit͛ ꝫ deus cum sepat͛
mors anime inculpat͛ mors quid
corpis necc̄a ꝫ anime mors volunta
ria Idem Aug̃ sup̄ ps̄ Vera mors
est quam homines timent scilicet separacio
anime adeo qui est bona uita anime
et aufert utilitate uite p̄tite et
p̄ntis Idem morte carnis omnis ho
timet ꝫ morte anime pauci timent
laborat homo ne moriat͛ tame quia
mori necc̄e est et no laborat ut no
moriatur ꝫ sp̄ victurus Cꝭos de
gest generum Idem Quidam moriunt͛
Idem Cum virtute corpis quere
supra de morte Idem sup̄ Daniel de
peccato quod ducit ad morte mors
appellandum est et tociens mori ce
dim͛ quociens admorte currimus
Et contrario tociens resurgimus
et viuificam͛ quociens opa uite
digna facim⁹ Idem Lugeat͛ mor
tuus quere sup̄ delugentibus ysid'
Malos aut homines Idem periculo
sa securitas que sup̄ demorte Bus
Mors peccatoꝝ que sup̄ demorte Se
neca delicati timent quere sup̄ de
morte plura que de morte mala
timenda

De morte peccatoꝝ pessima Aug̃
Non est audacia Idem differt

adeo que supra de morte Exemplum Reges
generum Idem Quando moritur Ide
tum virtute corporis que supra de mor
te Idem Lugeatur mortuus que
supra de lugentibus ypocrite Ahalos aut
homines Idem Privata servitus que
supra de morte Bernhardus Mors peccatorum
pessima que supra de morte Seneca
peiores morimur Idem de tali timet
que supra de morte // De morte peccatorum
pacata Require supra animalibus Idem
pleraque //

De morte peccatorum propria Require sup
ra animalibus Idem pleraque
de culpis Idem Ubi magnum omnipotens
deus Idem Sepe solet animalibus Ide
tum de bono producat fructum quere
supra de morte Augustinus Cum propius
Idem Contristamur quere supra de
morte Ambrosius Non est dicenda mors
Idem Una plane deparata est Idem
Quum Hanam Idem Passus est deus
Idem Iustorum animarum que supra
de morte Exemplum Portus tranquillus
Idem dedisti deo Idem In exequiis
mortuorum Idem Non tam plangen
dus est Idem Lugeatur mortuus
que supra de morte De mortificatione
que supra de maceratione de abstinen
tia de carnis cura De carne spirituali de
martiribus de pena de ipsa morte de
mortalitate

De mulieribus Mulieres appel
latione etiam virgo viri po
tens continetur ff. de re. iur. plura
quere supra de amore mulierum de cor
ingibus et coniugatis de luxuria Aristo
teles de animalibus Mulier maio
ris est pietatis quam vir et cita
us ciet lacrimas et magis est invi
da et magis diligit lites et sunt me

daces magis viris Idem in phisono
mia Ex qualitate corporis que supra
de amore mulierum Idem in sua methaphisica
ca li. v Mulier facilis est ad vin
cendum et comprehendum instrumentum
est ergo ut custodiatur et cum perversi
tempus et deceptibilis magne volup
tatis Idem in sua phisonomia Omnibus
animalibus quibus femine magis docte
tum sunt quam viri que sunt pacientes
tamen ad que libet committuntur tamen
vincuntur et tardius sedant et maio
ris sunt calliditatis sunt pertinaces
proprie unde mascul[illegible] timidio
res et deterius mavigerate ypocrates
[illegible] Mulier non est corruptibilior
re que supra de [illegible] et tamen cura
de familiaritate debita Item infra
ca. proximo

De mulierum ornatu Exemplum supra de
Agathe v. Omnis qui viderit mu
lierem Mulier si se ornaverit et oculos
hominum ad se provocaverit quamvis plagam
peccati non intulerit vindictam recipiet
eternam venenum enim suum et dyabolo bibendum
obtulit licet cum nullus sit in
ventus qui biberit Idem Nos omne
tempus que supra de amore mulierum
Ambrosius ad virgines li. primo O quanta de
mentia est corporis effigiem immu
tare picturam quere aliena vereri te
mes si pulchra es cur abscondere
si deformis cur te formosam esse
mentiris Idem In exameron Grave
est ut dicat de te deus Non agnos
co colores meos non cognosco me
am ymaginem non video vultum illum
quem ego ipse formaveram ergo
quod meum non est sed illud quem
qui te depinxit cum illo consortium
habeto cum illo pariter componere Idem
vidisti meretricem et formam decoram

putrescit quae supra de amore mulie-
rum. Idem non sit affectatus de-
cor turpis quae supra de habitu plura
quae supra de iugitatis [?]. Cyprianus
in libro de habitu virginum. Si te sump-
tuose per plateas ornes ut per publicum nota-
bilis incedas et oculos iuvenum in te
allicias. Et si fortissime timet ipsa
non pereas alias tu perdis et velud
gladium et venenum te videntibus of-
feris excusari quod non potes quo-
niam pudica sis redarguit cum te
cultus sumptuosus et impudicus or-
natus. Idem ibidem. Auro et mar-
garitis ornate mulieres cordis or-
namenta perdiderunt purpura se [?]
quae induta Christum induere non po-
tuit. Idem in eodem. Si quis pictor
faciem alicuius aemulo colore signas-
set et alius superveniens reformare
presumpserit gravius prioris artifi-
cis iniuria et iusta cordis indigna-
tio videtur. Idem. Effugiant castae
virgines quae supra de habitu. Idem.
Equales se in omnibus quae supra
de habitu. Idem. Qua fiducia quam
conditor non agnoscit. Idem in epistola.
Si Christum continentia sequitur et reg-
no dei virginitas destinatur quid
est virginibus Christi cum ornatu or-
natu muliebri cum ornamentis vesti-
talibus quibus dum hominibus pla-
cere gestiunt deum et dominum iam of-
fendunt. Idem in sermone. Non potest
iam inter Christi puellas et virgines
computari quae sic vivit et ornatur
ut possit ab omnibus adamari. Au-
gustinus in epistola. Vestis purpurea
tibi curiositatis curiositatur non ad pul-
critudinem et ornatum et [illegible] te

[illegible] ne dum compositis vesti-
bus exornans altam turpitudinem
palliare cum iam appareas. Idem
in libro de doctrina christiana. Omnis mulier
quem iudicem verere de formositate
tue requiris qui tenet ipsam
quae videri times ab omnibus si pul-
cra es tu abscondens si defor-
mis ~~te~~ tu te formosam esse men-
tiris vel tue complexione vel alie-
nam eius habitura. Idem ibidem
loquens de fucis mulierum fallacia
lenocinia quemadmodum in adulteriis cri-
mina sunt habenda ubi namque pu-
dicicia sine hoc adulteratur humana na-
tura. Idem in eodem. Dominus deus
tuus dixit non potes facere unum
capillum album aut nigrum et ad
invincendum dominum dei tui vellud
mis te pulchriorem esse audaci teme-
ritate et peiorem sacrilegio quod contemp-
tu omnes et capillos tuos inficias
malo presagio futurorum capillos iam
tibi flammeos auspicaris. Idem per
Agath [?]. Cum supra inmodato vultu quae
supra de habitu. Idem. Animi turpitu-
dinis quae supra de habitu. Idem. In-
teriorem pulchritudinem quae supra de
habitu. Idem. Verus ornatus quere
supra de habitu. Fecit deus quae
supra de habitu. Aggeus [?] prophetarum libro 2o
di. 22. Ideo per hominem unum dicitur
peccatum in mundo intrasse quia et
peccatura mulier si vir non pec-
casset. Quamvis genus humanum pecca-
torum perire licet in se peccatum [?]
vir quam mulier. Jeronimus in epistola.
Quid facit in facie christiane pur-
purissimus et cerussa quorum alterum
ruborem candorem oris et colli pretendit
ignis nocivum fomenta libidinum

in pudice mentis indicia et ins
ornatus ille non est divinus sed vela
men est anti xpi Idem Qualis fi
ducia mulier erigit vultum et fa
ciem maculam quam utique conditor
non agnoscit Cinem Idem Cinem
est caput post ornatus perficitatem
aut croco aut alterius pigmenta
sucis vel pulvere sordidatur Idem in
terius cutis sordidum videt animus
Idem sordes et ornatus Idem nec
affectare sordes etc. Idem Fuge las
civiam Idem illa sit tibi pulchrior
que habet omnia de habitu Idem in
epistola Ornet pudicicia verecundia
et quod proprium mulierum semper fuit
cunctas inter virtutes pudor su
peret Idem Incontinentiam artificii
dei sui causatur mulier pulcrior
esse quam nata est quid ergo facit in
facie purpurissum aut cerusa vide
supra Ruth in epistola filie babilonis
inferre quare ne gloria inconfu
sione que supra de habitu Idem ut
quid attentius quere supra de moni
alibus Glosa supra prima petri 2 Vi
rum non sit compticius capillatura
apud pictagoricos naturalis sue
lege dictante eadem sua senten
tia respicitur scilicet vere matronarum
ornamenta pudicicia et vestes etc.
Idem de carnalitate de monachis
Item supra de monialibus infra
de ornatu Ovidius ad allexandrum
Femine non ornantur ut place
ant que nesciunt in agenda pulc
tudine plus ostentare quam nate sunt
nam quis potest opus nature cor
rigere quia cum pro superfluum fuit aut
infructuosum erit quod fingitur
aut deminutum quia per supinus plura
que decet solitate Bede in omelia Si

cut mulier respicit speculum ut ornet
se et placeat viro suo sic fidelis
quelibet anima prospicit in speculo na
ture proprie conscientie scripture crucifi
xi ut ornet se spiritualiter et placeat
domino ihesu spiritualiter Boecius in libro de
consolacione Quam late patet error
vester qui aliquid ornari posse estima
tis ornamentis alienis sed illud fieri
nequit nam si quid ex appositis lu
ceat ipsa ipsa quidem que sunt appo
sita laudantur quod autem his tec
tum est atque velatum nichilominus in
sua feditate perdurat quod autem
nocet habentia non est plus bonum
plura quere supra de habitu de ornatu
Macrobius libro saturnalium Papi
rius filius senatoris dum esset pu
er cum patre suo curiam romanam co
nsistorium subintrabant cum autem do
mum rediisset percunctatur mater eius
cepit quid in senatu patres et con
scriptes pregissent puer videt tacendum
esse nec illud dici licere mulier at
audior audiendi secretum rei et si
lencium pueri animum eius ad respondendum
excitaverat tunc puer urgente matre
lepidum atque festivum mendacium capit
consilium et actum in senatu dicit u
trum ne videatur utilius esse quod
unus habeat duas uxores an una
mulier apud duos viros esse nup
ta Hec illa audivit statim ad ceteras
matronas et vicinias detulit consi
lium senatorum postera quoque die con
fluunt ad senatum omnes romanorum
mulieres orantes et deprecantes in
stancius ut una mulier potius duo
bus viris nupta fiat quam uni viro
due mulieres Senatores autem hec au
dientes quenam esset illa mulierum
cum intemperies et quid sibi vellet
hec postulacio mirabantur et non

ut puer rei prodigium illam uerendi
spons inpannaz pape pancprebant
tunc puer papirius p(ro) ubilitad mctu
coram omnibus deposuit narrans
que mater eius dixerat et que fece
rat omnibus exposuit tunc facti eius
ergo senatus fidem et ingenium pu
eri expostulant consilium qz facient
ne pareat illum puero aly quicunqz
pueri postea cum patribus in roma
nam curiam intrarent

De multiloquio Berng(ardus) in mor(alibus)
Certum est q(uod) vir verbosus iu
stificari nequeat Idem dum ocio sa(ti)e
ba lingua moderari negligit mox
mole remissionis culpe magis au
dax ad magis noxia prorupit et dum
gule inordinatur multiplicat(ur) Idem
Mentis iustitiam desolat(ur) dum ab(sque)
modestia et lingue locutione non p(ro)
titur Idem discrete moderanda (con)s(tan)te
tempora quere sup(ra) de lingua Idem
in pastor(ali) Cuius mens silenti(um) no(n)
habet civitas mentis serva inimi
ta et cum se p(er) multa u(er)ba extra se
met spargit exit aptam se tantam ad
in(tus) pacis audire quam illam ille tanto
sine labore sup(er)at quanto et hec cad
que muniat(ur) contra semet ipam p(er) mul
tiloquium pugnat Idem sup(er) Ezech
valde difficile est ut qui multa lo
quitur etia(m) non mentiat(ur) Idem in 3(o)
dyalog(orum) Multa decorum dum(m)in(u)s eo
locutione multa particularibus admis
cem(us) eo q(uod) ab ociosis u(er)bis ad noxia
deuenimus plura q(uere) supra de elo
quencia de lingua de locutione bo
na et mala de silencio Ambro(sius) s(upe)r
beati in maculati Dum facilis est in
u(er)bis uelud uenimus hac illac qz
defluens anima sua interiora cunct(a)
euacuat et cludit Idem qui p(er) luxus

uidi quere sup(ra) de locutione bona
Item infra de silencio Aug(ustinus) de (con)flic
tu uiciorum Idem absit ut multi
loquium deputemus ubi sola uera
uel utilia referunt(ur) quantalibz sermonis
multitudine seu plixitate dicant(ur)
plura quere sup(ra) de lingua Item
infra de oratione Ysid(orus) in synonimis Lo
qui multum stulticia est et non in
sipientis in multiplicare sermonis
Idem illud multiloquium non decli
nat peccati fluminis enim qui undas
cito colligit lutum Idem de summo bo
no 2(o) 29 ca(pitulo) Sicut plerisqz multi
loquiorum stulticia deprehendit(ur) Ita uir
sus nimis tacendo mea deuotam
Ille enim satis laxando lingua
in lenitatis mera defluit Hic ist(e)
nimis reticendo ab utilitate loque
di torpescit Idem ibid In suma
dicunt (con)tumelia quere sup(ra) de doc
tore malo de eloquencia de adulacione
de detractione de lingua Bern(ardus) de
consideratione decreverunt linguam
suam grandia loqui cum tamen
operantes exiguum largissimi promisso
res sunt s(ed) parcissimi exhibitores
blandissimi adulatores s(ed) morda
cissimi detractores plura que sup(ra)
de locutione mala Item infra de sile
ncio Glo(sa) sup(er) illud 2 Thy(mothei) 4(o) Iusta
optime imptima in multiloquio
non est multum quod est utile Glo(sa)
Jacob 3(o) Ferre impossibile est pecca
multiloquium etiam aspiratus Seneca
in epistola ad lucillum xxiiij lingua
nimis dicat(ur) quod nunquam satis dica(tur)
Idem aliquando me locutum fuisse peni
tet tacuisse non unquam Idem uer
bositas non effugiet peccatum Greg(orius)
sup(er) Math(eum) decem multa mala de
verbositate sepius accidunt Dom(inus)

sunt cuique vel annonae dissipatae
plura quae supra de lingua de loqua-
citate mala

De mundo quae supra de brevita-
te de amore mundi de contemptu
de creatura corporali De gloria vana
Ambrosius in Exameron Hic mundus
est divinae maiestatis insigne ut id
ipsum divina sapientia manifestat Fecit
ergo quasi bonus quod foret utile
quasi sapiens quod optimum videba-
tur et quasi omnipotens quod am-
plissime providebat Unde dicit Apostolus
Invisibilia dei per ea quae facta sunt
intellecta conspiciuntur Idem Exe
est ne hic mundus evanescat et
flos eius pereat contemne ergo
mundum quia in nobis non est cla-
ritas et in dolosis non est veritas
nec in mutabilibus stabilitas sed in solo
solido invenitur Idem in sermone
Dum unusquisque solliciatus de mundo
potuit esse sollicitus de corpore quibus
deliciis dominus sic providit po-
tius utilitatibus animae providere Plura
quaere de mundo amore mundi Item
supra de brevitate mundi de contemptu
mundi de creatura corporali De fuga
seculi de gaudio malo De gloria
vana de ministris de deliciis Idem super
Lucam Cum mare navigat naufra-
gium timet in mobili non tenens
statione consistens non solet ti-
mere naufragium Fuge ergo mare
seculi et naufragium non timebis
et si frequentes vortices spiritum
verberent flabra ventorum soliditatis
tamen radicibus nullus ac-
cessus est ac in mari furentibus
ventis et si non causa est naufra-
gii causa tamen est timoris et periculi
sic et adversus flatus nequitiae

pietatis nullus enim in arena vel in
salo tutus est naves cum Tharsis
vehementi saepe spiritu conteruntur Idem
ibidem Multa laquei mundi sunt quo-
cumque progredimur laquei in lege laquei
in corpore laquei in mente laquei in
vinis laquei templorum laquei mercan-
dalibus pretium multa quoque laquei
tenduntur ad ista oculus eius mentis
laqueus peccatoribus est laqueus
in pecunia laqueus in religione laque-
us in studio castitatis continuis mo-
mentis mens nostra versatur et huc
atque illuc per concupiscentia male suadentes
frequenter impellitur Plura quaere
de malitia mundi Chrysostomus super illud Math.
xx Simile est regnum caelorum homini pa-
tri familias Paterfamilias caelestium
terrestrium et inferiorum quasi tristegam
domum domum aedificavit mundum ut super
supra terram habitent caelestes in in-
ferno vero mortui sed in caelo victores et
ne forte nescias quid debeas fugere
quid ne sequi dedit tibi dominus in-
ter ipsa medium constitutum inter lumen
et tenebras habitans nocte salutat
de inferno sed lumine et diem de caelo
Idem ibidem In duodecima hora diei sunt
vel usque cum tenebras videns et ad-
huc dubitans diem iam transisse plus
cum in vallibus et in speculis ve-
tularibus die declinante sunt obscuri-
tas vere aut quando sacerdotes qui
manentes dicuntur apprehendit iniqui-
tas tenebrarum dubitans quia finis
est mundi Idem Sicut homo in mor-
te sua quaere supra de iudicio dei go^e
mo Idem in sermone Sicut quis mare
ingreditur navigaturus timent omnes
qui diligunt eum et amare plorant
eum tamen ei nullo periculo imminente

unum quod hoc negocio indicat in nunc
salus naufragium quanto magis timen-
dum et dolendum est pro eo qui mundi
istius ingreditur quod fit cum quis nascitur
in hunc mundum. Si non potest ut ingre-
diens mare periculum marina euadat
Impossibile autem est ut mundum ingre-
diens euadat pericula mundana que
quot sint quis enumeret nisi signanter
videri potest infelicitas hominum cum eum
voluit periculum fugere periculis se reser-
uant qui eum putant febrem euasisse
paralisi vel podagre alio quocumque mor-
bo sit cruciandus occidendus reseruat.
plura que supra de amore mundi de
breuitate de contemptu mundi de creatura
corporali de fuga seculi de gaudio malo.
Idem super Iohannem Viciamus mundum
et que supra de contemptu mundi. Chrisostomus
arguit spiritus sanctus de peccato et de iusticia
et iudicio que infra de peccato. Beda in
omelia de dominica iiii post penth. Aug.
libro iiii Terra reddet terra clamat et omnia
que in eis sunt deus me fecit. Idem in
xi libro de ciuitate dei dicit Exceptis prophe-
ticis vocalibus mundus iste tanta or-
dinatissima sua mutabilitate et no-
bilitate visibilium atque motorum pulcher-
rima specie quodammodo tacite se fa-
tentur esse et non nisi a deo ineffa-
bilis fieri potuisse proclamant. Idem
libro 2o de libero arbitrio Quocumque te
De perseverantia. Gregorius in xxii libro moralium super illud Iob [illegible] non est si quis bona inchoet sed valde mirabile est si quis pretentionem rectam in bono opere perseveret. Idem bene cepta cunctis diebus agenda sunt ut cum malum pugnando repellitur ipsa boni victoria manu constantie teneatur. Idem virtutis vigilantia dolet si mens cura preterit atque se ipsa sine cautam perfectionis providentia perseverat. Idem in pastorali Si inchoata bona foris operantis manus ad perfectum non sublevat ipsa operandi remissio contra hoc quod inchoatum est pugnat. Idem ibidem Illa deo enim semper opera grata sunt que ab omnibus non recedunt que ceperunt. Idem Magna virtus patientie est cum perfectio si quis in eadem firma perseveret. Idem in moralibus Incassum bonum agitur si ante terminum deseratur quia infrustra currit qui prius quam ad metas venit deficit. Idem in registro Amoris perfectio est ultatem non agnoscere quia in ea cognita non manere. Plura quere supra de constantia de fortitudine. Augustinus de correptione et gratia predestinatorum fides que per dilectionem operatur profecto aut omnino non deficit aut si qui sunt quorum deficiat reparatur antequam vita ista finiatur et deleta iniquitate qua intervenerat perseverantia usque in finem perseverant. Idem de coniugiis adulterinis Cum homines venerunt nulla conditione rependa sunt que sine ulla conditione venerunt. Idem memoria promisse mercedis perseverantem facit in opere laborantem. Idem in epistola ad Iulianum Felix et omni laude dignus est quem senectus accipiat Christo serviente et quem extrema dies suo salvatori inveniet militantem. Idem Cepisse multorum est sed ad culmen venisse paucorum est. Idem super Mattheum Non cepisse sed perfecisse virtutis est. Idem Non quidem in principio nunc sed finis. Paulus enim male cepit sed bene finivit. Iudas laudanda exordia sed finis dampnabilis. Ysidorus de summo bono Tunc deo placet nostra conversatio quando bonum quod inchoamus fine perseverantie complemus. Idem in sinonimis Bonis inchoantibus premium promittitur sed perseverantibus datur. Non enim beatus est qui bonum facit sed qui perseveranter bene facit qui enim perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Chrysostomus super Mattheum Tolle observantiam perseverantia nec obsequium mercedem habet nec beneficium gratiam nec fortitudo laudem. Denique non qui cepit sed qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Plura quere supra de constantia. Item supra de fortitudine de incipientibus de perfectione. Bernardus in epistola Perseverantia sola meretur viribus gloriam virtutibus coronam. Prorsus absque perseverantia nec qui pugnat victoriam nec victor palmam perseverantiam enim vigor virium virtutum

consummacio est virtutum ad ultimum me
diatrix ad primum. Idem. Perseverancia soror
est paciencie constancie filia pacis ami
ca nodus amiciciarum virtutis vincu
lum propugnaculum sanctitatis. Idem. Si cau
tela Sampsonis si devocio Salomonis
perseveranciam tenuisset nec is perfecto
privaretur sapiencia nec ille viribus carens
esset. Perseverancia ergo tocius probitatis
[?] fidem et custodiam hortor fir
miter custodiri. Sola enim virtutum
perseverancia coronatur. Idem in epistola. O
Christiane fige tuos cursus perfectus quia
meta illi Christus posuit suam. Factus
est autem Christus obediens usque quo
[?] ergo homo currens si usque
ad mortem non perveneris bravium non
apprehendis bravium autem tuum Christus est
quia si illo currente tu gradum sistis
non utique ei propinquas sed magis elon
gas. Tunc timendum est illud Psalmi. Ecce
elongant se a te peribunt. Non vivit
qui superbia inflatur qui luxuria in
quinatur aut qui ceteris quibusdam
quibuscumque peccatis inficitur quia hec
non est vivere sed magis vitam confun
dere et appropinquare usque ad portas
mortis. Idem. Bonam autem vitam
ergo puto et mala pati et bona facere
et sic usque ad mortem perseverare. Eu
sebius Cesariensis episcopus. Amice quia
si magna pars vite tue videatur
esse transacta prospere non ideo fiduciam
presumamus cum adhuc periculum. Psalmi.
Quia postrema timetur quibus enim in
acie positus ante faciem certaminis
aut ante metam securitatis arma de
ponat. Nemo ergo securus se iudicet
quamdiu ad finem felicis consumacionis per
veniat. Idem. Non hoc nobis sufficiat
pervenimus ad plenam salutem quia inter si
nus dei [?] quia in insula vive

et inter monachos videmus pro pallio cla
mat enim nobis deus in dicens non
omnis qui dicit domine domine intrabit in reg
num celorum. Sed quare hoc quia non au
ditores legis iusti sunt apud deum sed
factores legis iustificabuntur. Unde
et consequenter in eodem domino addit di
cens. Sed qui fecerit voluntatem
patris mei qui in celis est. Sed et si
bene vivimus cursum vite tue sta
bilitate perseverancie querendemus. Supra
tenemus tamen contra de temptacione
[?] dum probatur salute [?]
cingulum quia victori cedat adversitas
preliorum. Seneca ad Lucillum in epistola xvi.
Perseverandum est et assiduo studio
addendum donec bona mens sit quia
bona voluntas est. Plura quere supra
de constancia. Quintilianus in oratoria
institucione. Perseverandum est saltem quia
sepius et si vires deficiunt saltem a
nimo perseveremus nichil enim longum
videri necesse est in quo quia ultimum sit
certum. Plura quere supra de constan
cia de fortitudine de perseverancia [?]
quere de acceptione de pietate dei de
correctione dei de ira dei de misericordia dei
de paciencia de indiciis postremo de spe
de Christi ira et pietate.

De pietate humana. Ambrosius in e
pistola ad Romanum. Perfecta est
religio venerationi et propinquitati. Ea
enim est ea pietas que divina preponit
humanis et eterna temporalibus ante
ponit. Idem super illud Psalmi in matu
tina. Adolescentulus sum ego et con
temptus. Pietas est cultum dei mater
tes [?] stipendium filiorum tribunal
ministrorum portus egenorum suffragium
miserorum et indulgentia peccatorum. Idem
in libro de Ioseph. Vestit pietas inno
cencia in quo est pietas dispendium plane

que supra de mansuetudine. Item supra
de homine de clemencia de una hora
ad hominem de latria. Ambrosius libro primo
de obitu satiri fratris sui. Sicut pietas
est principatus omnium bonorum sic et om-
nium seminarium et virtutum. Constantinus
imperator in legenda sancti Silvestri. Qui
vincit barbaros probasse se crudeli-
tate vincamur. Nam vincere naciones
contrarias bellatorum est virtus, propriorum
vincere autem vicia vel peccata virtus est
morum. Idem ibidem. Bene ergo cum
adversariis patimur esse victores si a
sola pietate vincamur. Omnium enim
se probat vere esse dominum qui verum
se servum ostendit pietatis. Ieronimus ad Mar-
cellum. Pietatis genus est impium esse
pro domino. Idem ad Helyodorum. Licet par-
vulus ex collo pendeat nepos etc. que
supra de amore parentum. Eusebius Ce-
sariensis. Culmen et corona virtutum
pietas est. De Petro et Paulo que supra
de apostolis.

De pigricia que supra de accidia.
Valerius Maximus libro quinto.
Quantalibet dulcedo pietatis etiam in-
effrenata barbarorum ingenia penetra-
vit orbos quoque et truces hostium oculos
emollivit et inter districtos mucro-
nes placidum iter repperit nec illa acer-
bitate fortune nec ullis sordibus ca-
re pietatis excellesit qui primo eo cer-
tius quo inserius comprimitur compertum
docet sanguinis enim ingenui mulierem
pretor quidam apud tribunal suum capi-
tali crimine dampnatam incarcerandam
tradidit is qui custodie preerat
salvaret aditum filie prius diligenter
excussisse ne quid alimentorum inferret
sibi dedit futurum existimans ut intra
paucos dies inedia consumeretur. Pluri-
bus autem iam transactis diebus secum ipse
querens quid nam esse possit quo

mulier illa tamdiu sustentaretur
curiosius observans animadvertit filiam
exposito ubere inscitiam famem ma-
tris lactis sui subsidio levientem
que tam admirabilis novitate spec-
taculi ad iudices perlata remissione
pene dictavit mulieri. Primus im-
petravit. Quo enim non penetrat
aut quid non excogitat pietas
que est tam in custodia et in audi-
tum genitricem matrem filie uberibus
alitam putaret. Hoc aliquis contra
naturam rerum factum nisi putes
diligere prima nature lex esset.
Idem. Cetera quidem virtutes admira-
tionis multum pietatis ingerunt que
nullo vocis ministerio nulloque litte-
rarum indigens propriis ac tacitis vir-
ibus caritatem parentum liberorum pecto-
ribus infundit.

De placidis vel placere desideran-
tibus. Bernardus super Ezechielem. Stul-
tum valde est si illis placere queri-
mus quos nos displicere deo scimus
nam perversorum derogacio mea me
commendacio est. Plura que supra de am-
bicionis de gloria vana de iactan-
cia de laudibus. Augustinus in omelia. Loquitur
nobis deus si vides te displicere tibi
et places michi veniet autem tempus
quo nec tibi nec michi placebis
non quia iudicaberis tibi non nam
quando tu de monibus ardebis. Idem
in libro confessionum. Tu domine refulges et
places et amaris et desideraris et
erubescam de me ut abiciam me
et eligam te et placeam tibi de te.
Crisostomus de compunctione. Ad hoc homo
creatus est que supra de cogitacione.
Idem ad Demetrium. Ignoras quantum
bonum est que supra de perfectione. Idem
ad Pomachium. Prima virtus mona-
chi. Idem ad Nepocianum. Supra illud

apli Si adhuc hominibus placerem x necesse est ut sit omnium servus qui placere desiderat omnibus plura quere supra de laudibus Ysidorus synonimorum nam omnium sed honoris concupiscentia necnon inspecta familiaritate vilescas sed concupita soliditate sis preciosus plura que supra de ambiciosis Item supra de gloria vana de laudibus de ypocritis de adulacione Idem Dum sibi placet stultus homo placet ad hoc deductus est ut in dei nemat supra cum De pollucione nocturna que supra de illusione de ymaginatis de cultu vestis de planctu que supra de compunctione de contricione de lacrimis de lugentibus de pena

De philosophis et philozophia Aug(ustinus) super Gen(esim) ad litteram Piculo precavent quidam infirmi fratres qui cum istos impios philosophos de celestium corporum numeris aut de quibuslibet elementorum huius mundi questionibus subtiliter disserere et copiose audiunt evanescunt et eos sibi libros cum suspirio apponentes saluberrime pietatis libros cum fastidio repetunt et quos dulciter legere et audire debent vix patienter attingunt segetem ab horrentes et spinarum flores inventes(?) Idem in li(bro) de decem plagis Octava plaga fuit ranarum habundancia In ranis intelliguntur philosophi vel heretici per ranas cum habes garrulam philosophorum significatam vel hereticorum vanitate si consideras ranarum loquacitate nam philosophi et heretici qui de corpore omnia falsa dicunt rane sunt clamantes in limosis philozophie paludibus tedium afferentes auribus sapientum non ... sensibus inferentes Idem in li(bro) de cogitacione boni Dyalectica disserendi potens et potentem queque dubia diffiniens ceteris scripturas cunctarum et cunctarum humana sciencia ad intellectum cum dicam scriptura includit tante maiestatis luce repressa pavendum trepido tremefacta reflecti et in abdita philosophie mundane fugiens delitescit Idem in libro de ordine discipline Dyalectica est disciplina disciplinarum In ipsa enim racio se aperit quid sit quid valeat et quid erit velit hec eciam sola scit se scire sola scientes facit nec solum vult sed eciam potest Idem in libro de doctrina christiana dyalectice disciplinam amplissime laudat et ad omnia que in sacris litteris investigantur plurimum valere confirmat Idem in li(bro) de civitate dei dicit de Tullio cuius omnes os mirantur sed pectus pauca habent cum os rigidum valde sed pectus solidum plura que supra de astrologia Item infra de eloquencia Item in libro de ordine discipline duplex est via quam sequimur cum nos rerum obscuritas memoriam fugiendum imputat vel nos vult aliud aut racio aut certa auctoritate veniem(?) quam nos racione suscipiam(?) Idem ibidem duplex est sapiencia deus est verus philosophus amator dei est Idem in eodem philosophus sed philosophi vere amassent ac fideliter quesivissent christum dei virtutem dei sapienciam cognovissent nec ab eius saluberrima humilitate inflati tumore timore vane sciencie resiluissent Idem philosophi si qua vera que infra de scriptura sacra Iohannes ad damasum papam de filio prodigo demo(nia)

tibus est legere carmina poetarum et
secularis philosophie vanitas est vel sto
icorum pompa verborum ac ubi stu
dia fuerint ac labore per loca que
supra de lectione et modo legendi Ps
supra de lectione lege platonem et aristo
tiles revolue vel sincas et que supra
de lectione Idem ibidem Quando philosophos
legimus quorum ad manus nostras liber
venerit ad nostrum dogma quirimus
si quid non superfluum salis saltem de
ydolis de amore de cura secularium
rerum videmus at nunc in diebus
istis etiam sacerdotes dei dimissis
evangeliis et prophetis videmus comedias
dicas amatoria vel bucolicorum versuum
verba cantare Virgilium in
manibus et illud quod in pueris neces
sitatis est crimen in se facere voluntatis
Idem in epistola ad Julianum philosophus est
vane glorie animal et popularis
aure vile mancipium Idem in epistola
philosophi patriarche hereticorum pravitate
ecclesie puritatem maculaverunt doctrina
plura que supra de lectione de hereticis
infra de scientia de studentibus Ysid.
de summo bono Quidam philosophi per doctrinam
in divinacione temporum cursus et
syderum ac discussione elementorum
et hoc tamen non nisi a deo hauerunt
volantes enim superbe ut aves a
erem et emergentes in profundum
et pisces maris et ut pecora gra
dientes terram de super scrutantes quam
pro tanto tota mente creatorem eorum
intelligere noluerunt Idem eiusdem libri
3° c° 14 Nichil aliud amor agit
mundane philosophie nisi laudibus ho
minum extollere nam quanto maiora
fuerint studia literarum tanto magis
animus arrogancie flatu sive fastu
inflamatus ac maiori iactancia
intumescit Idem c° 11 Nunquam le

gendo consecuntur et que supra de ca
rigancia Ambrosius ad Simplicianum
Non sunt similes greci philosophi qui
verba preciosius meditata sunt ad opi
nionis celebritatem nobis autem
res pocius sunt verbis et verba sunt
citra vobis res celeres et sinceras
breves Idem in exameron Astro
logi que sua sunt nesciunt et que
supra de astrologia plura que et
de hereticis de lectione infra de stude
tibus Seneca in epistola ad Lucill. Ad
philosophiam te confer si vis esse salvus
si securus si beatus denique si vis
esse quod maximum est liber Idem
ad eundem Non est philosophia populare
artificium non ostentacioni paratum
non in verbis non in factis sed in
rebus sed in verorum utilitate perfecta nec
adhoc adhibetur philosophia ut cum ali
qua oblectacione consumatur dies
et noctes sed vera philosophia deus im
peret et vitam totius hominis for
mat et fabricat disponit actiones
regit agenda et omittenda de
monstrat Idem eidem Hortor te ut
philosophiam misericordiorum prima dimit
tas et compunctum perfectus cum
capias nec narratione nec scrip
to sed animi firmitate verba verbis
proba Idem ibidem Ubique bonorum
rector est malorum iuctor sufficit
docet philosophia non deesse hec corrigit
ad legem suam quisque vivat nec
ordinem inter dissonat Idem eidem
in epistola quintadecima Nunquam in tan
qualescat nequicia nunquam sic co
tra virtutes malicia coniurabit
ut non philosophie nomen sacrum et
venerabile maneat plura que infra
de potentibus de potestate Boeth. p°
Cum philosophorum ventosa loquacitas
non bonus est ymber qui falsitas

tem magis intulit terris quam ferti
litate Idem ibidem Philosophorum et theticorum
intellectus non habet in se puritatis
veritatis quia interiorem et ideo multa
ymaginantur ipsi collare collare et
futura fallentis faciis quia verborum et vero
functis sylogismorum ne si nudus ap
peat falsitatis etiam appareat
turpitudo Basilius in exameron
Quantum tuste venenata pulcri
tudo mulierum meretricae formosita
ti comparantur tantum vero humo saliat the
ologicus secularis puto esse vocatur
philosophie plura quere supra de eloquencia
Rabanus super ecclesiasticum philosophorum doctrina
splendore interest eloquencie et turris
suos seducit Albinus qui et alkuinus
karolo magno querenti quid esset
philosophia Audit philosophia est honestas
vite studium bene vivendi medita
cio mortis et contemptus puris secu
li Tullius in tusculanis libro primo Tota
philosophorum vita sicut ait Cato quamvis
cio mortis est Nam quid aliud agi
mus et quere supra de morte Idem
tunc res publica bene regitur quando
philosophi regnant et reges philosophantur
Quintilianus de ... quamvis ager
fertilis sit tamen sine cultura fruc
tuosus esse non potest sic animus
sine philosophia cultura enim animi philosophia
animi medicina. philosophia est hec
que extrahit vicia radicitus et impat
animos ad laciones virtutum ve
pandas et ut fructus uberrimos
ferant Idem ibidem O philosophia vite
dux virtutum indagatrix et expul
trix viciorum quid vita hominum sine te
esse potuisset tu dissipatos homines
in societatem vite convocasti tu eos
primo inter se domicilijs deinde con
iugijs coniunxisti tu inventrix et re
rum repperisti tu legum et morum
...

munde nos nostra tu legum inve
trix tu magistra morum et disciplinae fu
isti Ad te ergo confugimus et a te opem
petimus tibi nos penitus totos tradimus
quia tradimus eum tuus cum paucis auxi
lijs utam qua tuus que nobis et vite
tranquillitate largita es et mortis ter
rorem sustulisti Augustinus de regimine regum
philosophia nichil aliud est quam victoria et
abstinencia concupiscibilium animos eo
mentatur Augustinus ve vobis homines
qui computati estis in mundo bestias la
borantes furente recapta recapta
porcus quibusdam panes vivis hono
randus ut potest philosophus Idem super libro
de celo et mundo philosophia sophistarum ve
philosophie destructa est Bernardus in quodam
sermone sol portare in corpore uno animus
delectabile pondus suave preciosum
salutare etiam si premere videatur et
si latera tundat etiam si vetat alter
tum flagellet etiam quamquam in chamo et
freno maxillas constringat tamen fe
liciter coheret et salubriter in hospi
cio suo collocat atque pascit esto ergo
ut iumentum qui salvatorem portas ut
cum propheta dicere posses ut iumentum
factus sum apud te et ego semper tecum
Idem ibidem Asello quippe qui salva
torem portabat timendus nullatenus
erat ne sibilla tali sarcina deficere pos
set in via an sibi timendus erat lu
porum incursus raptorum occursus vel pre
cipicium vel periculum aliquod sub tanto pon
dere subtali presule metuendum Idem ibi
dem Felix ergo qui sic portaret Christum
ut astro sacrum in sanctam civitatem
iherusalem celestem meretur inducere
non est enim quod timeat vel in via ali
quod offendiculum vel repulsam in hos
picio ianua pacis

De pharetra Bernardus libro 21 super

Illud Iob. Item numquid prebebis equo forti-
tudinem aut circumdabis collo eius hin-
nitum, numquid suscitabis eum quasi locus-
tas? gloria narium eius terror. Terram
ungula fodit, exultat audacter, in occur-
sum pergit armatis, contempnit pavo-
rem nec cedit gladio. Super ipsum sonabit
pharetra, vibrabit clipeus et hasta.
In scriptura sacra pharetre nomine quan-
doque instrumentum dei iudicium vel consilium oc-
cultum, aliquando vero clandestina pravorum
machinacio designatur. Idem illudem.
Per pharetram iustum dei consilium et
occultum exprimitur. Sicud idem beatus
Iob testatur dicens: Pharetram su-
am aperuit et afflixit me, id est con-
silium suum occultum detexit et publi-
ca me percussione celeravit. Idem illud.
Sicut enim in pharetra sagitte sic
in occultis dei consiliis latent et quia
ex pharetra sagitta deducitur, quando
ex occulto eius aptam sententiam educit.
Idem illudem. Pharetre quoque nomine
pravorum machinaciones designantur, sicut
per prophetam dicitur: Paraverunt sagittas suas
in pharetra ut sagittent in obscuro
rectos corde. Iniqui enim eo dolos
quos bonis cogitant secretis machi-
nacionibus occultant quasi in phare-
tra sagittas parant et in hac presen-
tis vite caligine velud in obscuro rectos
corde feriunt quia maliciosa eorum ca-
tula sentire perulus perulimus put
et tamen veniencia deprehendi non
possunt. Idem illudem. Ergo quia equus
dei, id est quilibet predicator verus et for-
tis, nulla adversitate terretur et quo
magis alnatur eo vi intencionis
sue super armatas hostes pervenitur
dicitur persecutores eius qui se etiam
ferientes una sentiunt turbida adma-

contra machinamenta consilia scribunt dolos
preparant et velud ex longinquo in-
tendo iacula occultant. Unde recte
nunc dicitur: Super ipsum sonabit phare-
tra, ut cum ex abscondita machina-
cione longe feriunt, cum aptis con-
gressionibus minime appropinquat.
Idem illudem tunc super equum dei pha-
retra sonuerat cum xl viri qui
in eius morte coniuraverant, celera de-
cerde Paulum querebant ut consili-
orum suorum ictibus quasi clam dolo
sagittarum inficerent quem congressio-
ne percussionis publice superare nequa-
quam poterant. Idem pharetra ergo
sonuit quia occulte ad Paulum que-
rebant ut consiliorum suorum ictibus
quasi clam dolo sagittarum inficerent
quem congressione percussionis publice
superare nequaquam poterant. Idem pha-
retra ergo sonuit quia occulte ad
Paulum causa pervenit. Idem Sed si-
mulant quoniam adhuc aliquid sub-
tilius in sonitu pharetre reperimus.
Sepe enim adversarii consilia mala
contra bonos ineunt et pravis in-
vencionibus invicem ad excogitandos
dolos se conferunt, sed tamen quia eos-
dem dolos prodere bonis debeant ipsi
instituunt et latere ipsi committunt
ut crudelis supplicatorum pericula dum
quasi fortiter innotescitur amplius
timeatur et audientes animum plus per-
cussa vehemencia quam percepta perturbat.
In pharetra enim sagitte dum la-
tent et sonant mortem iam non
in se denunciant. Idem illud. Pharetra
ergo contra equum sonitum reddit cum
contra predicatorem sancta occulta pravorum
hominum machinacio consilium suum quod
fraudulenter operit fraudulentis innotes-

cat ut premissis minus quid propo
nitur pharetre tonant cum predicator
dei aspersas contumelias velud cominus
ferientes patienter non formidat
cum vero eisdem minus minime ter
retur maior peccatorum crudelitas ad
supplicia manifesta producitur Unde
bene postquam dictum est super ipsum sona
bit pharetra illico subditur vibra
bit clipeus et hasta contra predicatore
(m) dei post pharetre sonitum hec
hasta vibratur quando quidem post
teriores cohabitatos eminus iam feri
entes aperta persecucio propalatur. Idem ibidem
Dicit ergo recte super ipsum sonabit pha
retra vibrabit hasta et clipeus quia
contra equum dei quando consilia pra
vorum perstrepunt pharetra sonat
sed quando pravitas eorum cogitur tunc hasta
vibratur et quando eciam ei divina
dispensacione dispositio resistit tunc
clipeus anteferetur

De peccatoribus ex certo Greg. in
mor. li. xxv super illud Job
Qui quasi de industria recesserunt
adeo aliud est in precipitacione aliud
est ex deliberacione peccare sicud aliud
est bona non facere et aliud est bona
non odisse. Idem ibidem Deprimitur cum
peccatum precipitacione committitur quod cum
consilio et deliberacione dampnatur. Idem
Ex infirmitate namque solet accidere
bonum amare sed implere non posse ex
studio vero vel deliberacione peccare est
bonum nec facere nec amare sicut ergo
nonnumquam gravius est peccatum. Idem ibidem
Sicut ergo non numquam gravius est
peccatum diligere quam perpetrare ita nequi
us est iusticiam odisse quam non fecis
se Unde ipse aperte subiungit Et as
vias eius intelligere noluerunt qua
si ipsi que facere contempnunt cuncta

prorsus despiciunt Unde propheta ait No
luit intelligere ut bene ageret impru
dens cum peccandi exprimat in rectitu
dinem nesciendi quam nimium sola supplicia
caligine tenebrescunt et ideo non dis
tetunt aliud enim est nescire et aliud
scire noluisse Nescire namque ignorancia
est sed scire noluisse superbia est. Idem
ibidem Sciendum quippe est quod peccatum
tribus modis admittitur aut namque
ignorancia aut infirmitate aut studio
vel industria perpetratur. Et gravius quidem
infirmitate quam ignorancia sed
multo gravius studio quam infirmita
te peccatur. Idem ibidem Ignorancia
paulus peccaverat cum dicebat Qui
prius fui blasphemus et contumeliosus
et iniurius sed misericordiam consecutus sum quia ignorans
feci in incredulitate. Petrus autem in infir
mitate peccavit quando omne robur
fidei quod dominus prebuit una vox pu
elle concussit et deum quem corde te
nuit voce pertimuit penitus denega
vit. Ex industria vero peccaverunt illi de
quibus ipse magister veritatis dicebat Si
non venissem et locutus eis fuissem
peccatum non haberent nunc autem excusacionem
non habent de peccato et post pauca dicit
et viderunt me et patrem meum. Idem
ibidem Sed quia infirmitatis vel igno
rancie tanto facilius tergitur quanto
non studio perpetratur. Ideo paulus ea
que prius ignoravit postea sciendo
correxit et petrum invitante et gratia
iam arescentem fidei radicem rigando
lacrimis solidavit. Idem ibidem plerumque
sed vero contingit quod unum idemque peccatum
et peccatum est et pena peccati et causa pec
cati est quod melius ostendimus si res
ipsas ad medium deducamus effrenata
enim ventris ingluvies in furore luxurie

plenitudine carnis instigat. Interea
uero luxuria sepe uel per uinum uel commesa-
tiones regitur uel leguminum humanorum uitaque
punitur. Idem. Ponamus ergo ante ocu-
los nostros quod quidam uoracitatis peccata
sunt lavantur, qui deuoracitate superatus
adulterium crimen admisit. Ephesius autem
in adulterio latenter uiro adultere ne ad
iudicium traheretur occidit. Hoc itaque ad
alterum uel uoracitate et adulterium homi-
cidium positum de illa uidelicet natum et
illud generans peccatum pena est et causa
peccati peccatum utique est precipuum. pena uero
peccati est quia subsequens homicidium fe-
cit. Unum ergo idem quod peccatum et peccatum est
et pena precedentis et causa scilicet culpe sub-
sequentis quia tunc facta peccata dum ex ea
generat dampnauit et adhuc consequentia
que dampnari debeant generat. Sene-
ca super. Augustinus super Ieremiam libro 2 distinctione 2. Ideo
primum hominem dicitur peccatum mundum
intrasse quia etiam peccante muliere
si uir non peccasset humanum genus
nunc peccatis corruptum periret. Bulh
in omelia dominica iii post penthecosten super
illud Iohannis xvi Cum uenerit ille argu-
et mundum de peccato et de iustitia et de iu-
dicio exponens dominus suam suam ad
iniit de peccato et de iustitia et de iudicio
quidem quia non crediderunt in me peccatum
enim incredulitatis scilicet quasi speciale posuit
quia sicut fides uero omnium est origo uir-
tutum, ita fundamentum omnium uitiorum est
in incredulitate persistere domino terribiliter
attestante qui dicit qui autem non credit
iam iudicatus est quia non credit in
nomine unigeniti dei Abacuc ii Iustus
ex fide uiuit. De iustitia uero quia ad pa-
trem uado et iam non uidebitis me.
Iustitia enim discipulorum Christi erat quod
dominum quem hominem uerum esse tenebant
uerum quoque dei filium esse crediderunt et
quem sibi corporaliter ablatum nouerat
certo tamen semper amore tenebat
uerum quoque dei filium esse crediderunt
et quem sibi corporaliter ablatum noue-
rant certo tamen semper amore cole-
bant. Iustitia uero ceterorum fidelium id
est eorum qui dominum dum in carne non
uiderunt hoc est quod eum que corpora-
li intuitu nunquam uiderunt tamen deum
et hominem uno corde crediderunt
et diligunt. De qua perfecto in iustitia
dei arguuntur infideles cur ipsi scilicet in-
deliter cum pueli alibi nunc audi-
erunt tamen ad iustitiam credere noluerunt.
Necesse enim iustitia malorum comparata bo-
norum formatione uel etiam comparatione
patratione rectorum quidem sunt deprauanda
monstratur dampnanda. Hinc et enim
scriptum est probata autem uirtus cor-
ripit insipientes. Arguit ergo mundi
spiritus sanctus de peccato suo quia non cre-
diderunt in Christum. Arguit etiam de ius-
titia credentium quia sequi noluerunt
exemplum eorum qui hunc ad patrem
ascendisse nec corporaliter ultra conuer-
saturum uiuentes esse sciebant nec tamen
aliquis dilectione petebant. Illa tamen
separari hoc est enim quod ait Ihesus quia
ad patrem uado et iam non uidebitis
me postquam ascendero quale nunc
uidetis scilicet talem carne mortali et
corruptibili circundatum sed ad maiestate
ad iudicium uenientem et pacto iudicio
in maiori gloria sanctis omnibus appa-
rentem. Sequitur de iudicio autem quia prin-
ceps mundi huius iam iudicatus est.
Principem mundi huius dyabolum dicit
qui principatur eis qui in ordine per-
uerso mundum potius quam mundi conditorem
diligunt qui quidem dyabolus iam
iudicatus est a domino qui ait uidebam

sathanam quasi fulgur de celo caden-
tem iudicatus est ab eo cum et ipse
domum demonia eiceret et discipulis
suis daret potestatem calcandi super omnem
virtutem inimici arguitur mundus
de iudicio quo dyabolus est iudicatus
quod homines nec dei voluntati resistere
presumant propter superbiam archangeli
dampnati terrentur arguit et mundum
spiritus sanctus de iudicio quo princeps
mundi huius iudicatus est cum loquitur
in spiritu sancto iudas apostolus ad corrigendam
hominum perditorum nequiciam in penam pro-
bicionum commemorat angelorum dicens
angelos vero qui non servaverunt suum prin-
cipatum et principatum sed reliquerunt
suum domicilium in iudicium magni diei
vinculis eternis sub caligine reservat
Idem ibidem Sed et ipse filius dei dum
in ihesus ipsius cum esset in mundo ar-
guebat mundum id est sectatores mundi
de peccato incredulitatis quo in auctore
tibi peccata detinent et quo resipiscentes
et tibi dimittuntur arguebat ipsius
de iusticia quia videbant iusticiam fide-
lium nolebant imitari arguebat et
de iudicio videbant quod dyabolum qui
iam iudicatus et dampnatus erat sequ-
rentur sed et per discipulos suos et alios
predicatores hec omnia fecit faciebat

De potestatibus et potestate Gregorius
in registro Cum post terrenam
potestatem celestis regni gloriam cupit
acquirere ad faciendum huic creatori suo
debet ex omnibus laborare ut ad ea que
desiderat operationis sue gradibus possit
ascendere Idem ibidem Summum in regibus
bonum est iusticiam colere et sua cui-
que iura servare ac in subiectos non sinere
quod potestatis est fieri sed quod equum
est custodiri Idem Tunc regnum bene
regitur cum regnandi gloria in animo
non dominatur Idem Restringenda potestas
vane potestas est ne quidquam est agen-
dum prius quam caritati mentis ad tran-
quillitatem redeat nam commotionis ipse
iustum putat ita quod fecerit Idem Tan-
dem presunt potentes si eos quos per
condicionem tenent subditos equales
sibi per naturam consortium non agnoscunt
Idem Ille bene potestatem exercet qui sciat
per aliam super culpas erigi sciat eam cum
ista ceteris equalitate componi humana
et enim mens plerumque extollitur et cum
nulla potestate fulcitur quanto ergo ma-
gis se in altum erigit cum se etiam
potestas adiungit Idem Cuncta super esse
superbia potentibus solet Idem in moralibus
Potestas cum tenetur et cogitanda est propter
utilitatem et dissimulanda est propter timo-
rem quatenus is qui ea utitur et ut pro-
desse debeat et ut extolli non debe-
at posse se nesciat Idem in pastorali
parte Cuncti qui presunt non in se po-
testatem ordinis sed equalitatem debent pe-
sare ordinis condicionis nam et anti-
qui patres non pastores pecorum et non
reges hominum fuisse memorantur Idem
in registro Sicut bonus regimus desideran-
tibus est regendus ita fugientibus
offerendus plura que infra de subditis
Item infra de prelatis Item supra de ho-
nore male de ambicione Gregorius in moralibus
Honos est clarus non corde potestas in-
terna est potencia cum tribuunt deus
clarum vero potencie malicia invenit ne
tibi vincant Idem in xxxiii moralium super
illud Iob xxxiii qui dicit regi a-
postata qui vocat duces impios Idem
Tunc solum potestas bene geritur cum
non amando sed timendo retinetur vincu-
la culpe nequiunt que amore potestatis
fide perpetrantur Idem xxiii moralium Tan-
to quippe altius erigitur tanto eius
gravioribus oneratur eius peccatis incre

supponuntur quibus potestate supponitur. Idem in xx moralium. Tanto pondere unusquisque sustinere compellitur quantus in hoc seculo principatur. Unde et principes grece basilios dicuntur i. bases laos i. populi. Idem in pastorali. Sicut debent qui aliis presunt quod qui perversa perpetrant tot mortibus digni sunt quot ad subditos perditionis exempla transmittunt. Idem. Quid est potestas regiminis nisi tempestas mentis in qua cogitationum procellosa navis cordis inquatitur et turbatur. Idem in decretis di. lxiii. Omne quod hic supereminet plus merroribus affligitur quam honoribus gratuletur. Idem in eodem super illud Osee viii: Ipsi regnaverunt et non ex me principes extiterunt et non cognovi. Idem. Ex se namque et non ex arbitrio summi rectoris regnant hii qui nullis fulti virtutibus nequaquam divinitus sunt vocati sed sua cupiditate accensi culmen regiminis rapiunt potius quam assequantur. Plura que supra de ambicione. Item supra de dignitatibus, de honore, de prelatis. Gregorius Nazazenus in libro de se[illegible]ma. Regula quedam fabrilis est potestas terrena que inter homines apposita quod unum rectum est non contingit quod curvum et flexum est reficit sicut sol unus et idem eodem illuminat quidem oculos sanos et excecat infirmos. Idem in apologetico. Pro potentioribus et fortioribus dampnosum est et iniquosum officia eorum ad iustitie maiora sed in modicas coartari. Prius ne iustum est primum omnis nec super bono vires levando vel dexteram fiat vel periculo subeant. Hec est autem apologia et excusatio fuge mee. Idem. Imperatoribus Constantinopolitanis dedit nobis potestatem que supra de episcopis in fine. Augustinus de civitate [illegible]

Quanto potestas est sublimior tanto ad peccandum maior est audacia quia totum credit sibi licere quod potest et dum altius iudicium non timent qui alios iudicant ad peccandum ipsi iudices proniores fiunt. Idem in libro de decem cordis. Homines dyabolum tanto magis imitantur quanto magis neglecta iustitia potentie student cuius est adeptione letantur. Idem in epistola. Terror temporalium potestatum quando veritatem oppugnant tanto iustis et fortibus gloriosior probatio est. Idem in libro de mendacio. Nulli est iniuria potentia vel levior inferenda ut ab alio gravior iniuria repellatur. Idem in libro de natura boni. Pro iustum non est ut improbis accipientibus potestatem nocere et ut potentia bonorum probetur et malorum iniquitas puniatur. Idem in libro de civitate dei. Iustis quidquid malorum ab iniquis dominis aut potestatibus irrogatur non est pena criminis sed examen virtutis. Proinde bonus etiam si serviat liber est, malus autem etiam si regnet servus est nec unius hominis sed quod est gravius tot dominorum quot viciorum. Idem eodem. Latius superior sine quo potestas regi non potest etiam si tenetur et administretur ut decet, tamen indecenter appetitur. Idem eodem. Quid sunt magna potentium regna sine iustitia nisi quedam magna latrocinia. Idem in libro de trinitate capitulo. Prepostera potentia adiuncta potentie iustitie vel iustitia sublimitati potestatis facit iudiciariam potestatem. Potentia namque sequi debet iustitiam non preire. Ideo quod potentia ponitur inter res secundas i. prosperas; secunde a sequendo sunt dicte. Idem libro primo de civitate. Romanus potius gaudet ipsa foresta sed

sz eius a quo habz posse Ambrosius super
lucam Omnis dignitas seculi subiacet
dominice potestati Idem ibidem Ordinatio
mundi adeo est quod opera mundi a dyabolo
sic est etiam adeo potestatum ordinatio
quod a dyabolo est ambitio potestatis Idem
Sepe quos nulla vicia delectaverunt ss
qz natura nulla potuit movere luxuria
quos scilicet subvertere non potuit avaritia
facit potestatis ambitio Eciam supra pla
que supra de ambicione de dignita
tibus de honore malo de prelatis bonis
de regibus de subditis de superbia Idem
super Marcum Principatus ut ingreditur
sic deseritur et quidem tenetur labi
et metuendum valde est qua de summa
Idem ibidem Dignitas et potestas hu
mana similis est aque glaciali vel
fumo sive sompno meridiano com
paratur Idem principes et potentes
mendicum pauperes delinquentes &
que supra de acceptione personarum Idem
super Exodum Jetro dat moysi consi
lium probabile satis et utile scilicet ut eli
gat viros et constituat principes
ipsi viros deum colentes et odientes
superbiam et avaritiam tales enim opor
tet esse prelatos populi viros deum
colentes quia non solum superbi et
avari non sunt sed etiam oderunt
Idem et Hester viij q 1 Moyses ami
cus dei potuit sibi successores prin
cipatus sui filios suos facere sed potius
nove de alia tribu eligitur Ihesus
nave ut sciremus principatum
in populis non sanguinum deferen
dum esse sed vite prudentie Idem
ibidem Non semper principes populi
pro dei arbitrio datur sed ut merita
nostra deposcunt Unde et illud fece
runt et non cognovi Idem super libro
numerorum Propinquis viris agrorum et pre
diorum relinquatur hereditas gubernacio

nem populi illi tradatur que deus
elegerit Plura quere supra de ambici
one de dignitate de honore de prelatis
ypocrisi de summo bono Cum bene utitur
regia potestate ita se putare debet aliis
ut quanto maioris honoris celsitudi
ne claret tanto semetipsum magis
humiliet propriis oculis plus exemplum humi
litatis regem david qui despicius inc
ultus non timuit sed humiliter se se de ita
cens dixit vilior fiam plus quam fac
tus sum et ero humilis in oculis meis
Idem Cum bene utitur regia potestate
forma iusticie factis magis quam
verbis instruit tales namque natura
prosperitate erigitur nulla adversitate
turbatur non utitur propriis viribus
nec adeo recedit cor eius regni
quoque fastigio humile presidet animo
non eum delectat iniquitas non in
flammat cupiditas sine fraudatione
tamen sepius ex paupere divitem facit et
quod pro paupertate a populis contorqueri
potuit hoc sepe nunc clementia
donat Idem ibidem libro tercio capitulo
xlviij nichil quam per potestatem habe
re peccandi libertatem nichil quam infe
licius male agendi felicitate Idem
ibidem capitulo lj Iustum est principem
legibus obtemperare suis tunc enim
iura sua ab omnibus custodienda
existimet quando et ipse illis reve
renciam prebet Idem Cum prefertur
ad regimen & amore infra de pre
latis Ibidem idem libro tercio capitulo
39 Bonus rex facilius ad iusticiam
a delicto regreditur quam de iusticia
ad delictum transfertur ut noveris
hic esse casum illuc vero propositum
In proposito enim eius esse debet nunquam
egredi a veritate quod si casu titubante
contingerit mox enim a malicia respir

gendum Idem in synonimis Talem
te subditis tuis ut magis ab eis
ameris quam timearis Reuerencia
cum amore procedit odium vero timor
efficit Idem eadem Apodixa est huius
seculi gloria caduca et fragilis to
ta mundi huius potencia dic ubi sunt
reges ubi principes ubi sunt po
tentes imperatores ubi locupletes
aut diuites huius mundi certe di
co quasi umbra transierunt velud
sompnium euanuerunt Idem in virg°
ethicis Regie virtutes precipue due
sunt scilicet pietas et iusticia plus
tamen in regibus laudatur pietas
nam iusticia per se severa videtur
Idem in libro [illegible] Reges a
recte agendo vocati sunt Ideo quia
recte agendo regis nomen habetur
et tenetur si peccando amittitur
vnde et apud veteres moris tale
fuit proverbium Rex eris si recte egeris
si non egeris iniquus eris plura de
hoc supra de ambicione de dignita
te de gloria vana de honore malo
vano de iactancia de prelatis Ber
hardus in epistola Principes enim vel
tum insolunt et tantus abest quan
tus preest Idem ad eugenium papam
Diuina interdicto est vero fatuus se
dens in solio Idem ad binum vter
que gladius potestatis est ecclesie scilicet
materialis et spiritualis sed is quidem
pro ecclesia ille vero ab ecclesia exercendus sed
ille quidem sacerdotis iste vero militis
manu sed sane ad nutum sacerdotis
et iussu imperatoris Idem in epistola
In alto positum non alta sapere dif
ficile est et omnino inusitatum et
quanto difficilius et inusitacius
tanto certe gloriosius Idem super Can
potencia accepit male in malo quam
in bono uti abuti Idem in libro de

temptu pacientes potent torme
ta paciens apprendit cum superbia
eorum semper sequitur et regem sinit
Idem radix iniquitatis ambicio
superbis et que supra de ambicione
Idem nec superbis eius in summa nec
vehemens in vindicta que infra
de prelatis plura que supra de am
bicione Item supra de dignitate
de honore de iactancia Item infra
de superbia de prelatis Augustinus super illud
Numeri xxv Tolle cunctos principes
hoc si plures attenderent principatum
non ambirent sufficiat enim unicuique
pro peccatis suis argui et reddere racionem
quid necesse est pro peccatis aliis argui
et reddere racionem quid necesse est pro
peccatis ipsi tantum solem suppeditare Tullius
de paradoxis Quomodo autem cui libe
ro imperabit ille qui non potest
suis voluptatibus et cupiditatibus im
perare dum enim ipsis obedit et non
solum imperator nec liber omnino
dicendus erit Idem libro i de officiis
Qui rei publice prefuturi sunt duo
Platonis precepta debent ab seruare
Socrates Multum est ut quis
aliis imperare aliis velit cum sibi
ipsi imperare non possit Vnum ut
quecumque agunt ad utilitatem ciuium
referant obliti commodorum suorum
aut ut totum corpus rei publice
curent qui enim partem tuentur
et partem negligunt rem perniciosissimam se
dicionem inducunt Titus liuius Tunc
bene regitur regnum cum regna
di gloria non dominatur in animo
regentis Idem in summo honore
summa debet esse humilitas ut tan
to maiori humilitate se componat
quanto maiori dignitate sit pre
latus Boecius in thopicis Re
queritur utrum ille sit rex qui ty

tiranni dicimus nunc nam in rege
pietas mansuetudo et iusticia
est in tyrannis sunt cuncta contra-
ria Idem in iiii° de consol' Vnde
de dignitatibus et potestate quere et q
re supra de ambiciosis Idem Beatas
fore res publicas ait plato si eas
aut sapientes regerent aut earum
rectores sapientie studerent tunc enim
res publica bene regitur cum aut
philosophi regnant aut reges philosophantur Se-
neca in epistola vel in senca hic
vel vulgarem clemencia decet prin-
cipem nam tam omnibus ignoscere
quam nulli malum est Idem Sic cum
inferiore vivas quemadmodum tecum
superiorem vivere velis Idem Quociens
in mentem tuam venerit quantum tibi
in servos tuos liceat veniat etiam
tibi in mentem tuam veniat tan-
dem in te domino tuo licere Ter-
minus nullum dominum habes verum
times videre bona forsitan est for-
tuna sed nescis qua etate eciam
fuerit cepit quia cresus qua da-
rius mater Glo super illud Ps Pu-
dabo eis &c Ex hoc docemur exem-
plo principum populos plerosque
delere plura quere supra de ambi-
ciosis Item supra de clemencia de
dignitate Item supra de honore de
vana gloria De planis Ysidorus
in ethimologiarum suo libro 2° Vnde homi-
nes sanis quam summe superiores summam
beatitudinem putant esse summam po-
testatem hoc quod patet inferiores quod
paro intelligunt se [illegible]
familiam subiacere nam sic homines
reges ita regibus quorum dominandi
desideria dominantur

De preceptis dominicis in lo. de p
secunde tabule dualius

modis in fallor preceptum omne committitur
si videlicet aut ista fiant que prohibentur
aut ista non fiant que precipiuntur Idem
videns Tam certe omnia que prohibi-
ta sunt vitari possunt quam possunt que sunt
que sunt precepta nam frustra pro-
hibetur aut precipitur aliquid quod
vel caveri vel impleri non possit
Idem videns Tota mente diliges dominum
tuum quod est summum preceptum cur quod
non precipitur homini ista perfecta quod
nos eciam in hac vita nemo habeat
non enim recte currimus si quo cur-
rendum est nesciamus quomodo aut
sciremus si nullis preceptis ostenderetur
sic ergo curramus ut comprehen-
damus Idem videns Preceptum caritatis
foras mittit timorem eo facit precep-
ti sarcina(?) honore non solum non
premi sed preceptum vim etiam
sublevante omne in int° penas pla-
que supra de obediencia Ambrosius in ser-
mone magna negociacio est ubi
redempcio hominis constat nos ami-
cacione precepti ... precepta preter
ceptum enim precepti quoddam est preci-
um quo salus eterna comparatur ergo
vivo vita perpetua redditur talentum
ergo magnum est salvatoris nostri
preceptum quod commodatum nostre apud
credencios perficit pos apud nos negli-
gentes de pure non potest aliis
enim cum multiplica gracia restituitur
ab aliis cum penis usura deposcitur
prius enim talentum qui commodat
vere ut requirat Bernardus in omelia
de domini (?) epulone cumulata putant
precepta veteris testamenti districtiora
esse quam nova Sed hic nimium imperito
vida consideracione fallitur In isto
enim veteri testamento non gracia te-
nacia sed rapina [illegible] ubi vos

in iure ablata restitucione qua
drupla puniuntur hic autem dives iste
non abstulisse aliena reprehenditur
sed propria non dedisse nec dicitur quod
aliquem in oppresserit sed quod in acceptis
rebus se nimis extulit Idem illud
Hinc ergo summopere colligendum est
qua pena mulctandus est vel sit
qui aliena diripit si inferni dampna
cione percutitur qui propria non largitur
Idem in eadem omelia Chamus est quod
per legem precipitur quod hoc quod prodimus
in eximo mandatum lex enim veteris
dari decimas precipit Redemptor noster
autem ab hiis qui perfectionem sequuntur etiam
omnia dimitti iubet illa peccata carnis
resecat redemptor noster illicitas cogi
taciones dampnat Si ergo moysen
et prophetas non audiunt neque si quis
ex mortuis resurrexit credent ei quia
hii qui minora legis precepta implere
negligunt salvatoris nostri mandatis
alcioribus obedire non qualescunt
et minorum constat cuius dicta ven
tur ei profundius corde respuitabant
Idem deus dedit homini precepta nec
peccaret et tamen peccandi dedit veni
am ne desperet Idem Si nos illud quod
deus precipit facimus tunc indubita
ter illud quod deus precipit adeo peti
mus obtinemus Bernhardus Quidquid vice
dei precipit homo quere supra de obe
diencia

De predicatoribus lucis Gregorius
in xxx li moralium super illud Job
xxxviii Quis posuit in visceribus
hominis sapientiam vel quis dedit gallo in
telligenciam gallo desuper intelligencia
tribuitur quia doctori veritatis discrecio
nis virtus ut noverit quibus quid vel
quomodo vel quando inferat dinetur in

struatur non enim una eademque
cunctis exhortacio convenit quia
nec cunctos par morum qualitas
astringit Sepe etenim aliis officiunt
que aliis prosunt nam et plerumque
herbe que hec animalia nutriunt alia
occidunt Et lenis sibilus equos
mitigat et catulos instigat me
dicamentum etiam quod hunc mor
bum minuit alii vires iungit et
panis qui vitam fortem roborat parvu
los necat Idem ibidem Pro qualita
te ergo audiencium formari debet
sermo doctorum ut ad sua singulis
congruat et tamen a communis edificacio
nis non recedant quid enim sunt
intente mentes auditorum nisi
quasi quedam in cithara tensiones
strate cordarum quas tangendi
artifex ut non sibimet ipsi dis
simile canticum faciat dissimiliter
pulsat et ideo consona modula
men corde reddunt quia uno
eodemque plectro sed non uno impul
su feriuntur Unde et doctor quis
que ut in una virtute caritatis
cunctos edificet ex una doctrina
non una eademque exhortacione
tangere auditorum corda debet A
liter namque viri aliter amonende
sunt femine aliter iuvenes et aliter
senes aliter inopes aliter locupletes
aliter laeti aliter tristes aliter
prelati aliter subditi aliter domini
aliter servi Aliter huius mundi
sapientes aliter hebetes aliter
impudentes aliter verecundi aliter
verecundi aliter protervi aliter pusil
lanimes aliter pacientes aliter im
pacientes aliter benivoli aliter in
vidi aliter simplices aliter impuri

alii incolumes alii egri alii qui
flagella metuunt et propterea innocen-
ter vivunt alii qui sic iniquitate
duruerunt ut nec per flagella cor-
rigantur alii nimis taciti alii mul-
tiloquio vacantes alii timidi ali-
qui audaces aliqui pigri aliqui
precipites aliqui mansueti aliqui i-
racundi aliqui pertinaces aliqui in-
constantes aliqui qui sua misericor-
diter tribuunt aliqui qui aliena ra-
pere iam contendunt aliqui qui nec
aliena rapiunt nec sua largiuntur
aliqui qui et ea que habent sua
tribuunt et etiam aliena rapere non
desistunt aliqui discordes aliqui
pacati aliqui seminantes iurgia
aliqui pacifici alii ammonendi
sunt qui sacre legis verba non recte
intelligunt alii qui recte quidem
intelligunt sed humiliter non loquuntur
alii qui cum predicare digne vale-
ant tamen pre humilitate desiste-
runt alii quos a predicatione imperfec-
tio scientie vel etatis prohibet et
tamen precipitatio cordis impellit
alii qui in hac que temporaliter ap-
petunt prosperantur alii quidem qui
que mundi sunt concupiscunt
sed tamen adversitatis labore fatigantur
aliqui coniugiis obligati aliqui co-
niugii nexibus absoluti aliqui ad
commixtionem carnis experti alii ig-
norantes aliqui qui peccata deplorant
operum alii qui tantum cogitationum
aliqui qui commissa plangunt nec
tamen deserunt aliqui qui deserunt
nec tamen plangunt alii illicita
que sunt etiam laudant alii qui
prava confitentur nec tamen devitant
alii qui repentina concupiscentia superantur

atque alii qui in culpa ex consilio re-
ligantur alii qui licet minima ver-
bis tamen illicita sunt atque aliter
qui licet minima crebris tamen illici-
ta sunt atque alii qui se a parvis
custodiunt sed aliquando in gravibus de-
merguntur alii qui bona inchoant
alii qui inchoata minime consummant
alii qui mala occulte agunt et
publice bona alii qui bona que fa-
ciunt abscondunt et tamen quibus-
dam factis publicis de se mala qui-
dam opinari permittunt etc. Idem
ibidem. Non omnia tempora doctrine
sunt congrua nam plerumque doctoris
virtus perditur si non tempestive
proferatur sepe non quod plenius dicitur
in adventu congruentis amatur. Ille
ergo sit recte dicitur qui novit etiam
in finem Crisos. super agath. Due vie
nobis ad omnes ante oculos nostros
proponuntur una vite alia mortis una
salutis alia perditionis via salutis
et vite Christus est et ipse dux vie
est via mortis et perditionis dyabolus
est et huius vie dux est Christus utique
nos ad vitam vocat sed dyabolus ad
mortem trahit Fulgentius in quodam
sermone trahit Ambulemus in via fra-
tres ut ad patriam pervenire valeamus
via enim hominis est eius vita qui ma-
le vivit viam tenet errore qui vero
bene vivit per viam graditur veritatis
Una qui prius ambulabat per
viam fornicationis modo viam te-
neat castitatis qui viam tenebat ava-
ricie derelicto teneat viam misericordie qui in-
dum tenebat fictionis aut elationis
nunc viam teneat puritatis et humili-
tatis Bern. de xii gradibus humilitatis
Ego sum via veritas et vita ego sum
via que ad veritatem duco ego sum
veritas que vitam promitto ego sum
vita quam impendo Idem Clamat
ergo in veritatibus et magis ignoran-
tibus ego sum via clamat dubitan-
tibus et non credentibus ego sum
veritas clamat iam ascendentibus sed
in via lassescentibus ego sum vita
Hylarius li. vii de trinitate Non nos
in erratica vel in via deducit ille qui
est via nec illudit per falsa qui est
veritas nec relinquit in mortis erro-
re qui est vita plura que super dedoc-
trina de plano de veritate Item infra
de vita de ipso Ambros. ad simpliciter
Sic via vera augustior et qui virtu-
te excellencior vel gubernacior tramites
prosperior fides sublimior cantus altior

rigor mentis confundatur seruite rec-
te qui inflexibilia sunt virtutum
vestigia Unde Salomon ait Ve qui de-
linquunt vias rectas Sic ergo semper
in ad superiora qui melius est ascendere
quam descendere Idem Constantino ma-
iores sunt homines inter multa am-
bulant per viam sed opus est ut quis
bene transeat Cum ergo non velit a-
mittere quod est preteritum non cupiat
alteri quod est futurum plura que
supra de doctrina de victoria quere
supra de pugna

De viduis Greg. in Reg. Quan-
to vidue bene viventes viro-
rum solacio sunt destitute tanto eis
obnoxior est cura sollicita timor impen-
denda Idem Officii sacerdotalis est ut
viduis ac maritali regimine desola-
tis nuptiarum solacia debeatis ut vi-
de in hoc mundo humana condicione
privantur sacerdotali defensione possit
remedia reperire Aug. in libro de bono
viduali Virginali et virginali conti-
nencia maioris vite excellencia con-
petitur quam concupita et electa et vo-
ti debito deo oblata iam non solum
capescere nuptias sed eciam si non nuba-
tur tamen velle nubere dampnabile est
Idem ibidem Si nondum deo vovis-
ti continenciam vidualem exhortamur
profecto ut voveris quia non iam
vovisti exhortamur ut firmius per-
severes Idem in eodem Agite queso
cursum virum a vidue et perseveranter
currite ut comprehendatis et exem-
plo vite et exhortacionis sermone ra-
pite in eundem cursum virum quas [illegible]
[illegible] invenire Idem in epistula quadam
Viduis ad omnia membra Christi i. ad
omnes qui in Christum credunt et eius
corpori mistico sociantur sicut ipse doce-
it orare pertineat specialiter tu diligens
tiva oracionis in eius scriptura viduis
videtur iniuncta Idem in libro de Chri-
stiana vita ad sororem suam Tria vi-
duarum esse genera non ignorare te cre-
do unum scilicet quod perfecti spiritus est
celesti premio destinatum quod scilicet
rectu illius de evangelio vidue que ieiu-
niis et oracionibus die noctuque deservit
Aliud ubi quod filiorum curam habet
et domus non tamen dignum sicut pri-
mum nec tamen penitus alienum Ter-
cium autem genus viduarum est quod epu-
lis ac deliciis vacat quod et eterne
morti signatum est Idem in eodem
ad sororem suam Esto fidelis qualem
te deus esse precepit qualem et a-
postolus iubet exhiberi ut Christi vidua
sancta hominis scilicet et quieta vite
et iusticie sint opera continens et
quicunque velit in absconditum te habe-
at quicunque sub fallet et viride
at tu tuo deo placeas et que Christi
sunt geras ut vera vidua Christia-
na sis et dei valeas Idem ibidem
Multas viduarum revocat a nuben-
do non amor pudicicie preposite sed ap-
ti dedecoris timor ne nemeus et
ipse de simplicia qua formidatur ma-
gis hominibus displicere quam deo Am-
bros. in libro de viduitate Ipse mo-
dum non inferioris est a coniugio
quod quondam delectabat abstinere quam
coniugii semper delectamenta nescire
Idem ibidem Esto vidua temperans
et casta tempera te primus a vino
ut possis esse casta ab adulterio
nec ille te temptabit si vinum non
temptaverit Nam si Judith vidua vi-
num bibisset cum adultero Holoferne
utique hic dormivisset Idem in libro de
officiis Quid enim tam decorum quam vi-

dua que defuncti coniugis fidem
servat. Unde etiam hec utilius quam
ob regnum celeste continentes sunt
eunuchi qui se castraverunt propter regnum
celorum. Idem in libro de fide resurrectio
nis. Quibus satis pie virum luget
que servat pudorem non deserit fide
ut cum bene defuncti officia perso
luntur ut vivant in mentibus et
affectionibus perseverent. Ieronimus in
epistola ad Furiam de viduitate servan
da. Unde pulcrius vidua que dei
filia nuncupatur et nullos cognitos pa
tris quam amplexus bruta anima
lia et aves et nage in easdem
pecudes retiis non incidunt. Idem
eidem. Cogita te cottidie esse mori
turam et numquam de secundis nuptiis
cogitabis. Idem eidem. Monachus
et vidua debet esse sicut simia
que quanto fedior tanto pulchri
or. Idem ibidem. Ingressus inno
nud fomenta libidinum. Impudice
mentis indicia sunt et interdum
annuli duarum cancellatorum monile
et habitu indicatur. Idem ibidem.
Speculum mentis est facies hominis
et taciti oculi cordis archana
fatentur. Idem eidem. Si pinguius
langueret vel capud doluerit in
famulis ut veneficia si non de
deris ei cibos crudelis si dederis
malefica diceris. Idem. Castigo
inquit apostolus proprium corpus meum
in servitute dei. Si ergo ille timet
quis virum pat esse securus. Si da
vid amicus dei et Salomon amabi
lis dei et Sampson fortissimus
victi sunt quadhamnes et ruine
eorum nobis ad cautelam et eorum
penitencie nobis ad salutem exempla pro
ferent quis vivat in lubrica via

positus lapsum non timeat. Idem
adolescentiores viduas .i. quarum sen
sus adhuc fervet apostolus matrimo
nio tradere studet .i. corpus iniqua nota id
est non tam cito cupiscere debeat
quia lubrice iam etati securitas credi
non debet. Idem. Magna cumulo sequen
dum et perfecte virtutis indicium renun
ciare penitus corporee voluptati frigi
datas carnis illecebras et calentes
adhuc etatis flammas fidei ardore
restringere. Idem. Vidua que placere
marito desiderat et secundum apostolum vera
vidua est nichil habens nomen nisi per
perseverantiam in eum cum pristine
voluptatis sit amiserit quibus de
lectata fuit. Idem de sancta Paula
vidua unius tellule clausa angu
stiis latitudine paradisi fruebatur.
Venimus habuit mediam refectionem
putavit et cum iam non restendi
desiderium sed humane desiderium necessita
tis fragilitas ad cibum traheret tunc
pane et sale et aqua frigida concer
tabat magis esuriem quam sedabat.
Idem contra Iovinianum heretico libro
primo de viduitate servanda. Marcia
Catonis filia minor cum quereretur
ab ea cur post amissum maritum
denuo non nuberet respondit se non inve
nire virum qui se magis diligeret quam
sua. In quo dicto satis eleganter osten
dit divicias plerumque magis in uxo
ribus eligi solere quam pudiciciam
et multos non oculis sed digitis
uxorem ducere. Optima sane res que
avaricia conciliatur. Idem ibidem. E
adem Catonis filia Marcia cum
lugeret virum mortuum et matrone ro
mane quererent ab ea quem diem
non haberet luctus ultimum respondit quem

et vita mee arbitror quod ego qui a
que sic virum amabat quem quiebat
absente de secundo matrimonio non co
gitabat Idem ibidem Anna nobilis
romana cum propinquus eius mo
neret ut alium virum nuberet asserens
ei adesse ad etatem integrum et fa
ciem pulchram nequaquam inquit
illa hoc faciam si enim virum bonum
invenero sicut prius habui nolo
timere ne perdam sicut ante perdidi vi
rum bonum si vero malum inveneo
quid necesse est bonum mere / virum pes
simum sustinere Idem ibidem Porcia
minor bruti consulis quondam uxor
cum laudaretur apud eam quedam
nobilis romana bene morigerata
que secundum accepit maritum videte
felix et pudica matrona nunquam
nisi semel nubit Idem ibidem Mar
cella maior nobilis romana inter
rogata a matre sua si gauderet se
nupsisse ita valde ut amplius nun
quam velim Idem ibidem Valeria no
bilis romana matrona mortuo
marito suo servio nomine nolle no
lebat amplius nubere que ut nos
rogaret cur non vellet ait sibi ma
ritum suum vivere et semper esse ff
quibus modis naturales efficiantur
legittimi Quia nichil est furore amo
ris vehementius quam retinere perfecte
pie est De non eligendo secundo nube
res sic optimum est et laudabile
ut mulieres tam honeste se portent
ut si semel ad virum venerint vinio
latum morientem thorum Iulianum et
velius mulierem et univiram preter et
laudamus et non possunt amittere
ff de aucto quomodo oportet eos
Pudicicia maxime mulieres or
nat plura que supra de castitate per
totum Item infra de virginitate
per totum de verecundia et vanitate

virginitate que infra de virginibus
De virginibus et virginitate Gre
gorius super Ezechielem Candida
vita est carnis incorrupcio virgi
nitatis Idem in moralibus Carnis vir
ginitas nequaquam ipsa est sed tunc
laudatur nam si illa nubent idem
in culpa quiquid vitetur et tam
multi virginitate virtutis pollent
ut videlicet plus impendet in obsequio
quam accipiant in precepto Idem per cla
tonem plerorum quod etiam usque ad senium
servata virginitas incatur qua
negligitur humilitas cordis ideo recto
tus iudex dessipat integritatem
carnis Augustinus in quodam sermone vir
go carne nondum virginitatis
premio potitur Idem in libro de men
dacio Virginitas corporis non con
senciente anima non violatur quia
quod enim nobis invitis in nostro corpore
contingit nulla impudicicia est
Idem in omelia quidam virgines
tenerrimas videmus perferre per
gere ad celum quid ergo dicemus
nos barbati quos viri superat su
perbia inflat luxuria inflamat am
bicio perturbat nec sic hodie quis
quam nomen quam dicit deo monos
ste Idem in libro de virginitate Vir
ginalis integritas est per piam conti
nenciam ab omni concubitu abstinere
Idem Virginitas angelica porcio
est et in carne incorruptibili marzo
rumus perpetue meditacio cedit sic
omnis fecunditas carnis et omnis
pudicicia coniugalis Idem virgini
tas corrupcionis est inmunime sa
nctimonie quod purgacio infamie refre
nacio lascivie et victoria anime
ipsa est captivitas diaboli abolicio
scandalorum per que virtutum libertas glo
ria et inquietacionum debellacio vi
ciorum ipsa quoque celum puritatis

carnis libidinis portus honestatis
Ipsa denique est vita spiritus carnis
vestitus status condicionis ange
lice et thesaurus humane vite et substan
tie Idem ibidem habebunt profecto
magnum aliquod virgines preter
ceteros in illa eterna sorte in morta
litate quod habent iam aliquid non
carnis in carne Idem Querendo ag
num et tenendo perseveranter ad quod ve
nistis ardenter facite quod potestis ne
virginitatis bonum a vobis pereat cui
facere nichil potestis ut redeat Ide
m eodem virgines sunt et sequuntur
agnum quocumque ierit quis putamus
hunc agnum alium certe quo nemo
eum sequi potest nisi virgines ad pre
ta et gramina sed in gaudia non hu
ius seculi vana et falsa nec ad ta
lia gaudia qualia in ipso regno ce
lorum ceteris non virginibus habentur
sed ceteris omnium sorte distincta gau
dia cum ipsa virginum christi non sunt
eadem non virginum quamvis christi na
m sunt aliis alia sed nullis talia
gaudia virginum christi sunt in christo
de christo cum christo post christum et propter
christum Idem ibidem gaudeat ergo
magis puella nobilis que si nolu
erit se civitate quod sit mechis consecuta
sublimitate perdiderit insulta papa
quam si per humanum coniugium esset plus
sublimissima propagatura Idem Si
imperias contempsistis filiorum hominum
coniugiis quibus gigneretis filios hominum
toto corde diligite speciosum forma
pre filiis hominum qui vacat vobis li
beros esse a coniugalibus vinculis I
dem ibidem videbunt vos virgines
alii sancti nec invidebunt sed colle
tando vobis quod in se non habent
habebunt in vobis Idem ibidem nulla

carnis fecunditas potest virginitati
potest comparari neque enim ipsa quia vir
ginitas sed quia deo dicata est hono
ratur Idem ibidem non quero in vo
bis o virginitas amator vestre pulchri
tudinis sed speciosam mente pulchras
mores quibus singulis carnem vincunt
Idem tanto ergo vobis figatur in cor
de qui totus pro vobis fixus est in
cruce totum ipse teneat in animo vestro
quod quod noluistis occupari coniugio inspi
cite vulnera pendentis cicatrices resur
gentis sanguinem morientis precium
credentis commercium redimentis ista
quanti valeant et cogitate hec in sta
tera caritatis appendite et quod quod
amoris in nuptiis carnalibus impen
deretis illi rependite Idem Sapientes
virgines decet ne lampades earum
extinguantur quomodo nisi ut non al
ta sint sapientes sed humilibus conse
ntientes quia enim perpetua contine
ncia et maxime virginitas maxime
bonum est in sanctis dei propria vigila
tissime cavendum est ne superbia cor
rumpatur virginitatis enim bonum quan
to magnum video tanto ei ne pereat
per furem superbie pertimesco Idem quis
nesciat obedientem et humilem mulie
rem inobedienti virgini preponendam
Idem Steriles sequuntur agnum et si non
quocumque tamen certe quo ipsi potuerint
coniugatos humiles quam virgines Idem
ibidem Neque enim similiter decet vir
ginem humilitatem sed vacare cohibere similita
tio enim virginitatis maior superbia
est Idem melior est ea virginalis
sanctitas quam pudicicia coniugalis quis
dubitet tamen si tu teneas superbiam
et tua mater humilitatem melior erit
mater coniugata quam filia virgo superba
unde non dubito mulierem humilem

pserui virgini prohibe Idem in libro
de illis virginibus inquirens est
quod placendi appetitus aut elegan
cior vestitus quam tante professionis
nouitas postulat aut capitis liga
mento nobili sive tumidis bulbon
bus capillorum sive tegminibus vitte
nens ut reticula sublucentia appare
ant illis non de humilitate sed de ipsa
castitate danda sunt precepta Idem
Ille unus sancte virginis partus
omnium statum virginum est decus et ipse
virgines cum maria virgine matres
christi sunt si patris eius voluntatem
faciunt Augustinus in libro de bono coniugali di
cunt quid respondeo impietas vestra
ti tu ergo melior es quam abra
ham sed melior est castitas celibum
quam castitas coniugii quarum abraha
unam habuit in usu sed aliam habuit in
habitu non sum melior quam abraham
sed sunt tales non aliud habens sed aliud
agens vos si ergo comparemus ut
locus dubitandum est meliorem esse
virginalem continentie castitatem quam
coniugalem homines non cum compara
ille est melior qui bonum aliquod am
plius habet quam alius Idem ibidem
ista virgo coniugate mulieri multo
honoratur quia non multitudini se a
manda fecit sed unum speciosum
forma pre filiis hominum se diligit ut
que eum sicut maria concipere car
nem non posset eidem corde concep
to carne integritatem custodiret Idem
ibidem Si omnes homines vellent ab omni
concubitu continere unde subsisteret dicit
genus humanum utinam omnes hoc vel
lent dumtaxat in caritate et fide
non ficta utique multo citius dei civi
tas compleretur et acceleretur unde pau
lus dicit vellem omnes homines esse sicut
me Idem in libro de sancta virginitate

bus Bone sunt nuptie melior est
continentia virginitas autem in
tegra bono excelsior est quia naturam
vincit et pugna natura que pro
solo amore pudicitie nupta est Idem
ibidem capitulo 22 Caritate virginitati
nuptias coequare non oportuit sed co
munum est Idem in libro de viduita
te virginali et viduali que superant
deuidens Idem Cum quis non
reddit quod non impetus compulsus
sed consilio quoniam vovit tanto
magis fraudati non augere virgi
nitate quanto magis habuit nouendi
voluntate Idem plane non dubitanter
non dico lapsas animas a castitate
te sanctiore que deo voverint adul
teris esse deteriores Idem ibidem et
habetur in glosa prima Cor vij Si integre
statim virginitas conditione huma
ne nature qua etiam homines as
similantur angelis maior tu est vic
toria virginum quam angelorum Nam
angeli sine carne virgines autem
in carne triumphant Idem in sermone
de assumptione beate marie Sicut co
tidiano frequentium doctorum auditu
ad patrum virginum alitum ipse p
re solet sepius humani generis ad
venire redemptor Idem in epistola
quadam Virtus pudicitie virginalis
hominibus honorabiles angelis de
siderabiles fit deo placabiles atque
amabiles reddit conscientiam mundat
affectum temperat intellectum illuminat
propositum in animo positum roborat et
ad effectum boni operis confirmat
Hec pudicitia virginalis animos
attrahit munera respicit demones
confundit angelos imitatur infer
num claudit celum aperit et tandem
cum omni fiducia iungit deo cum ce
lestibus spiritibus associat et atque

coram deo fecit Ambros. in li. de
virginibus Non ideo laudabilis est
virginitas quia in martiribus reperitur
sed quia ipsa martires facit Idem
ibidem Perfecto mirabile prorsus carne
uiue non terrena vita est sed celestis
Idem ibidem Hec sola virtus nubes
aera sidera quoque et angelos trans
grediens verbum dei patris in ipso
sinu patris invenit et toto pectore
dulciter hausit quis tam tantum in
venit relinquet bonum Idem ibidem Idem
Nec liberiore letitiam in virginibus
decet esse que si non habent quod defle
ant fleant salute fleant lapsus
peccatorum et eorum qui lapsus aliorum
flent suos melius caveant fleant
in agendis paradisi longius evagant
fleant an adepta debeant pervenire
postremo fleant vel ipsa contemplatione
ut hic flentes illic accipiant conso
lacionem Idem ibidem Custodi virgo vias
tuas ut non delinquas in lingua
tua et enim bona loqui plerumque cri
men est virgini Idem Ingreditur o
virgo mors per fenestras tuas et per
ostium tuum si falsum loqueris si tur
piter si procaciter postremo si ubi non
oportet si que non oportet si coram
quibus non oportet clause sint ergo
fores labiorum tuorum et etiam obscura
tum maneat meatus et postibus vectis
tabulatum mense tue Idem Virgo que
Christo vivit non debet esse vulgaris
non debet esse in foro sed in choro sic fu
erit inter homines se noscat querula non
garrula gressu laborata non superba
facilis auditu velox aspectu Idem
qui non nubunt et uxores non ducunt
sicut angeli in terra sunt ut tribula
tiones carnis non sentiant virtute
servitute ignorent et mundane negoc
acionis allevientur contagio sed divinis
rebus mente devota quasi intendant
ut tamquam soluti corporis infirmitate
non que hominis sunt sed que dei sunt
cogitent Idem Virginitas adolescenti
am decet iuventutem ornat senectutem
letificat et fortificat omnique etate sub
iusticie sue canos maturitate gravi
tatis reclamet pudore qui dei vocem
non impedit sed auget religionem Idem
Quid est virginitas nisi cogitacionis
integritas Unde ait unus o virgines
si probis angeli militant quia vos
angelorum moribus militatis meretur
ergo istorum presidium castigans castitas
virginalis quorum meruit et vitam et
mores Idem Claudat ora pudor vir
ginalis debilitate corporis vim opti
dit religio mentis instituat consue
tudo boni operis materia ergo virgi
nem nil plus gravitas morum inicet
pudore obvio gressu sobrio vultu
modesto et previa integritatis an
tecedant signa virtutis Idem Unde in
virgine comes singularum virtutum
est verecundia sive pudor hec individua
debet esse virginitati sine qua non po
test esse virginitas Idem Verecundia
est comes pudicitie cuius societate
castitas ipsa tutior est Idem Considera
te quia virgines prophetis responsum
dare videri meruerint Idem Nichil est quod
magis se prodat impudicum quam dispe
dium castitatis Idem super lucam Decet
ut quanto virgo sit castior tanto sit
humilis et paciens et melior Idem ibid
super illud Ingressus angelus ad eam
Disce virgines a virgine virginum
non cursitare circumspice edes alienas non
demorari in plateis nec aliquos in
publico miscere sermones Idem in li. de bono

Joseph. Bonum munus pudicicia sed in honore mentis eius precium abest. Idem in li. de institucione virginum. Si integre ditur virginitas condicionem humane nature superat quam etiam homines angelis assimilabat. maior tamen est victoria virginum quam angelorum et que supra. Idem Valentiniano filio Theodosii. Non est virginitas que precio emitur non virtutis studio possidetur. Idem. Summa castitas victoria est que supra de castitate. Idem ad ecclesiam Vercellensem. Virginitas est fons et origo pudicicie que custodit inviolata signacula integritatis in quo fonte lucet imago dei. Idem in li. de virginibus. Nemo miretur si virgines angelis comparantur que angelorum domino copulantur. Idem ibidem. Quis ergo neget hanc vitam de celo fluxisse quam non facile invenimus in terris nisi postquam deus in hoc terreni corporis membra descendit. plura que supra de abstinencia de castitate de pudicicia. Ieronimus ad Eustochium virginem de virgine servanda. Si quid in me potest esse consilii si experto creditur hoc primum moneo hoc obtestor ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Vinum enim et adolescencia duplex est incendium voluptatis. Ut quid ergo oleum flamme addicimus ut quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus. Idem ad eandem. Laudo nupcias laudo coniugium sed quia michi virgines generant. lego de spinis rosas de terra aurum de concha margaritam. Idem. Non proderit celiborum castitas membrorum si c... nerantur vel in vino corrumpitur. Idem. Vincentibus virginitate non potu

nubere si etiam velle nubere si cogitur vel le nubere dampnabile. Idem dicit tibi de virginitatis prerogativa blandiris merito agnum et virum Adam et Evam virgines dilexisse nec integritatem corporis peccantibus profuisse. Idem. Cum universos actus tuos videris ab omni sorde peccati ac toto sinus corpore sanctificata tunc tibi castitatem tuam intelligis profuturam et tunc omni fiducia palma virginitatis conspecta. Idem. Sit inter vera gravitas honestas admirabilis stupenda verecundia mira paciencia virginalis incessus ac vere pudicicie habitus sermo quoque semper modestus et in suo tempore proferendus. Idem. Vere pudicicie habitus ornet pudiciciam tuam verecundia virginalis et conspicuum insignibus sint semper cunctas inter virtutes pudor superet sine quo castitas stare non potest. Idem. Virginis diffinicio est sanctam esse corpore et spiritu quia nichil prodest carne habere virginem si mente quis nupserit vel corruptus fuit. Idem. Audenter dico vel loquor deus cum omnia possit suscitare tamen non potest virginem post ruinam. valet quidem deus liberare de pena sed non vult coronare corruptam. Idem. Sit sermo virginis prudens modestus et rarus nec tam eloquencia preciosus quam pudore. Idem. Plus amat virgines Christus quia sponte tribuunt quod eis non fuerat imperatum quia maioris gracie est quod non cogitur et tamen offertur. Idem. Magnum arcanum signum est que supra de viduis. Idem. Virginis cellule que supra de viduis. Idem ad eandem. Rarius sit egressus

tuus in publicum unguentum cum tan-
ta dederit prodeundi si semper quando
vocaris sit presentius sic zelotipus
enim sponsus tuus ihesus non vult
ab aliis conspici speciem tuam Idem
ad furiam virginem Pallor et sordes
gemme tue sint plumarum mollicies
tenerella membra non foveant
balneorum calor novum adolescentie
sanguinem non incendat Idem aqui-
te melius est stomachum te dolere
quam mente et gressu quam pudiciciam
vacillare Idem eidem Cavendum
est melius quod dolentium certe
laboriosius est non frui eo quod habe-
as quam desiderare quod amiseras
unde et virginitas in eo facilior
est quia carnis incentiva non novit
et viduitas in eo felicior est quia pristi-
nas animo revolvit voluptates ma-
xime si reputat virum perdidisse non
premisisse quorum alterum doloris at-
que gaudii est Idem eidem Melius
est rem familiarem minui quam
anime salutem pro hoc quod nolumus
volumus aliquid periturum est quod illud
amittere pro quo dimittenda sunt Idem
eidem Aliud nichil est nos iactare
pudiciciam que sine comitibus et ap-
paratibus pudicicie fidem sui facere
non potestis videlicet continentiam
et paritatem Idem eidem Difficile inter
epulas et quiete pudicicia conser-
vatur interius enim tutius sordidum
ostentat animum Idem eidem Quid tu
facies puella sani corporis delicata
pinguis rubens inter carnes inter
vina inter balnea iuxta maritatas
et adolescentulos si que et si rogata
non feceris tamen deformes putes
testimonium si roges libidinosa cum
viris ardentibus honesta prosequitur
et quod non licet dulcius suspicatur

plura que scripsi de abstinentia Idem
ad Demetriadem virginem Si te virorum
exempla non provocant hortetur
faciat quod te securum beata virgo et
martir agnes que et etatem vicit et
tyrannum et titulum castitatis martirio
coronavit Idem eidem Nichil fuit ato-
nimo tuo falsides aves crasse cont-
inens turtures et omnes aves quibus
amplissima matrimonia avolant Idem
eidem Sectentur te femine et maxime vidu-
e et virgines tibi comites et sodales
eligantur quorum sit probata conversatio
sermo moderatus verecundia sacrata
Idem eidem Fuge lascivas puellarum
que ornant capita crines a fronte di-
mittunt cutem poliunt et linimentis
utuntur ac strictas habent manicas
vestimenta quoque sine ruga sectas quia
crispantes ut sub nomine virginali ven-
dibilius et dampnabilius pereant mores
enim et studia sua dominarum ex ancilla-
rum et sodalium plerumque moribus indi-
cantur et habitus interior dudum ex ancil-
larum conspectu exteriori habitu demonstrari
Idem eidem Ista est pulchra et inter
socias habenda que nescit se esse pulcram
que negligit corporis formam et proce-
dens ad publicum non pectus et colla
denudat nec pallio revelato cervices
aperit sed quam celat faciem et vix uno
oculo quem vie necessarius est patente
progreditur Idem Que vivunt in mo-
nasterio virgines et quarum simul mag-
nus est numerus nunquam sola nunquam si-
ne matre procedant De agmine enim
columbarum accipiter crebro separat unam
quam statim invadit et lacerat et cu-
ius carnibus et sanguine saturatur
morbide etiam oves libenter sunt gre-
gem relinquunt et luporum faucibus de-

deus vivit. Idem eidem Felix ista co-
scientia et beata virginitas intus cor-
de propter amorem Christi qui est sapientia
castitatis pudicitia atque iustitia ceterarumque
virtutes nullus alius non patitur amor
nec ad recordationem hominis quemquam sus-
pirat nec videre desiderat quem cum
viderit dimittere velit. Idem ad Lethar
de instructione filie sue Ante annos ro-
buste etatis periculosa est teneris pu-
ellis gravis abstinentia sed postquam
venerit tunc ieiuniis maceretur. Idem
Novi ego in utroque sexu quere supra
de abstinentia. Idem eidem Sic come-
dat ut semper esuriat ut statim post
cibum possit legere psallere vel orare. I-
dem Orationi lectio succedat et leve vi-
debitur omne tempus quod tantis
operum varietatibus occupatur. Idem
Virgo et monachus se dimittant
equos suos sibi meminerint semper
esse currendum. Idem contra Iovini-
anum hereticum libro 2o. Semper angelis
cognata virginitas tanto ergo est
inter nuptias et virginitatem quan-
tum inter non peccare et benefacere
immo ut planius dicam quantum inter
bonum et melius. Idem nuptie replent
terram sed virginitas paradisum. Gen. 1o
Crescite et multiplicamini et replete ter-
ram. Idem nuptie replent terram
sed virginitas paradisum. Gen. 1o Cres-
cite et multiplicamini et replete ter-
ram. Idem contra eundem Virgines
et viduas celibes dicimus unde et
ipsum nomen indicatum est eo quod celo dig-
ni sunt qui coitu careant. Plura que
infra de abstinentia. Idem Contra
Eluidium hereticum virginis diffinicio
est sanctam esse corpore et spiritu quia nichil
prodest habere carnem virginem si men-

te nupserit. Plura que supra de absti-
nentia. Idem Ieronimus ad Pamachium
epistola. Deus amor et puritas virgina-
lis et humilitas perfecta et bonorum
morum iocunda suavitas tamquam
celi iubar in conspectu summi regis
glorie resplendent. Plura que supra
de castitate. Ambrosius in libro de virgini-
tate. Sancta postquam dominus deus
in corpus humanum venit et coniuncti-
one divinitatis et corporis sine ulla con-
fusionis labe sociavit tunc toto or-
be vite celestis usus inolevit. Idem
ibidem Quid est castitas virgina-
lis nisi integritas expers contra-
gionis et eius auctore quere supra
que possumus estimare nisi dei fi-
lium immaculatum cuius caro non
vidit corruptionem cuius divinitas non
experta est contagionem videte ergo
quanta sunt merita virginitatis
Christus ante virgo Christus ex virgine
ex patre a patre quidem natus ante se-
cula sed Christus ex virgine natus quidem ante
propter secula. Idem in eodem Habetis
o virgines inter milicia pulcritudi-
nem virtutis militat forma non cor-
poris quam nulla potest etas extingue-
re nulla mors potest eripere nulla
egritudo corrumpere. Ysidorus de summo bono
Unde per carnem primam recepit vulnera
sanitatem virginitas ante si perdat
nullatenus reparatur. Idem Virgo car-
ne non mente nullum habet premium
in retributione. Idem ubi libro 2o c. xlo
Amanda est pulcritudo castitatis quere
supra de castitate. Item supra de continen-
tia de abstinentia de luxuria per totum
Bern. super cantica. Solent virgines
que vere virgines sunt semper ad
omnem in affectum pavere et numquam

esse servire et ut caveant solent ce-
tera pertimescere scientes se in vasis
fictilibus thesaurum portare
preciosum et tamen arduum esse vivere
inter homines ut angeli et interesse mu-
re celestium convivii. Idem super Cant.
Verecundia est soror continentie in nullo
quam tam manifestum indicium columbine
simplicitatis. Unde et omnis testis
innocentie est et lampas pudice men-
tis. Idem ibidem. Continentia non leve
meritum apud deum que laudem requirit
humanam. Ideo quod maxime opus est
puritate intentionis qua soli deo vi-
vendo placere desideret et valeat in hoc
re plura que supra de castitate castita-
te virtutum et humilitate. Ciprianus
in epistola. Si Christum continentia sequitur
et regem dei civitas destinatur quid
est virginibus Christi cum terreno cul-
tu et cum superfluis ornamentis qui-
bus dum hominibus placere gestiunt
deum offendunt. Idem. Virginitas
est opus integrum et incorruptum yma-
go dei splendidus ad sanctimoniam domini
et illustrior portio gregis Christi. Be-
da in ymagoaimeum(?). Deus ac dominus
in qui in primordio mundi feminam
convivii latere formavit ut mutua
illorum generatione terram implendam
esse doceret ipsemet deus in fine secu-
lorum assumpsit intus de carne virginis
terminus contagionis expertem tota
divinitatis plenitudine perfectum ut
virginitatis se gloriam pacens qui
nuptias diligere comprobaret. Idem
in summa pace Christus natus est ut se
pacem ostenderet diligere de virgine
natus est ut virginitatem deus se di-
ligere demonstraret. Plura quere super
de castitate. Thomas apostolus in legen-
da. Virginitas est soror apostolorum

et verum possessio bonorum. Ibidem. Unde
Virginitas est victoria laudum fidei
tropheum victoria de inimicis et eterne
vite spectacula(?). Bibbius(?) Porretanus. Vir-
ginitas est curarum secularium silentium
pax carnis redemptio viciorum princi-
patus virtutum virginitatis. Modico
est contenta non saciata pro natura vir-
ginitatis perdita nulla est restauracio
sic omnis inferior est recompensacio. Cla-
mastensis(?). Virginitas est angelorum
cognacio et incorporee nature devo-
cio. Iudicum(?) di. 30. Si quis propter deum
virginitate professus in coniugio positos
per arroganciam vituperant anathema
sit. Plura que ibidem. Bla. 2 Reg. vi.
Maior professio virtutis altiorem debet
tenere viam vincendi qui cum ab terrena
cernendo coniugio virginitate tenere con-
servant oportet ut virginitati mores
condignos ostendant videlicet absti-
nencia cibis et potibus et vinis et vini
et vix detractione habitu superfluo et ocu-
lo impudico vigiliis ante et sanctis
ordinibus lectionibus et elemosinis
vacent. Plura que supra de castitate.
In dyalogo sanctorum 2 Blasii et Jo. Virgo
que arripuit professionem celestem comunica-
cionem angelorum reputat interius
ff. de reg. iuris. Mulier etiam virgo
viri potens continet.

De virginitate et humilitate. Bern.
in mor. Sic mente verte est
ut quere supra de castitate et humilitate
plura quere ibidem. Idem Bern. Aug. Am-
bros. et Rich. Aug. omnes in illis est super
illo verbo ad virginem desponsatam viro.
Unde est hec virgo tam venerabilis
ut salutetur ab angelo tam humilis ut de-
sponsata sit fabro. Idem ibidem. Pulch-
ra permixtio virginitatis et humilitatis

nec mediocriter placet deo illa anima
in qua et humilitas commendat virgini-
tatem et virginitas exornat humilita-
tem. Idem ibidem. Sed quanta putas ve-
neratione digna est ista in qua humilita-
tem exaltat fecunditas et partus con-
secrat virginitatem. Idem. Audis virgi-
nem, audis humilem; si non potes vir-
ginitatem humilis imitari, saltem humilita-
tem imitare virginis. Idem. Laudabi-
lis virtus virginitas, sed magis necessaria
humilitas. Illa consulitur, sed ista precipi-
tur; ad illam invitaris, ad istam cogeris.
De ista namque dicitur: qui potest capere
capiat; sed de ista scribitur: nisi quis
efficiatur ut parvulus ille non potest
intrare in regnum celorum. Illa ergo re-
muneratur, sed ista exigitur. Potes ergo
sine virginitate salvari, sed sine humi-
litate non potes. Potest inquam placere
deo humilitas que virginitatem deper-
ditam deplorat; sed sine humilitate au-
deo dicere nec virginitas Marie virgi-
nis placuisset. Idem. Super quem inquit
propheta ymo dominus per prophetam dicit
Super quem requiescet spiritus meus
nisi super quietum et humilem? Super humi-
lem dixit, non super virginem. Si ergo
Maria humilis non fuisset, spiritus sanctus
super eam non requievisset, et si super
eam non requievisset nec eam uti-
que impregnasset. Quomodo enim de ipso sine ip-
so concepisset. Idem. Patet itaque ut de
spiritu sancto conciperet, sicut ipsamet per-
hibet: respexit inquit dominus humili-
tatem ancille sue potius quam virgini-
tatem; et si placuit ancilla ex virgini-
tate, tamen concepit ex humilitate et fide.
Unde constat etiam ut deo placeret eius
pro virginitas, hoc humilitas procul dubi-
o fecit. Idem. Quid ergo dicis virgo
superba? Maria sine virginitate obli-
ta de humilitate gloriatur, et tu ne-
gligendo humilitatem superba de virgi-
nitate blandiris? Respexit deus ait
illa humilitatem ancille sue. Sed que ista?
Virgo utique, virgo sancta, virgo sobria,
virgo devocior. Ista autem numquid for-
te tua pudicicia gratior deo castita-
te Marie, ut tu sine humilitate Ma-
rie deo placere sufficias contra quod
illa non potuit cum sua. Idem. Deni-
que quanto honorabilior es ex singu-
lari munere castimonie, tanto tibi tu
maiorem iniuriam facis quo eius
decorem fedas permixtione superbie.
Alioquin expedit tibi virgine non es-
se quam de virginitate insolescere. Idem
ibidem. Non omnium est virginitas,
multo tamen est paucorum cum virginitate
humilitas. Si ergo virginitatem in Ma-
ria non potes nisi mirari, studeas
eius humilitatem imitari et hoc tibi
sufficiat ad salutem. De cum et virgo
et humilis est, et quisquis est quam magnus
est, tamen adhuc aliquid quod
mireris in huius virgine Maria,
scilicet cum virginitate fecunditas.
A seculo enim non est auditum ut a-
liqua simul esset mater et virgo.
Quam et si cuius mater est atten-
dis, quo te tua super eius mira-
bili celsitudine ducit admiracio? No-
ne ad te ut te videas nec te satis
quidem posse mirari? Nonne tuo ymo
veritatis iudicio illa que deum habuit
filium super omnes choros etiam exal-
tabitur angelorum. Idem ibidem. Deum
non solum et verum deum dominum et ho-
minum et angelorum Maria suum filium
audacter appellat dicens: Fili quid fe-
cisti nobis sic? Quis hoc audeat
dicere angelorum? Sufficit eis cum sint angeli
et multum sufficit et pro magno habent

q[ui] tam sunt superius co[n]ditione sed
peregrinum tame[n] vocati sunt angeli
cum tremore et reverencia serviunt
cum magna fiducia filius suum vocat
cupiat Idem vel dedignatur vnde
cupiari deus homo quam esse digna
tus est nam paulo post subdit
evangelista dicens Et erat subditus
illis quis quibus certe deus homi
nibus deus inquam cui serviunt angeli
Cui subdita sunt principatus et
potestates obediunt subditus erat
marie sed et Ioseph propter mariam scilicet
Admirare ergo vtrolibet et elige quid
amplius mireris siue filii benig
nissimam dignacionem siue matris
excellentissimam dignitatem vtrobique
namque stupor est et in vtrisque mira
culum admirandum scilicet quod femine
deus obtemperet humilitas est absque
exemplo et quod femina deo principetur
sublimitas est sine socio Idem ibidem
Disce ergo o homo tuis senioribus
obedire disce terra subdi celo dis
ce pulvis tuis maioribus obtem
perare de creatore ewangelista loquens
euangelista et erat inquid illis subditus
aut dubium quin marie et ioseph
Erubesce ergo superbe cinis deus
se humiliat et tu te exaltas deus
hominibus se subdit et tu dominari ges
tiens hominibus tuo te preponis auc
tori Idem ibidem Vtinam michi quoque
quod tale cogitanti deus et dominus
meus non videt quod et marchando
suo vidit apostolo vade inquit post
me sathanas quia non sapis ea
que dei sunt quociens enim hominibus
preesse desidero tociens deum meum
prevenire intendo et tunc vere non
sapio ea que dei sunt quia de eo dicitur

est Et erat subditus illis Idem ibidem
in homiliis exemplum
imitari certe non erit tibi saltim indig
num sequi vel auctorem tuum dum quod de
num tuum et si non potes forsan seque
Christum quo tibi conscendit hoc est sed
non potes per sublime medium seminari
virginitatis sequere saltem dum ac
deum tuum per tutissimam viam humilita
tis plura que supra de humilitate

De virtute inequali Greg. i. mor.
Non eadem res semper est vir
tus quia per momenta temporis semper
mutatur iuxta accidens Idem ibidem
plerumque virtus cum indiscrete tenetur
amittitur et cum discrete intermittitur
plus tenetur Idem Bernardus bonus o
dor ex virtute est sic fetor ex vicio
est Idem Alius virtutes et que supra
de virtutum connexione Idem xxxi. mor.
Nemo repente fieri potest summus que
supra de proficientibus Idem xviii. mor.
Dum per virtutem quam agit Idem ibi
dem magna verecundia est que supra
de vana gloria Idem ix mor. plero
que dei gratiam estimat dona virtutum
et tum eisdem donis clarius coruscat
qui prius sine virtutibus magnis
humilitate firmius stetit et plerumque ve
lud nimium dei metuit quis adversa
temptacionum et tum eisdem temptacio
nibus ad virtutum custodiam cau
tior iam assurgit Idem super Ezech.
Non virtutibus venitur ad fidem sed
fide pertingitur ad virtutes Aug. li.
i. de civitate dei divinus bene vet
te quod vivendi virtus auctoribus
diffinita est Idem ibidem diffini
cio brevis et vera virtutis est or
do amoris Idem in libro de spiritu et
anima Virtus est habitus mentis
bene instituti Idem in li. de libero

V

arbitrio Virtus est bona qualitas mentis qua bene vivitur qua nemo male utitur quam deus in nobis sine nobis operatur Idem super de libero arbitrio 31 Virtutes quibus recte vivitur magna bona sunt minima vero bona sunt bona corporalia media et minima posse potestas aliquis male uti sed magnis non Idem eundem Virtutibus male utitur sicut nec vitia bene ceteris aut bonis i. mediis et minimis potest aliquis uti non solum bene sed etiam male uti Idem de civitate dei Virtutes quas sibi mens hominis habere videtur per quas imperat corpori et vitiis ad quaelibet adipiscendum vel tenendum retulerit nisi ad deum etiam vitia sunt potius quam virtutes Idem de Trinitate de bono opere gloriari de virtute vero facit Idem in libro 83 questionum Omnis ordinatio que virtus etiam nominatur est fruendis frui et utendis uti Ambrosius in epistola ad Simplicianum Preponderant future prava ac violenta moderatis et plura panaceis [?] iocundis seriis asperis mollia ac tristibus leta et illecebrosa rigidioribus et prospera tardioribus lenta virtus enim est et diuturna ac cunctatrix est et aliud ante iudicat et ad omnia incipit ac ita mens bona est speculatrix suorum consiliorum plus quam cogitat quid decorum sit atque honestum iniquitas autem operi cogitationem antevenit Idem super Lucam Non est virtus non posse peccare sed nolle atque sic tenere perseverantiam voluntatis per instantiam consuetudinis ut vertatur in naturam vel vincat naturam Idem in sermone illud adverte quod extra paradisum vir factus est et mulier in paradiso ut per se ad

virtus non loca non generis nobilitate sed virtute sibi quisquam debet gratiam comparare Cassiodorus in libro quod nemo leditur nisi a se Virtus anime est recte sentire de deo recte quoque inter homines conversari Idem super Job Sicut malitia etiam ante iehennam eos qui hic eam perficiunt cruciare incipit ita virtus etiam ante regnum celorum eos qui hic eam operantur cum optima spe et perpetua delectatione vivere facit Ieronimus ad amandum presbyterum Porro quod ait sic deus omnia in omnibus hoc sensu accipiendum est quia dominus et salvator nunc omnia non est in omnibus sed pars in singulis ut sit in Salomone sapientia in David bonitas et suavitas in Job patientia in Daniele cognitio futurorum in Petro fides in Iohanne virginitas in Phinees et Paulo et sic in ceteris ceteri Cum autem finis omnium advenerit tunc deus omnia in omnibus erit et singuli sanctorum omnes virtutes habebunt ut sit sic Christus totus in omnibus Ysidorus de summo bono libro 2 capitulo viii Ad virtutes difficile consurgimus sed ad vitia facile dilabimur Primo ergo vitia sunt extirpanda deinde sunt virtutes inserende nam cohabitare vel iungi non potest veritas cum mendacio virtus cum vitio pudor cum petulantia fides cum perfidia castitas cum luxuria Idem ibidem capitulo 30 Tam virtutes in ordinatione comprehendere nititur hec tota probitas [?] hec est enim natura rerum ut queque velociter ad perfectum tendunt procul dubio celeriter finiantur sicut herbe que quanto festinius crescunt tanto celerius pereunt At contra arbores alta radice

Fundatur

fundate ideo durant diutius quia
gradatim pervenerunt ad perfectum I-
dem Omnis quisque godectiore iam me-
lior esse cupit caveat de acceptis
potalli virtutibus ne gravius per vanam
gloriam corruat quam prius per lapsum
viciorum iacebat Idem ibidem 33 Si-
cut gemitus viciorum gignitur sic ex
virtute virtus concipitur gemitus enim
viciorum gignitur sicut David qui cum
cecitatur civitatem adulterium homici-
dium perpetravit Item virtus virtute
concipitur sic pueritate [illegible] pre-
dicaverunt apostoli virtutem martirum me-
ruerunt Idem ibidem capitulo 32 Quod
quosdam etiam de virtute vicium ge-
neratur dum quisque de castigatis et
abstinencie meritis gloriatur nam qui
et elemosinam causa vane glorie pau-
peribus Nam qui et elemosinam inpe-
titur de virtute facit vicium sed et is
qui de sua sapientia arrogantiam facit
et qui per iusticiam quam facit premium ap-
petit et qui donum aliquod meruit ad
suam laudem transfert aut in
malos assumit vires ille procul du-
bio vicium facit Idem ibidem capitulo 3a ad-
versus impetum viciorum contrariis
virtutibus est pugnandum quere supra
de conflictu viciorum et virtutum Idem
in synodo Quod quis bonum cum discretione
fecerit virtus est virtus autem
indiscreta pro vicio reputatur Idem qui
de suis virtutibus superbiunt quere
supra de superbia plura que infra
de vicijs pressentibus virtute Bernardus
in sermone de adventu domini
Non sunt opes sed virtutes quas secum
consciencia portat in conspectum divitis fiat
Idem super Cantica Tolle discretionem et
virtus vicium erit Idem ibidem Cantica

Tolle discretionem et virtus erit Idem
ibidem Quodam maiorum virtus tenet at-
que inde secula non solum prudentie sed
circumspectione indigent Idem in epistola quon-
dam Virtus in pace cognoscitur in persecu-
tione probatur in victoria approbatur Idem
ad fratres de monte dei virtus diffici-
lis cum humilitate quesita cum labore
haberi cum amore Tullius in rethorica
Virtus est animi habitus nature conveniens
[illegible] Idem in libro de amicicia virtus absque
qua beata vita nequit esse nec vita bea-
ta absque virtute Idem in libro de parado-
xis Quod rectum et honestum et in
virtute est hoc solum optinet esse
bonum et potest nec cuiquam ex bene esse
cuiquam malum malo Idem in libro de tus-
culanis questionibus virtus est affectio an-
imi constans conveniens que laudabiles effi-
ciens eos in quibus est et ipsa per se sua
sponte separata etiam utilitate laudabi-
lis est [illegible] honeste vo-
luntatis [illegible] et actio omnis quia recta
racio quamquam et ipsa virtus brevissime
recta racio dici possit Idem in libro de
natura deorum Nichil est virtute amabi-
lius nichil quod magis alliciat ad a-
mandum quippe cum propter virtutem
et probitatem etiam eos quos nunquam
vidimus diligamus Seneca in libro 8
de naturalibus questionibus virtus ista
quam affectamus magnifica est non
quia per se bonum est sed quia laxat animum
et impellit ad cognitionem celestium dig-
num quod efficiat eum qui in consorcium dei
veniat tunc enim malo [illegible] de-
lectat inter ipsa sidera vagantem divitum
et principum pavimenta ridere totamque
terram auro plenam contempnere Idem
ad Lucillium Sola virtus prestat vim gau-
dium et securum Idem virtus non est
aliud quam recta racio Idem [illegible] virtus

itaque medium sit eque prauum est quod
excedit sicut quod deficit Idem tulli
Perspicua est virtus que omnibus patet
paucis placet multis displicet omnes
inuitat omnes admittit non eligit pa
rentelam non domum non censum sed
nudo homine contenta est Idem virtus
extollit homines et super astra morta
libus caros collocat cum nec ea que
bona nec ea que mala vocantur aut
cupit nimis aut expauescit Idem Sola
illa in qua bonis animi captus conformia
ceterum similia sunt pecunia corpus et ho
nores imbecilla sunt mortalia et in
certa Ista vero que virtutis sunt opera
liberalia sunt eciam in vita Idem quem
admodum minuta lumina solis clari
tas obscurat sic dolores ac molesti
ias et iniurias virtus sua magni
tudine totaliter opprimit ac elidit
plura quere infra capitulo sequenti
Sydonius in epistola Non est satis et
iustum ut de moribus et virtutibus
aut viciis auctorum alterius priorum sena
tus Est enim hec quedam nimis malis mo
ribus aut innocentia multitudinis
de nemine sentire secundum paucorum neque
at contingere ut corrupte virtutibus
contentatis Apuleus thezauris di
uis preciosiores sunt opes virtutum
Idem Felicitas origo de virtute
procedit Idem Sola virtus potest
fortunatissimum facere et absque hac
non est aliqua prosperis felicitatis
inuenire Adamantus super leuiticum
habetur in decretis de pe. di. 2. Vir
tus lenta est et timorata aut in
dicat quam incipiat iniquitas ve
lox est et sine timore Maximus in
omelia quarte ferie maioris ieiunij
Vanum et inane est quicquid nullius
ponderis aut virtutis firmitate
subsistit Caladius in prologo memo pla
tonis in thymeo Socrates virtutem
dicit honorum amicum et talium prospe
ritatis tam penes ipsum constitue
tam prope ipsam quod esse solam que
res impossibiles ad possibilem
redigit facultatem Lactancius in
li° de vero cultu

De virtutibus Theologicis Gre
gorius in pastorali Ex distric
tus medio adueniunt quam sic tu nos
per nature inc concordiam copulauit
ab ipso yrael dubius vitatim non com
peciit quem sub eius essencia fides
spes et caritas iam abscondit
In moralibus Summa bona sunt spes
fides que cum veraciter habentur
in malo aliquo inflecti non possunt
Idem In corde vero inquinum turbat
per flagella caritas per fortitudinem
continetur spes et per passiones pulsa
fides que per dei graciam omnia tormen
torum genera et insidias superant
Idem super Ezechielem tres sunt virtu
tes sine quibus ille qui iam opera
ri quidquam potest saluari non potest
videlicet fides spes caritas Idem
Unusquisque qui iam in actiue vi
te vertice constitutus tantum credit
quantum sperat et amat plura
que super de fide de spe de carita
te subiungimus et hec tria retinens
necesse non indiget scripturis
nisi quantum ad alios instruendos
Idem in libro de doctrina Ubi sunt ista
tria putas que in anima edificanda
omnium diuinorum librorum machina intenta
consurgunt nisi in anima creden
te quod non dum videt et sperante
atque amante quod credit Ama
tur ergo quod ignoratur sed tamen
creditur Idem in libro de soliloquiorum
deo nos fides excitat spes erigit

caritas ungit Idem Sine tribus
istis s. fide spe et caritate mala
anima sortitur ut possit dici unde
ysid' in libro ethi[mologiarum] Cultu ad cele
stium dei in hominibus requiruntur
s. fides spes et caritas Idem in li[bro]
dicto Inter fidem spem et caritatem
hoc distat quia fides est diuinitatis
confessio et totius religionis xpi
ane solidum fundamentum Spes
autem est bonorum expectatio sed ca
ritas est dilectio perfecta in proximum
et in deum hac sine credulitate
fontes petentem Credo prestolatur pre
missa futurorum Tercia uero complec
titur amorem creatoris Beda in li[bro]
dei in li[bro] de amore dei Potest esse
ut fides et spes sunt sine carita
te quod autem caritas fidem et spem
ipse non contineat esse non potest
Idem super Cum habeat dicit fides
parata sunt magna et incogita
bilia bona a deo fidelibus suis et
Spes insinuantur omnia bona dei
que deus promisit fidelibus suis
sed caritas autem currit velociter ad
illa Glo[ssa] Greg. 2o de fide spe et ca
ritate ut vero videtur deus sed contem
placione dei pervenitur addiu quam e
vita etiam de virtutibus Cardina
libus quere supra de cardinalibus
virtutibus in littera C De virtutum
et viciorum conflictu quere supra q
re sup. in littera C de conflictu

De virtutum connexione Gre
gorius in mor[alibus] omnes virtu
tes in conspectu conditoris virtutum
opere mutua se sublevant ut quia
virtus una sine reliqua nulla
omnino vel minus magna sua con
nexione fulciatur Idem videns
valde singula quelibet virtutum
destituitur si non alteri virtus
virtuti suffragetur Ambrosius super luc[am]
Connexe sunt sibi concatenate
que virtutes ut qui unam habet
plures aut omnes habere videatur pla
quere sup. de cardinalibus virtutibus
Iohannes in orig. super nam Omnis
inter virtutes quibus re que sup.
de cardinalibus virtutibus Idem ad
pamachium epist. Quatuor virtutes
cardinales describunt stoici ita si
bi inuicem nexas et mutuo coheren
tes ut qui unam non habet omnibus
careat s. iusticiam prudenciam fortitu
dinem et temperanciam De abstinencia
et castitate et ordine quere sup. de ie
iunio De abstinencia quere supra de ie
iunio De actione et contemplacione
quere sup. de activa pariter et contempla
tiva De continencia et humilitate q
re supra de ieiunio De continencia q
re sup. de ieiunio De continencia et
humilitate quere sup. de ieiunio De
actione De castitate et humilitate de
vita et iusticia quere supra de vita
et ordine quere sup. de ordine De sciencia
et humilitate quere sup. de humilitate
et sciencia De sciencia et caritate quere
supra de caritate et sciencia De sciencia
et doctrina quere sup. de doctrina
et sciencia De timore et amore quere
sup. de amore et timore De timore
et gaudio quere sup. de gaudio De
timore et spe quere sup. de spe et ti
more De virginitate et humilitate
quere supra in loco suo De virgi
nitate et verecundia quere supra de
virginibus De vita et doctrina quere
supra de doctrina et vita Item de
virtutibus plura quere infra de
moys

De visione dei Greg. super Ezech
omel. xiiii Investigemus
que sit in angelis sine fine festiui

tatis visionis dei que letitia sine
defectu quia amoris ardor nec tri-
ciatus sed delectationis quantum in eis sit
desiderium visionis dei tam sacietu-
te et sacietas tam desiderio in qui-
bus nec desiderium penam generat
nec sacietas fastidium parit et que
supra de beatitudine Idem 31 mor. super
illud Iob Oculi eius de longe pro-
spiciunt Quamvis mentis nostre oculis sic
apte indicatur sicut sic tamen dicitur
Beati mundo corde quoniam ipsi deum vi-
debunt et quoniam in portione corrup-
tibilis carnis nostre gravati deum si-
cut est videre non possumus recte
nunc dicitur Oculi eius de longe pro-
spiciunt Quantolibet enim in hac
vita pateat in hac vita proficit
nec dum deum per speciem sed per enig-
ma et per speculum videt cuncta ac-
tum respicimus veritatis lumine
et quo longius aciem figimus
sublimato visu colligamus caligamus
Idem Quia ergo sancti viri in con-
templatione se erigunt et tamen
deum sicut est videre non possunt bene
nunc dicitur Oculi eius de longe pro-
spiciunt ac si diceretur intuendo ad
eum fortiter tendunt sed nec dum pro-
pinquum aspiciunt tante claritatis
magnitudinem penetrare nequa-
quam possunt aliter enim [illegible]
bili caligo nos nostre corruptionis
absconderit tamquam videri aliquatenus
potest et tamen lux ipsa sicut est vi-
deri non potest quia longe posita indi-
cat quod si mens nostra quasi non cer-
neret nec quia legitime esset vi-
deret Si autem perfecte cerneret perfecto
hanc quasi per caliginem non videret
ergo quia nec omnino cernitur nec pe-
nitus omnino non cernitur ideo rec-
te dictum est quod a longe deus videtur
Idem in mor. Cum omnipotentis

dei claritatem videre nullo modo
credendum est quod sit foris aliquid
quod ignoraverint Idem Eterna contempla-
tione agitur ut omnipotens deus
quo magis visus fuerit magis di-
ligatur Idem in omel. [illegible] mar-
tinus agitur quod vere videri non potest
Idem in dyal. Quid est hoc quod non
videant qui videntem omnia vident
Idem Hic amor divinus que supra
de beatitudine August. li. 3o de libero
arbitrio ca. Tanta est pulchritu-
do iustitie et visionis divine tan-
ta quod iocunditas lucis eterne et
quere supra de beatitudine Aug. libro
tertio de libero arbitrio Idem super
Can. Iohannis Nemo vidit unquam
Res est invisibilis deus quere
supra de beatitudine Idem in libro
de ordine disciplinae O deus mag-
ne quere supra de beatitudine Idem
primo de civitate Ille inaccessibilis bono
quere supra de beatitudine Idem primo
de civitate que supra Idem videndum
Videre autem divinitatis visu humano
nullo modo videri potest Idem 10 de ci-
vitate dei Ista visio dei tante
pulchritudinis quere supra de beatitu-
dine Idem in enchiridion Illas quid
tamen lateat patet que supra de beati-
tudine Idem in libro de natura et
gratia refert venerabilis presbiter
quere supra de beatitudine Idem super
illud Ioh. xiv Et manifestabo ei me
ipsum Idem Acervas nobis promissa
Idem in sermone quod tunc non pe-
tabimus que supra de beatitudine Greg.
Ysid. Bern. Beda Anshelmus Ful-
gentius quia auctores isti materie
pertinentes illa scribunt de visu quere
re supra de consciencia visus deo cu-
lo demonstrationibus semper more que

supra de apparicionibus de illusionibus
de temptacionibus de visitacionibus
que supra de correctionibus de iudicibus
de iusticia de prelatis
De vite et vita. Greg. in mor.
in mor. 27 super illud Job
deus potens non abiciat subtilitas
vivendi etc. est que supra de potencia
bus. Idem ibidem hoc primum unus querere
de beatitudine vite. Aug. li. xi. de civi
tate dei recte vivit qui precepto
ri suo obtemperat. Idem de doctrina
xpiana ille sancte et iuste vivit
qui rerum integer estimator est ipse
ipse est autem est ipse ille qui ordi
natam habet affectionem ne vel diligat
aut diligat quod non diligendum aut
non diligat quod est agendum diligendum
aut amplius vel minus diligat quod
minus vel amplius diligendum est. Idem
xx de civitate ca. 23 non est alia
vita hominum vicio sit vel culpabilis
quam male utens et male fruens.
Idem xxi de civitate ca. viii dama
tionalis differentur sunt que supra
de civitate creata. Idem li. primo de
libero arbitrio vita mala mors
melius vocabitur quam vita. Idem
ibidem ca. xi. Vita que invito potest
auferri contempnenda est. Idem ibi
dem ca. xii. Beata vite melior est
quam vita. Idem ibidem ca. 23 vita
virtuosa est vita laudabilis vita
vero viciosa est fugienda non sit
autem vita laudabilis primo est appe
tenda ergo vita misera non est
laudabilis et beata est vitam non
miseram vel beatam omnes inveniunt
sua ipsa voluntate. Idem li. 2do de
libero arbitrio circa finem Quid e
securius quam esse in illa vita ubi
possit tibi evenire quod non vis plá

que supra de prudencia de moderacione
de modestia de prudencia vero estima
cione de beatitudine debilitudine de miser
ia condicionis humane de contemplacione
et accione. Item infra c. 18 Prosperius de
sol super Johannem xvi ubique xpus mecum
vivit vite quia vivere semper est delecta
bile et desiderabile omnibus. Ambrosius
super lib. in maculati. Ante vita qua
doctrina est vita enim bona est sine
doctrina gratiam habet doctrinam vero
sine bona vita non habet. In male
volam enim animam non introibit
sapiencia. Ideo per prophetam dicit dominus
querent me mali et non invenient
quia mentis oculus in pravitate acti
et iniquitate sibi caligante misteria
profunda non potest intueri. Idem
ibidem primum ergo conterenda vite vi
cia mores qui corrigendi et tunc insti
tuerimus. Idem ibidem primum ergo est con
terenda vite vicia moresque corrige
di sunt et tunc instituerimus ad tur
rim debitum ut sollers sit animus ad
tempus correctionis et gravia sim
tatis tunc ad studia percipiende sapie
et doctrine suo ordine venamus.
Bern. in quadr. sermo penult. et pena
li arbitror autem quod tu qui in congrega
cione es tres hic vivis si vivis
ordinabiliter socialiter et humiliter ordina
biliter tibi socialiter proximo humiliter deo
ordinabiliter ut in omni conversacione tua
solicitus sis observare vias tuas et
in conspectu dei et in conspectu pro
ximi cavens et tibi a peccato et illi a
scandalo socialiter ut studeas amare
et blandum et affabilem te exhibe
supportare non solum pacienter sed etiam
libenter infirmitates suas tuorum tam
corporum et morum humiliter et cum hec

fectis superbe vanitatis studeas compescere quam quidem superbus ex hiis bonis quibus nasci solet et si fortasse primum senseris tunc animo debes ei negare consensum. Idem dicit. Dic faciendo contra malum quod triplex est triplicem providenciam adhibere te oportet. Est enim malum quod a te quo pateris quod apprimo quod adeo primum est austeritas prime. Secundum est vexacio malicie aliene. Tercium est flagellum correctionis divine. Igitur in illo malo quod a te pateris debes voluntarie satisfacere. Quod apprimo pati viris patienter ferre quod adeo pateris debes sine murmuracione et cum graciarum actione sustinere.

Deinde quibus tribus Fulgencius libro 2° mythologiarum triplicem vitam hominis esse philosophi voluerunt scilicet contemplativam activam et voluptuosam. Illud quod poete confingentes trium dearum certamina ponunt Minerva Iunone et Venere de forme qualitate certantes. Et primam quidem quo ad sapienciam et veritatis inquisicionem pertinet adeo de Iovis cerebro natam ferunt quia ingenium in cerebro positum est. Huic ergo Minerve attribuunt que greci dicitur immortalis virgo quia sapiencia nec mori potuit nec corrumpi. Huic in tutela ponunt noctuam eo quod sapiencia eciam in tenebris claritatem possidet secundum Fulgencium. Iunonem vero quam active vite ponunt poete quasi iuvando dicta est unde et regina eciam cum sceptro pingitur eo quod hec vita diviciis studeat que regi dde et proxime sunt. Huic in tutelam pavonem ponunt eo quod eius caude varietas anterius ornat faciem sed posteriora turpiter denudat.

Sic enim diviciarum appetitus et glorie terrene iuventutem talibus ornat sed postrema vite hominis denudat. Unde Salomon in fine hominis denudacio operis illius. Tercia quam vite voluptuose preposuerunt philosophi et poete Venerem deam voluerunt id est aut scilicet Stoicos vanam vero Epicuri nam quod Venerem laudant Stoici vero dampnant. Isti libidinem colunt illi voluptatem. Unde et Affrodis dicta est id est spuma quia momentalis id est spuma libido prodit et statim ad nichilum devenit sive quia ipsa seminis et libidinis concitacio est spumosa. Hec denique finxerunt poete sive poetarum fabule quod sic Venus ex sectis falce virilibus Saturni et in mare proiectis quod Saturnus dicitur cronos id est tempus quia abscise temporis virtus id est fructus falce maxille in humore viscerum vel in mare proiecte libidinem gignunt. Hanc eciam nudam pingunt quia nudos homines suos affectores dimittit vel quia crimen nisi nudos generant. Huic eciam rosas in tutelam addunt quia ob spiro verecundie et pungit aculeo peccati et sicut rosa delectat quidem sed cito marcescat sic ita veneris libido libet et delectat quamvis momentanee sed pungit perhenniter. Iulius eciam tutelam poete columbas ponunt eo quod aves ille sunt in coitu ferventes. Hanc eciam in mari natitate pingunt eo quod omnis libido rerum naufragium patiatur. Concham eciam maxima portare pingitur eo quod huius animal toto corpore simul aperto in coitu miscetur. De vita contemplativa quere supra de contemplacione. Item supra de ascensu

de vita activa quere supra de activa
vita de occupacione loco suo De vita scilicet
activa et contemplativa quere supra
loco suo De vita voluptuosa quere
de avaricia de delicijs de divicijs
de gula De vita mea et vanitate quere
supra de via De vita proximi quere supra
de proximi conversacione

De vite tue testibus adhibe
dis Valerius maximus li° vii°
Tales unus de septem sapientibus
interrogatus an hominum facta deos fal
lerent Respondit nec cogitata quod ita
ut non solum manus sed etiam mentes
puras vellemus habere cum secretis
cogitacionibus nostris celeste numen
adesse credamus plura quere supra
de exemplis Seneca ad lucillum epistola
xi de exemplis Magna pars peccatorum
tollitur si peccaturis testis factorum su
orum adhibeatur a felice qui sic ali
quem venerari ratio est verecundus
Elige ergo illum cuius tibi placuit
vita et istum tibi semper ostende
vel custodem vel exemplum vite tue
opus est enim aliquo ad quem mo
res nostri se exigant nisi enim ad regu
lam rectam tortura vel prava non cor
riges Idem eidem epistola xx Prodest
tibi sine dubio custodem vite tue
tibi imposuisse et istum habere quem
respicias et quem interesse tuis cogi
tacionibus iudices omnia enim nobis
in alia mala solitudo stultum per
suadet tu autem iam tam profece
ris ut sit etiam tibi apud te reve
rencia tunc licebit dimittere peda
gogum multas aut dissimulem
fieri te oportet dum tibi turbam
non sit a temet ipso recede Idem
eidem epistola xxv vix quequam nunc
res qui peccet arbitro homines Ubi bona
consciencia turbam advocat mala
eciam in solitudine anxia est aliter so
licita si honesta sunt que facit omnes
sciant si turpia quid refert neminem
scire cum tu scias o te miserum
si testem hunc id est teipsum contempseris
De vita eterna quere supra de beatitudine
de eternitate de gloria eterna de vita pre
senti quere supra de adversitatibus de
afflictionibus de brevitate vite de contemp
tu mundi de miseria de tribulacionibus
de vita sociali quere supra de societate
bona et mala De vite humane brevi
tate quere supra de brevitate De mor
te De vite humane miseria et tedio quere
supra de miseria De vite perfectione de fide
rio quere supra de beatitudine de contempla
cione de amore eterni boni De vite boni
tate et suavitate quere supra de
bonitate vite de vita et doctrina quere
supra de doctrina et vita Item supra
de penitencia de vita hominis post peccatum
quere supra de peccato Item supra de pe
nis

De vicijs capitalibus Gregorius
in moralibus super illud Job procul
odoratur bellum exhortacionem ducum
et ululatum exercitus Temptancia quippe
vicia que contra nos invisibili prelio
regnante super te superbia militant
alia more ducum preeunt alia more
exercitus subsequuntur neque enim omnia
vicia pari accessu cor hominis occu
pant sed dum maiora et pauca nimia
neglectam mentem homines preveniunt
post innumera et immania ad illam
se catervatim fundunt Idem ibidem
Ipsa namque regina viciorum superbia cum
devictum cor hominis plene ceperit mox
illud septem principalibus vicijs

quia quibusdam vere ducibus sibi
ad devastandum tradit quos videlicet
duces statim exercitus sequitur quia
mox ex eis importune multitudines
oriuntur. Idem ibidem. Radix quippe cunc-
ti mali superbia est de qua dicitur scrip-
tura testante Initium omnis peccati
superbia. Prime autem eius soboles sep-
tem nimirum principalia vicia de hac
virulenta radice proferuntur scilicet inanis
gloria invidia ira tristicia avari-
cia ventris ingluvies luxuria. Nam
quia hiis septem superbie viciis nos
captos doluit idcirco redemptor
noster ad spiritualem liberacionis prelium spiritu
septiformis gracie plenus venit. Idem
ibidem. Sed habent contra nos hec sin-
gula suum exercitum nam de inani glo-
ria nascitur inobediencia iacta-
cia ypocrisis contenciones pertinacie
discordie et novitatum presumpciones.
De invidia nascitur odium susurra-
cio detraccio exultacio in adversis
proximi et affliccio in prosperis. De i-
ra proferuntur rixa et tumor mentis
et corporis contumelie clamor indig-
nacio et blasphemie. De tristicia na-
scitur malicia rancor cordis pusil-
lanimitas desperacio torpor circa pre-
cepta dei vagacio mentis circa illi-
cita. De avaricia oritur prodicio
fraus fallacia periurium inquietudo
violencia et obduracio contra mi-
cordiam. De ventris ingluvie propagantur
inepta leticia scurrilitas immundicia
multiloquium hebetudo sensus circa
intelligenciam. De luxuria generatur ce-
citas mentis inconstancia precipita-
cio inconsideracio amor sui odium dei
oblivio affectus presentis seculi. Idem
ibidem. et horror vel desperacio futuri
seculi. Cum ergo principalia septem
vicia multa tantam de se multitudi-
nem viciorum proferunt cum ad cor
veniunt quasi subsequentis exerci-
tus catervas trahunt. Ex quibus vide-
licet septem quinque sunt spiritualia duo
vero carnalia demonstrantur. Sed unumquodque
quod corpori tanta cognacione sibi sub-
iungitur ut non nisi unum de altero pro-
feratur. Idem ibidem. Prima namque
soboles superbie inanis gloria
est que dum oppressam mentem cor-
ruperit mox invidiam gignit quia
nimirum dum vani nominis substancia
potenciam appetit ne quis alius hanc
adipisci valeat contabescit. Invi-
dia quoque iram generat quia quanto
livoris interius vulnere animus sauciatur
tanto etiam mansuetudo tranquilli-
tatis amittitur et quia quasi do-
lens membrum tangitur ideo opposite
actionis manus velud gravius pres-
sa sentitur. Ex ira quoque tristicia o-
ritur quia turbata mens quo in-
ordinate se concutit eo addicendo
confundit et dum dulcedinem tran-
quillitatis amiserit nichil hanc
nisi ex perturbacione subsequens meror
pascit. Tristicia ab avaricia derivatur
quia dum confusum cor intus
in se met ipso leticie bonum amise-
rit unde consolari debeat
foris querit et tanto magis exteriora
bona adipisci desiderat quanto gau-
dium non habet ad quod intrinsecus iam
recurrat. Idem. Post hec duo carna-
lia vicia id est ventris ingluvies et lu-
xuria supersunt sed cunctis liquet
quod de ventris ingluvie luxuria nas-
citur dum in ipsa distribucione me-
brorum ventri sub iuncta genitalia vi-
deantur. Unde dum unum inordinate

vexatur aliud per iudicium dubio ad vo
cis contumelias concitatur Idem ibidem
Per autem duces exhortari dicitur
et exercitus ululare quia prima vi
tia deceptae menti quasi sub ratione se in
serunt sed innumerabilia quae sequuntur
dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt
quasi bestiali quodam clamore con
fundunt Idem ibidem Inanis ita
que gloria devictum cor hominis
quasi ex ratione solet exhortari cum
dicit Quae erga te aguntur equa
nimiter ferri non possunt immo pacienter
tollerare peccatum est quia si non eis cum
magna exasperatione resistitur mox
contra te deinceps sine mensura
cumulantur Tristitia quoque devictum
cor quasi ex ratione solet exhortari cum
dicit Quid habes unde gaudeas
cum tanta mala de proximis portas
perpende cum quo merore
omnes intuendi sunt qui contra
te sunt contra te amaritudinis felle
vertuntur Avaritia quoque devictum
cor quasi ex ratione exhortari cum
dicit Valde sine culpa est habenda
quod quaedam habenda concupiscis quia non
iam multiplicari appetis sed egere perti
mescis et quod alius male retinet
tu ipse melius expendes Ventris
quoque ingluvies devictum cor hominis
quasi ex ratione solet exhortari cum dicit
Ad esum deus omnia munda creavit
et qui saturari cibo respuit quid
aliud quam concesso muneri contra
dicit Luxuria vero devictum cor
hominis quasi ex ratione solet exhortari cum
dicit Cur te modo in tua volun
tate non dilatas dum quid te se
quatur ignoras acceptum ergo tem
pus in desideriis perdere non debes
quia quam citius pertranseat nescis Si
enim misceri deus hominem in vo
luptate vellet in ipso humani generis
exordio masculum et feminam non fe
cisset Idem ibidem procedit autem ex
hortatio quae dum incaute ad secre
tum cordis admittitur familiarius nimis
quod persuadet quam videlicet concitus
ululatus sequitur dum multiplicatur quia
infelix anima semel principalibus vitiis
capta dum multiplicatur iniquitatibus
in insaniam vertitur postea ferali iam
immanitate infeliciter iam vastatur
Idem 33 moralium super illud de behemoth
et dyabolo absorbebit fluvium et non
mirabitur et habebit fiduciam quod influat
et iordanis in os eius neque enim lucro
reputat behemoth id est dyabolus scilicet si
illos absorbeat quos superbia erigit
avaritia tabefacit voluptas dila
tat malitia angustat ira inflammat
discordia separat invidia exulcerat
gula foedat luxuria inquinans necat
Idem ibidem Absorbet ergo behemoth
fluvium et non miratur quia pro mag
no non estimat cum illos devorat
qui pravum vitae saecularia decursum cur
runt sed istos magno opere rapere innititur
quos despectis terrenis studiis con
iungi iam caelestibus contemplatur un
de absorbito fluvio recte subiungitur et
habet fiduciam quod influat iordanis in
os eius iordanis quippe hebreo no
mine descensio eorum dicitur Sunt
enim non nulli in hoc mundo qui a va
nitatis appetentia semet ipsos abici
unt atque a vitae veteris elatione descen
dunt Istos behemoth id est dyabolus ma
xime devorare cupit quia sicut dictum
est illos insidiando rapere appetit quos
pavore superne patriae desiderio vitae glo
ria semet ipsos deiciunt iam cognoscit
hinc psalmista ait Memor ero tui

de terra iordanis et hermon a monte
modico. Iordanis quippe sicut dixi-
mus descensio dicitur. Hermon autem anathe-
ma est .i. alienatio interpretatur. De
terra ergo iordanis et hermon deo
reminiscitur qui in eo quod semet ipsum de-
icit atque a se alienus existit ad con-
ditoris sui memoriam revocatur. Unde
et cum voce veritatis dicitur. Si quis
vult post me venire abneget semet
ipsum. Semet ipsum enim abnegat
qui typo superbie calcato ante dei o-
culos esse se alienum demonstrat. Id'
in eodem super illud Iob Numquid illudes
ei quasi avi. Hunc quem quamvis ille
behemoth .i. dyabolus in occultis callidita(ti)s
iniquitatis artibus latenter turbus
tamen varias valde temptat ut vide-
licet alios per luxuriam alios per
maliciam et alios per superbiam subdat
Idem ibidem Non ergo immerito in
eo quod agere nititur corporearum avi-
um nomine [illegible] cum iume-
tum draco vel avis appellatur. Quos-
quippe quos ad stulticie luxuriam
captivat iumentum est in eis quos
vero quos ad nocendi maliciam inflamat
draco est in illis aliquos ad fastum
superbie quasi alta sapientes elevat
avis est. Sed in illis quos pariter in luxu-
riam maliciam et superbiam pollunt iu-
mentum draco simul et avis existit
Idem ibidem super illud Iob Memento
belli nec ultra addas loqui. Calor inde
[illegible] respirationis interruptione
subducitur si nullo humore affiatur sta-
tim intemperacionibus effrenatur
Unus autem nesciat quod sit multo me-
lius ardere flamma febrium quam igne
viciorum et tamen cum febre corrupti

nit quia viciorum estum quem nos ex-
tinguere putat considerare negligimus
ideo de percussione domini murmuramus
Idem ibidem super illud Iob Non parcam
ei verbis potentibus ad deprecandum
compositis. Sunt namque nonnulli
sicut scimus eciam qui addunt precibus
sed intentionem deprecationis non habent
Nam promissa celestia promissionibus
sequuntur sed operibus fugiunt. Hii non-
nunquam lacrimas eciam in oratione percipi-
unt sed cum post orationis tempora
mentem illorum superbia inflamaverit
illico fastu elacionis intumescunt
cum avaricia eos instigat mox
per incendia avide cogitationis exes-
tuat cum eos luxuria temptaverit
protinus in illicitis desideriis anhe-
lant et cum ira tales provocaverit
mox mansuetudinem mentis ignis
flamma concremat et incendit. Idem
ibidem Ut ergo diximus et fletus
in oratione percipiunt et eo completis
precibus cum viciorum suggestione pul-
santur nequaquam prodesse videro vos
in celestis se flevisse si meminerit
Idem in eodem super illud Iob Sub
umbra dormit in secreto thalami
in locis humentibus. Quos sunt in-
tra nigmbus que humano genere in-
manet et innatat dicantur ut
videlicet sit spiritus atque illud aliud
carnis humidum spiritus appellatur ela-
tio namque ipsum erigit luxuria vero
carnem corrumpit. Antiquus itaque
hostis humanum genus vel per elationem
superbie vel per luxuriam premens in se-
creto thalami atque in locis humenti-
bus dormit quia dampnatum horum
subdicione sive elacionis aut per
elacionem spiritus aut per carnis corrup-

talem tenet quos illa non in utraque possidet quia dum eos superbie spiritus elevat a timore sue altitudinis verecundia sua confusio sic corrumpens inclinat plurima que supra de conflictu deputatis de intupatione de vicijs

De vicijs virtutum speciem preferentibus sive de virtute simulata

Greg. 32 super illud Job Cartilago eius quasi lamine ferree. Quid per cartilaginem nisi simulatas leccinatis id est demonis significatur. Cartilago namque ossis ostendit speciem sed ossis non habet aliquam infirmitate et sunt nonnulla vicia que speciem quidem rectitudinis et virtutis ostendunt sed ex infirmitatis pravitate subtiliter prodeunt. Hostis enim nostri malicia tanta se palliat arte ut plerumque culpas ante decepte mentis oculos virtutes fingat unde quis quasi premium expectat unde dignus est eterna reperire tormenta. Idem ibidem. Plerumque enim in ulciscendis vicijs crudelitas agitur et iusticia reputatur et immoderata ira iusti zeli meritum estimatur et cum ad correptionem moribus peccantes caute delicant renocari inflectione violenta frangunt. Idem ibidem. Et plerumque dissoluta remissio quasi mansuetudo vel pietas creditur et dum plus quam decet delinquentibus temporaliter parcitur ad eterna supplicia crudeliter reservantur. Idem. Non numquam etiam effusio rerum misericordia creditur et dum male spargere culpa sit perceptum quod acceptum est non timetur. Nonnumquam etiam tenacia parcitas putatur et cum grave sit non tribuere ... virtus creditur ad quesita firmiter retinere. Idem ibidem. Sepe malorum pertinacia constantia dicitur et dum mens a pravitate sua flecti non patitur quasi correcta defensione quasi totius gloriatur. Sepius etiam inconstantia quasi tractabilitas dicitur et quo quisque fidem integram nulli servat eo se amicum cum cunctis estimat. Idem. Aliquando timor competens humilitas creditur et cum temporali formidine premitur quisque a defensione veritatis tacens arbitratur quod iuxta dei ordinem humiliter se suis prioribus exhibeat. Idem. Aliquando vocis superba veritatis libertas estimatur et cum prelatorum veritati contradicit loquendi procacitas veritatis defensio reputatur. Idem ibidem. Plerumque pigricia quasi continentia quietis attenditur et cum gravius culpe sit recta studiose non agere magne virtutis meritum creditur a prava cessare. Idem. Plerumque inquietudo cordis sponsus vigilans sollicitudo nominatur et dum quiete quisque non tolerat agendo que desiderat virtutis debite se putat operam implere. Idem. Sepius ad agenda que recta sunt incauta precipitatio laudandi studii fervor creditur et cum desideratum bonum intempestiva actione corrumpitur eo melius agi quo celerius estimatur. Sepe etiam accelerandi boni tarditas consilium putatur et dum expectatur ut cunctatione proficiat hoc frequenter insidians mora supplantavit. Idem ibidem. Igitur dum culpa velud virtus aspicitur valde pensandum est quia tanto tardius mens mentem suam deseret quanto per virtutis speciem decepta peiorem etiam retributionem ... Demias quidem facile ante culpa sentitur. Una ergo error cum virtus creditur difficilius emendatur. Ideo recte nunc dicitur Cartilago eius quasi lamine ferree. Hec mortis eius ille quo sub pretextu boni calliditatis suam fraudulentiam exhibet

eo mente mellita dulcius tenet. Hic
est quod nonnumquam illi qui videntur sancti-
tatis affectum in eorundem lapsu tardi-
us emendantur. Vitium quippe esse sciant
anime quod agunt et eodem suo iudi-
cio sub nominis sunt. Unde bene Ie-
remias cum dicit: Candidiores naza-
rei eius nive, nitidiores lacte, rubicun-
diores ebore antiquo, saphiro pulchri-
ores. Denigrata est super carbones fa-
cies eorum et non sunt cogniti in pla-
teis. Adhesit cutis eorum ossibus,
aruit et quasi lignum facta est. Quid
enim nazareorum nomine nisi continen-
tium et abstinentium vita signatur,
que nive candidior et lacte nitidior
dicitur? Nix enim ex aqua congelatur
que desuper venit, lac autem ex carne
conficitur que in inferioribus nutritur.
Quid ergo per nivem nisi candor vite
celestis et quid lac nisi temporalis dis-
pensationis administratio demonstratur?
Eo quod plerique continentes et abstine-
tes viri in ecclesia Dei tam mira opera
fecerunt ut alteris nulla qui celestem
vitam tenuerant nulla quoque qui
terrena bene dispensaverint superare
videantur, ideo nive et candidiores ni-
ve et nitidiores lacte referuntur. Idem
22 mor. super illud Job: Plenus sum
sermonibus et coartat me spiritus ven-
tris mei. Sepe non nulla vicia vir-
tutes se esse mentiuntur, sicud vicia et
tenacia non numquam parcimonia et cru-
delitas aliquid iusticia, ut videri ita
plerumque mente ad impetum loquendi
vane glorie anxietas nequaquam
se intra silentium capiens cantatis
inflammat atque appetitu ostentationis
ius ad effrenationem locutionis impel-
lit et sub studio consulendum libido
cupit apparendi non cui curat loque-

do quod prosit sed quod appareat nec
studet ut malum quod cernit corri-
gat sed ut bonum quod sentit osten-
tet. Idem 31 mor. super illud Job:
Procul odoratur bellum. Vicia virtutibus
subinclinatione sunt vicina, sicut ut pro
doctrina arrogancia, pro constancia crude-
litas, pro pietate remissio, pro zelo ira,
pro mansuetudine torpor oritur. Idem
Iudex. Equus ergo ille divinus, id
est predicator fortis et bonus, pro-
cul odoratur bellum maiorum. Nam cum
adipiscende doctrine studiis ela-
borat mente sedula sollicitate caute-
que tamen arrogancie parcit eo culpas
delinquentium utcumque iuste desiderat
sagacissime cavet ne modum iu-
sticie crudelitas vincat. Dispensando
cum pietate frenat si intentius solli-
citer conspicit ne quid disciplinae
dissolucione vincatur. Cum se ser-
te zeli stimulus excitat, summopere
providet ne plus quam necesse est ire
se flamma succendat. Cum magna man-
suetudinis qualitate se temperat,
vigilanter observat ne torpore friges-
cat. Quia ergo spiritualis militis
id est predicatoris cogitacio omnia
vicia prius que sub virtute possunt as-
pirare vetat, de equo dicitur: Procul odo-
ratur bellum, plura que supra de ea
electu. Item de ymoni si. ypd' de spiritu
bono l° 2 c 3. Quedam vicia
species virtutum preferunt et ideo
perniciosius suos sectatores decipi-
unt quia se sub velamine virtutum
tegunt. Nam vicia que statim ex-
terius virtutibus parent cito dum
in palam veniunt emendantur,
unde sequaces eorum de talibus
cunctis tenus erubescunt. Idem
Iudex. Intendum ergo sub pretexto

tie custodie crudelitas agitur et putatur esse virtus quod vicium est sicut et remissa segnities mansuetudo creditur et quod agit torpor negligencie putatur indulgencia pietatis plura que supra de eo sunt ti de ypocrisi Seneca ad lucill. epistola xl. Vicia nobis sub specie virtutum irrepunt audacia cum sub titulo fortitudinis latet et moderacio vocatur ignavia pro cauto quoque timidus accipitur at in hiis et similibus magno periculo non erramus Idem eidem epistola 46 omnia vicia ad modum in aperto leniora sunt tunc autem perniciosissima sunt cum simulata sanitate consistant subsistunt plura que supra de amicicia falsa Aug. libro 3o de libero arbitrio capitulo 21 omne vicium eo ipso quo vicium est contra naturam est si enim nature non noceret nec vicium esset Si autem quia nocet ideo vicium est patet quod contra naturam est plura que infra de vituperacione Idem ad Paulinum venena non dantur nisi sint cum melle condita sic et vicia non decipiunt nisi specie virtutum plura que supra de conflictu de ypocrisi Tullius de catelina habitat ille homo per umbram signa non expressa sed adumbrata maximarum virtutum utebatur si quidem hominibus malis et cum optimis viris se deditum esse simulabat neque tale monstrum unquam puto fuisse tam ex studiis diversis quod et inter se pugnantibus nature studiis cupiditatibus quoque conflatum quis enim clarioribus viris quodam carior et quis turpioribus coniunccior quis tamen aliquando melior et quis hostis civium tetrior quis in voluptatibus inquinacior quis in laboribus impaciencior quis in rapacitate avarior quis in largitione effusior Illud quoque in eo fuit mirabile naturam suam versare et tegere ad tempus atque illuc et illuc torquere atque flectere cum tristibus semper cum remissis iocundari cum senibus graviter et cum iuvenibus comiter cum facinorosis audacter et cum luxuriosis vivere luxuriose plura que supra de ypocrisi de malicia Lactancius in libro de cultu Etiam que bona sunt fines suos et modos et mensuras habent quas sibi excesseris in vicia prolabitur nam constancia nisi pro virtute suscepta sit impudencia fit et fortitudo si nulla necessitate cogente vel pro non turpi honesta certamen provocet subierit in temeritatem vertitur et severitas nisi se intra congruentes metas moderatam penas coherceat seva crudelitas fit Ovidius libro primo de remedio amoris Cum mala sint vicina bonis errore sub illo pro vicio virtus omnia sepe tulit plura que supra de ypocrisi de malicia Gaufridus in poetria nova Blanditor presens detractor absens hostis verus possessor coactor avarus divus prede ... prestator ambiciosus plat plura quere supra de ypocrisi

De viciis sibi invicem succedentibus Greg. 33 moralium super illud Job De naribus eius procedit fumus sicut olle succense atque ferventis Behemoth de naribus fumus egreditur quia de dyaboli prodigiis mendacibus cecam bonorum mencium oculos trepidacionis caligo confundit unde

veritatis ore per evangelium dicitur Surgent
pseudo christi et pseudo prophete et dabunt
signa magna et prodigia ita ut in
errorem inducantur si fieri potest etiam
electi. Idem ibidem. Sed fumus iste
aut electorum oculos turbat et aliter
reproborum excecat. Bonorum quippe o-
culos spiritualium desideriorum statu res-
pergitur ne prevalente inferiori cogi-
tatione deiciatur. In reproborum vero
mentibus quos se herentibus per terras
cogitationes colligit se ab eis lumen
veritatis funditus tollit. Idem ibidem.
Fumus iste reproborum cordibus quot illi-
citas ingerit per tot globos ante se
tus intumescit et recte fumi glo-
bos nominans quia cum alii suppis
cuescunt tunc alii inferius in-
surgunt sic et in cogitatione carna-
lium hominum si alia pravitatis desideria
transeunt tunc alia iam succedunt.
Idem ibidem. Sepe namque mens
inspicit quod iam transierit videt sed
ubi adhuc retinetur non videt quan-
do de quibusdam viciis quia eis sub-
iecta non sit et perimet et gaudet, ne-
scit et negligit quia eorum vice suc-
crescunt alia vicia quibus for-
tasse nequius succumbit. Sic ergo fit
ut cum alia vicia transeunt et
semper alia succedunt ab hoc spiritu
leviathan id est dyabolo cor reproborum
sine intermissione teneatur. Unde bene
per Joel prophetam dicitur Residuum eru-
ce comedit locusta et residuum lo-
custe comedit bruchus et residuum
bruci comedit erugo. Expergiscimini
ebrii et flete. Idem ibidem. Quid ergo
per erucam que toto corpore interia
repit nisi luxuria designatur que cor
quod continet ita polluit ut in superiore
munditie amorem surgere non possit.
Quid per locustam que saltibus evo-
lat nisi inanis gloria exprimitur
que inanis presumptionibus se exal-
tat. Quid per bruchum cuius pene
totum corpus in ventre colligitur
nisi edendi ingluvies signatur.
Quid per eruginem que dum tangit
incendit nisi ira monstratur. Idem
ibidem. Residuum ergo eruce locus-
ta comedit quia sepe dum luxu-
rie vicium a mente recesserit sta-
tim inanis gloria succedit. Nam quia
iam per amorem carnis non sternitur
quasi strenuum se castitate gloriatur. Et
residuum locuste bruchus come-
dit quia sepe quasi dum inani
glorie que quasi ex sanctitate veniebat
resistitur tunc vel ventri ad quibus-
libet ambiciosis desideriis in mode-
ratius indulgetur. Mens enim ina-
tanto atrocius ad quelibet ambi-
tum ducitur quanto nullo vel hu-
mane laudis amore refrenatur.
Et residuum vero bruci erugo con-
sumit quia sepe dum ventris
ingluvies per abstinentiam restringi-
tur inpacientie acriter dicatur que
rubiginis more quasi exurendo messem
comedit quia virtutum fruc-
tus impatiencie flamma velocius
tabefacit. Idem ibidem. Dum er-
go invicem vicia succedunt agrum
mentis alia pestis devorat dum
alia derelinquit. Idem ibidem. Bene
autem illic subditur Expergiscimini
ebrii et flete. Ebrii quippe vocati
sunt qui in huius mundi amore
confusi mala non sentiunt que pa-
ciuntur. Quid ergo est dicere Exper-
giscimini et flete nisi sompnum vestre
insensibilitatis excutite et inde
vastatione cordis vestri tot sibi suc-
cedentibus viciis aut viciorum pes-

tibus vigilantibus lamentis ob mate per tot ergo globos delematham istius .i. de dyaboli naribus fumus surgit per quot minores pestes stringens cordis reprobi occulta aspiracione consumit. Idem. Quia ergo septem principalia vicia tetigimus quere supra de viciis capitalibus et de multiplicitate de peccato.

De viciis expugnandis. Seneca ad Lucillum epistola li. Id agere debemus ut irritamenta viciorum quam longissime profugiamus. Idem. Indurandus est animus et debellande sunt voluptates que seva quoque ad se ingenia rapuerunt. Idem eidem. Vicia sine modo et sine fine prosequere nam illis quoque nec finis nec modus est. Idem. Proice quecumque cor tuum dilaniant que si aliter extrahi nequirent cor ipsum cum ipsis evellendum esset. Idem eidem. Voluptates quoque precipue fugienda que latronum more ad hoc nos amplectuntur ut strangulent. Idem eidem in epistola lxix. Undique te vicia sollicitant nam avaricia pecuniam promittit luxuria voluptatem ambicio potenciam. Vis ergo effici toto seculo forcior fac ut vicia tibi sibi negent et ingenium accipiant. Idem eidem in epistola. Nichil quoque moribus quibus afficitur animus quos quisque penitus se sentit. Idem eidem in epistola lxxij. Non est in rebus vicium sed in ipso animo quemadmodum enim nichil differt utrum egrum in lecto ligneo vel aureo deponas quocumque enim tu transtuleris illum semper secum transfert morbum suum sic nichil interest utrum eger animus in diviciis an in paupertate ponatur malum enim secum ubique sequitur illum. Seneca. Si vis omnia vicia subire tibi subice temet ipsum prius racioni multos reges si racio te rexerit et ab illa disces quid et quemadmodum aggredi debeas universa. Idem in libro de moribus. Nichil interest quo animo facias quod fecisse vicium est. Plura quere supra de correctione. Item de virtute de penitencia. Lactancius in libro de vero cultu. Porro si virtutes inseras vicia sponte decedunt et si vicia demas virtutes ultro subibunt. Seneca. Cum bonorum et malorum constituta est natura ut se semper oppugnent et expellant. Plura quere supra de virtute de peccato. Valerius Maximus libro 2°. Cum viciis fecerimus aut quid dampnosius est quibus virtutis atteritur victorie languescunt sopita gloria in infamiam convertitur animique pariter corporis virtutes expugnantur. Plura quere supra de animo. Tullius de officiis libro 3°. Certe si omnes deos hominesque celare possemus nichil tamen avare vel iniuste vel libidinose faciendum est. Bonus enim vir non solum non facere sed nec cogitare quidem audebit quicquam quod non audeat predicare. Idem in Philippica x. Quo maior est vis animi quam corporis eo graviora sunt mala que concipiuntur animo quam que corpore. Servitus miserior est que animo quam que corpori serviunt. Miserior ergo est qui vicia suscepit scelus quam qui altius faciendo cogitur. Plura quere supra de animo. Boecius de consolacione libro iiii°. Cum virtute destituta viciis servire homo esse desinit. Cum ergo in divinam condicionem transire non possit vertitur in bestiam

plura quere supra de peccato. Curtilianus
de oratoria institutione libro viii[o]. ni-
chil est tam occupatum tam multi-
forme tam variis affectibus con-
cisum et dilaceratum sicut mala
mens. Iniquus enim metus illam et spe et
curis et laboribus distendit et cum
sceleris compos fuit tunc solicitu-
dine ac penitencia et penarum expectati-
one torquetur. plura quere supra de
concupiscencia mala de intemperancie demen-
tis senum quere supra de senibus et
senectute. Item supra de senectutis
remedio de malis principibus quere re
supra de principibus malis de potentibus
de iniquis iniuriam quere supra de ado-
lescentibus de iuvenibus de malis
oculorum quere supra de concupiscencia visus
de oculis de malis aurium quere supra
de auribus et auditu. Item supra de
cantu de malis lingue quere de de-
tractione de locucione de lingua de
malis gule quere supra de gula

De unitate. Lincolniensis de spon-
di nos uni viro christo. Consyde-
rate karissimi quantus est unita-
tis appetitus in singulis creaturis
ut eorum comparacione mentes vestre
ad unitatis appetitum amplius accen-
dantur. Si scias dignum unde do-
let nisi quia divisa est unitas con-
tinuitatis quam appetit conservare
elementa mundi sibi contraria et
repugnancia unde indissolubili con-
cordia mundum componunt nisi ex ap-
petitu unitatis humores ergo contra-
rii in corpore unde servant temperamen-
tum complexionis nisi ex amore uni-
tatis. Aves gregatim volant et gre-
gem unum perficiunt et unde nisi ex ze-
lo unitatis. Aves eciam rapaces et
ferebestie ab unitate societatis se
non separant nisi amore unitatis in-
cuius predam secant individuam so-
cietatis vitant unitatem. Cuncta mundi
elementa sol et luna et cetera corpora
supercelestia in figuras spericas ex ap-
petitu unitatis conglobantur. Figu-
rarum namque sperica super omnes alias figu-
ras maxime est unitiva. unde et
gutta pluvie fluida in spericam
figuram se colligit ex appetitu uni-
tatis. Sic ergo omnes creature huius
mundi tam sensibiles quam insensi-
biles et in ipsis sensibilibus tam
feroces quam mites tanto tenentur
unitatis appetitu ut sine ea nichil
sint nichil quod faciant. quanto ma-
gis nos qui spiritu et nomine vera
unitate profitemur unitatem appete-
re et servare debemus in omnibus precipue
maxime cum unitas quam ce-
tera appetunt divisibilis et con-
tinuabilis sit unitas autem in qua
unificari debetis summa sit et in-
divisibilis et incommutabilis pul-
cherrima optima et iocundissima.
Claustralis namque maxime si a
radice huius unitatis divulsus
spiritu et corporali conversacione a con-
gregacione fratrum non divisus est
sicut ramus avulsus ab arbore
vel membrum abscisum a corpore quamquam
tamen hic cortice tenui solum adhuc
adhereat trunco illud autem saltem
membrum corporis tenui pellicula
corpori. nec possunt aut ramus de
trunco aut membrum de corpore per
tenuis corticis aut pellicule me-
dium succum nutrimenti attrahere quia
divisa sunt a suo principio unita-
te sic claustralis uno quamquam a

lius incongregacione uiuens si sola
cortice aut pellicula hitus conte
rionis et tamen sacionis corporalis
dependet a corpore congregacionis
qui non manet in radice unitatis
nec inde attrahit spiritualis nutri
menti humiditatem necesse est ut tunc
marcescat putrescat et arescat
et in igne mittatur. Hec Lincolniensis
super illo dicto de voluntate dei que
supra de spiritu sancto de unitate

De voluntate bona Bernardus in
meditacionibus. Non intuetur deus
quantum quisque mali valeat facere
sed quantum velit et cum deest potestas
malefaciendi foris apud se tamen
tyrannus est intus cui in corde ini
quitas iudicatur. Idem de ante dei ocu
los nunquam est vacua manus a mu
nere si fuerit archa cordis repleta
bona voluntate. Plura que supra
de consciencia bona de intencione bona
de operacione bona de oracione bona
Augustinus in libro de arbitrio Voluntas bona
est qua appetitus recte honeste que
vivere et ad summam sapienciam pervenire
Idem in libro de civitate dei Recta vo
luntas est bonus amor et querere
supra de affectionibus anime bonis
Idem in libro de arbitrio Sola bona
voluntas meditum bona vis non
perficit si hec sola deficiat Idem
super illud psalmi In mandatis eius
volet nimis Sufficiat voluntas
si perficiendi mandati desit facul
tas Idem super psalmum 2m Si quod vis
et non potes deum factum compu
tat Idem in libro de spiritu et litera Nullus
habet in voluntate in potestate sua quod
ei veniat in mentem sed consentire vel
dissentire voluntatis est Idem in libro
de verbis domini Nostrum est velle sed
ipsa voluntas et admonetur ut sur
gat et sanatur ut valeat et dilatatur
ut capiat et impletur ut habeat
Idem in libro de verbis domini Nostrum est
velle sed ipsa voluntas et admonetur
ut surgat et sanatur ut valeat et
dilatatur ut capiat et impletur ut
habeat Idem in libro de agone christiano
Velit creatura velit nolit tamen
deo suo subiecta est sed hoc admone
mur ut tota voluntate nostra serviamus
domino deo nostro quia iustus liberaliter
sunt iniustus aut compeditus ser
vit Idem in libro de vera religione Tales
servos meliores iudicat deus qui
serviunt ei liberaliter quod nullo modo fi
eret nisi voluntarie et non necessitate
serviatur Idem in libro de conf. quisque li
beros ad compellendum non potest esse
molestus quo auctor suum ad reddendum
voluntarius est debitor Idem in libro
de ecclesiasticis dogmatibus Nullus
servus aut iustus in hac vita cavet
pro nec tamen quo hoc desinit esse
iniustus aut servus cum in volunta
te sua teneat securitatem Idem in xiiii
libro de trinitate dei capitulo xix Hoc est quod
sapiens dixit Terencius quando non
potest fieri illud quod vis tunc illud
velis quod possis Idem Nemo volens
aliquid facit quod non prius in cor
de suo dixit quod quidem ultimum cor
dis quod est et hoc ultima amore con
cipitur sine creatura sine creatore
Idem in libro soliloquiorum Quanto plus
augetur species illius intendere tanto ve
hemencius eiusmodi pulcritudinis tanto
magis ad illam totus amor meus
voluntas quod mea vertitur Idem in libro

